
UNIVERSITY of MICHIGAN
GENERAL LIBRARY
OCTAVIA WILLIAMS BATES
BEQUEST

REGESTA
HONORII PAPAE III

IVSSV ET MVNIFICENTIA

LEONIS XIII PONTIFICIS MAXIMI

EX VATICANIS ARCHETYPIS

ALIISQVE FONTIBVS

ABSOLVIT

SAC. PETRVS PRESSVTTI I. V. D.

COMMISSIONIS PATRVM CARDINALIVM
STVDIIS HISTORICIS PROVEHENDIS CONSVLTOR

VOLVMEN SECVNDVM



ROMAE
EX TYPOGRAPHIA VATICANA
MDCCCXCV

MONITVM

Quamquam in huius operis *Introductione* iam exponere ea non omiserimus, quae circa methodum in eiusdem tractatione propositam sectaremur, non abs re fore iudicavimus aliqua animadvertenda subiungere quoad *Indices* huic secundo volumini adnexas.

Indicem enimvero *initiorum* veluti valde utilem praemittendam duximus, cum interdum continget in aliquam Honorii epistolam offendere, quae nulla vel falsa chronologica indicatione muniatur, cuius tamen veram diei et anni inscriptionem deprehendere liceat, si prima verba cuiuslibet epistolae prae oculis habeantur.

Quod attinet ad methodum, animadvertendum est, verba initialia esse conscripta prout in Codicibus Vaticanis leguntur ideoque quin inserviamus recentioribus ortographiae legibus scribendo *praeter*, *praesentiam*, *praepositus*, *coelestis*, *prooemiorum*, *tuae*, *quae*, *Aegidius* etc. potius usurpemus *preter*, *presentiam* etc. Ne autem lex uniformitatis laedatur idem servare statuimus circa initium epistolarum haud existentium in Codicibus Vaticanis, sed quae huc illuc alibi inveniuntur recta ortographica lege conscriptae. Pari quidem ratione cum verba *carus*, *carissimus* et *charus*, *charissimus* indiscriminatim usurpata inveniantur in Codice Vaticano, legentium commoditati studere censuimus qui primo tantum modo a nobis semper indicta reperient.

In epistolarum initiis proponendis velut mos est aliis editoribus, duabus, tribus vel quatuor vocibus uti etiam nobis visum est, iuxta rerum intelligentiam. Cum autem in Indicis confectione, nonnulla documenta deprehenderimus duobus tantum verbis enunciata, nimis esse numerosa, tertium addere verbum iudicavimus, quo facilius a studiosis exquirentibus repe-

riantur. Haec autem initia sunt sequentia: *Dilecti filii*, *dilectis filiis*, *dilecto filio*, *dilectus filius*. Hanc etiam tertii verbi additionem reperire erit in epistolis incipientibus: *Cum a nobis petatur*, *iustis petentium desideriis*, *Sacrosancta Romana Ecclesia* etc. Supervacaneum porro esset aliud addere verbum cum ea initia duabus vel tribus periodis omnino inter se conformibus includantur.

Quoad *Indicem locorum et personarum* sciatur oportet non omnia et singula hominum et locorum nomina quae in Regestis originalibus sed solummodo quae in Epitome a nobis concinnata esse relata.

Quamvis Indici materiarum minime locum dare sit nobis propositum, excepimus tamen Epistolas Decretales. In comperto enim est *Honorium Tertium* collectionem edidisse suarum Epistolarum Decretalium quae apud cultores iuris canonici sub vulgata appellatione venit « *Quinta Compilatio Decretalium* » quarum pleraeque in Corpus iuris canonici insertae transierunt. Cum hae Decretales prout vulgatae inveniuntur a Cironio, Richter, Boehmer et nuper a Friedberg pluribus mendis refertae, et aut nulla aut erronea indicatione munitae appareant, eas conferre adlaboravimus, impenso quidem studio cum authenticis exemplaribus Regesti Vaticani, ut ita haberi possit editio ad unguem castigata. Hanc autem collationem studiosus prae oculis habere poterit sub rubrica Indicis « *Epistolae Decretales* » in qua etiam secrevimus decretales quae in Corpus Iuris Canonici transierunt ab iis quae solum in *Quinta Decretalium Collectione* permanserunt.

Sciendum quoque est in *Indice locorum et personarum* nomina etiam locorum et hominum inserta reperiri quae leguntur in Appendicibus *Introductionis* quaeque maioris momenti visa sunt.

Tandem hoc notandum est, quod cum frequentissime accidat, epistolas Regesti Vaticani ad episcopos missas nomina tantum dioecesum sed personae minime exhibere, nos eorum nomina in epistolarum epitome, prout nobis datum fuit, supplevimus: sed, cum in Indicis rubricis dioecesum, eadem nomina aliquando correctius repetiverimus, hinc studiosum virum in hac re ad illas remittimus.

REGESTA

DOMINI HONORII PAPAE III

ANNVS SEXTVS

[1221-1222]

[An. 1221]

3511. — *Laterani 26 Iulii.*

Abbati S. Benedicti super Padum usum annuli concedit. Laterani VII. Kal. Aug. anno sexto. — *Margarini Bull. Casin. I. 34; Potthast 583. n. 6702; Horoy H-i opp. omn. IV. 1. n. 1.* — « DEVOTIONI TVAE DE. »

3512. — *Laterani 2 Augusti.*

« (Bernardo) episcopo Lemovicensi. » Vt pensiones ecclesiarum vacantes idoneis personis conferre possit, et duo clerici in suo servitio commorantes in parrochialibus ecclesiis, quas nunc obtinent, vel de cetero canonice assequentur, possint per idoneos servire vicarios, quamdiu in suo servitio morabuntur. Laterani IIII. Non. Aug. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 4. fol. 156; Horoy H-i opp. omn. IV. 3. n. 3.* — « EX PARTE TVA. »

3513. — *Laterani 7 Augusti.*

« Episcopo et abbati sancti Benedicti Conversanis. » Vt mandatum apostolicum pro abbate monasterii sancti Andreae de Parva Insula Tarentino in iis quibus spoliatus fuerat a capitulo Tarentino, exequantur, et archidiaconum, cantorem et Nic. canonicum Tarentinos, qui bullam de litteris apostolicis amputarunt, et abbatem ipsum usque ad effusionem sanguinis verberatum e monasterio eiecerunt, ad Papae praesentiam suspensos ab officio beneficioque mittant. Laterani VII. Idus Aug. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 8. fol. 156.* — « GRAVEM ABBATIS. »

3514. — *Laterani 12 Augusti.*

« P. et W. archidiaconis et cantori Metensibus. » Ne Iohannem clericum, quum e monasterio Longipontis Cisterciensis ordinis infra annum probationis, nulla professione facta, ad saeculum revertisset, ab aliquibus molestari super hoc minime permittant. Laterani II. Idus Aug. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 9. fol 156; Horoy H-i opp. omn. IV. 4. n. 4.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

3515. — *Laterani 13 Augusti.*

Abbati et conventui Hasnonensibus. Possessiones in villa Velsestra eisdem confirmat. Laterani Idibus Aug. anno sexto. — *Bibl. Nation.*

Paris. mss. lat. f. Moreau t. CXXIX. p. 156; Horoy H-i opp. omn. IV. 4. n. 5. — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

3516. — *Laterani 13 Augusti.*
Eisdem villam de Montiniaco cum suis pertinentiis, quam eis b. m. Richildis comitissa Montensis contulit, confirmat. Laterani Idib. Aug. anno sexto. — *Bibl. Nation. Paris. l. c. p. 150; Horoy l. c. 5. n. 6.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

3517. — *Laterani 13 Augusti.*
Eisdem maioriam et furnum villae de Monte Petroso cum pertinentiis eorumdem confirmat. Laterani Idib. Aug. anno sexto. — *Bibl. Nation. Paris. l. c. p. 154; Horoy l. c. 6. n. 7.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

3518. — *Laterani 13 Augusti.*
Eisdem villam de Wauvrechein cum advocatia eiusdem et aliis bonis, ipsis a cl. mem. B. comite Hasnonensi donatis, confirmat. Laterani Idib. Aug. anno sexto. — *Bibl. Nation. Paris. l. c. p. 152; Horoy l. c. 6. n. 8.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

3519. — *Laterani 21 Augusti.*
« F(riderico) illustri Romanorum Imperatori semper Augusto et regi Sicilie. » Arguit eum quod nondum transfretaverit, quod ipse ad electiones episcoporum manus extenderit, et electioni Aversanae praesertim ecclesiae et episcopatuum in provincia Salernitana vacantium se immiscuerit: mittit ad eum priorem sanctae Mariae Novae cum litteris apostolicis: hortatur ut se corrigat. Laterani XII. Kal. Sept. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 1. fol. 155; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 17 (fragm.); Huillard-Bréholles Hist. Dipl. II. 200; cf. Potthast 583. n. 6703; cf. Horoy H-i opp. omn. IV. 7. n. 9; Rodenberg Epist. Select. 121. n. 178.* — « QVANTO MENTIS AFFECTV. »

3520. — *Laterani 22 Augusti.*
« Potestati et populo Anchonitanis. » Vt Az(oni) marchioni adversarios se nequaquam constituere praesumant, et si quis eorum ipsum iuvare voluerit, auxilium ei libere impertiatur. Laterani XI. Kal. Sept. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 2. fol. 155; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 35.* — « PRESENTIVM VOBIS. »

3521. — *Laterani 22 Augusti.*
« Abbati sancti Laurentii in Campo et Priori sancti Severini Fanensis et Camerinensis diocesum. » Vt homines Aesii, qui A(zonem) marchionem Anconitanum et Estensem graviter in multis offenderunt, nisi resipiscant, excommunicent. Dat. ut supra (Laterani XI. Kal. Sept. anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 3. fol. 155; Mss. Vallicell. I. 53; Theiner Cod. Dipl. dom. temp. S. Sedis I. 68. n. 110; Potthast 583. n. 6704; Horoy H-i opp. omn. IV. 8. n. 10.* — « PRESENTIVM VOBIS. »

3522. — *Laterani 23 Augusti.*
« Archiepiscopo Brundusino et episcopo Monopolitano. » Vt abbatem monasterii de Neritone, cuius visitatio eis et abbati sancti Samuelis de Barulo ab Apostolica Sede commissa fuit, ab imputatis absolvant. Laterani X. Kal. Sept. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 5. fol. 156; Mss. Vallic. I. 53.* — « VISITATIONEM MONASTERII. »

3523. — *Laterani 23 Augusti.*
« Magistris R. et W. de sancto Laudo doctoribus decretorum et W. de Castaneto canonico Aquensi Bononie commorantibus. » Vt Iohannem scolarem Bononiensem, qui infra annum probationis ab ordine Praedicatorum exivit, declarent ad observantiam eiusdem vel alterius ordinis non teneri. Laterani X. Kal. Sept. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 6. fol. 156.* — « LITTERAS QVAS SVPER. »

3524. — *Laterani 23 Augusti.*
« Magistro Bartholomeo cappellano nostro Apost. Sedis Legato. » Supplicante archiepiscopo Pisano, mandat ut, si homines de Castello Castri, quod ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, satisfacto super hiis pro quibus R. subdiaconus et capellanus Papae tunc Apost. Sedis Legatus excommunicationis et interdicti sententias in eos promulgavit, ad ecclesiam redeant, et dummodo Vbaldo, Lamberto et Alberto fratribus eiusque complicibus non intendant, recepta cautione, ipsos absolvat. Laterani X. Kal. Sept. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 10. fol. 156; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 36.* — « CVM SICVT VENERABILIS. »

3525. — *Laterani 23 Augusti.*
« Abbati sancti Pauli de Ripa Arni et Gallo canonico Pisanis. » Vt habitatores de Castello Castri Pisis commorantes et alios, qui, durantibus sententiis excommunicationis et interdicti in ipso Castro, mercationes ibidem exercuerunt, recepto primitus fidelitatis iuramento, absolvant. Dat. ut supra (Laterani X. Kal. Sept. anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 11. fol. 157; Mss. Vallic. I. 53.* — « CVM SICVT VENERABILIS. »

3526. — *Laterani 3 Septembris.*
« Episcopo et capitulo Xanctonensibus. » Vt P. archipresbytero de Surgeriis, qui diu in choro eorum ecclesiae servivit, nec ultra triginta solidos habens in archipresbyteratu suo in redditibus, potest exinde commode sustentari, digne provideant. Laterani III. Non. Sept. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 7. fol. 156; Horoy H-i opp. omn. IV. 9. n. 12.* — « ET SI NON NISI. »

3527. — *Laterani 3 Septembris.*
« (Hugolino) episcopo Ostiensi Apost. Sedis Legato. » Mandat ut cives Parmenses episcopo et clero reconciliatos ab excommunicationis et interdicti sententiis absolvat, et amicabilem compositionem inter ipsos initam, quae ad commodum Parmensis ecclesiae creditur provenire, confirmet. Laterani III. Non. Sept. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 12. fol. 157.* — « PER TVAS NOBIS. »

3528. — *Laterani 3 Septembris.*
« Capitulo Pinguensi. » Mandat ut Henrico eorum concanonico, quem Conradus Hildensemensis (*sic*) electus capellanus et poenitentiarius Papae ad praedicationem evangelii in partibus Teotoniae sibi assumpsit, fructus praebendae, licet absenti, ministrent, alioquin decano, scolastico et magistro Alb. canonico Argentinensibus dat in mandatis ut eos ad id compellant. Dat. ut supra (Laterani III. Non. Sept. anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 13. fol. 157.* — « CVM DILECTVS. »
Scriptum est illis.

3529. — *Laterani 3 Septembris.*
« Capitulo Ildesemensi » Electionem magistri Conradi capellani et poenitentiarii Papae in eorum episcopum ab eis factam, et ab archiepiscopo Maguntino confirmatam, nuntiat se ratam habere, eique obedientiam et reverentiam debitam praestent. Dat. ut supra (Laterani III. Non. Sept. anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 14. fol. 157.* — « LITTERAS VESTRAS. »

3530. — *Laterani 3 Septembris.*
« Magistro Conrado electo Ildesemensi capellano et poenitentiario nostro. » Ne propter suam electionem ad ecclesiam Ildensemensem (*sic*) praedicationis officium dimittat. Dat. ut supra (Laterani III. Non. Sept. anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 15. fol. 157; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 1.* — « LITTERAS TVAS. »

3531. — *Laterani 3 Septembris.*
(Sigfrido) archiepiscopo Maguntino, qui electionem magistri Conradi capellani et poenitentiarii

apostolici in episcopum canonice factam per capitulum ecclesiae Hildesemensis confirmaverat, significat, se tam electionem capituli quam confirmationem eius ratam habere. Laterani III. Non. Sept. anno sexto. — *Scheid Origg. Guelf. III. 679; Potthast 583. n. 6705; Horoy H-i opp. omn. IV. 10. n. 13.* — « LITTERAS TVAS RECEPIMVS. »

3532. — *Laterani 9 Septembris.*
« Ministerialibus ecclesie Ildesemensis. » Mandat, ne ipsi, qui laici sunt, de cetero se electionibus pontificum ingerant, quia pati nec vult nec debet ecclesias taliter subiici servituti. Laterani V. Idus Sept. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 16. fol. 157; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 1; Scheid Origg. Guelf. III. 682; Potthast 583. n. 6706; Horoy H-i opp. omn. IV. 11. n. 14.* — « CVM SCIATIS VEL. »

3533. — *Laterani 9 Septembris.*
« Vniversis Principibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus et aliis Magnatibus per Theutoniam constitutis. » Mandat ut crucesignatos profecturos ad partes transmarinas non vexent indebitis exactionibus, immo eius intuitu quo se devovent, aliquid debitorum eisdem remittant. Dat. ut supra (Laterani V. Idus Septembris anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 17. fol. 158; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 1; Rodenberg Epist. Select. 126. n. 179.* — « CVM HII QVI FIDEI. »

In eundem modum archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum prelatis per Teutoniam (*sic*) constitutis. — *Reg. Vat. l. c.; Raynaldi l. c.; Sudendorf Registr. I. 84. n. 38; Potthast 583. n. 6709, et Horoy H-i opp. omn. IV. 12. n. 16 (IV. Id. Sept.).*

3534. — *Laterani 9 Septembris.*
« Nobili viro (Henrico) duci Saxonie. » Mandat ei ut defendat magistrum Conradum capellanum et poenitentiarium Papae Hildesemensem electum contra malefactores et praedones ecclesiae suae. Dat. ut supra (Laterani V. Idus Sept. anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 18. fol. 158; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 1; Rodenberg Epist. Select. 127. n. 180.* — « CVM VSQVE ADEO. »

3535. — *Laterani 9 Septembris.*
Capitulum ecclesiae S. Katerinae Mutinensis cum omnibus bonis patrocinandum suscipit, specialiter autem possessiones et vineam, quas quondam Pinellus eorum ecclesiae contulit, eis confirmat. Laterani V. Idus Sept. anno sexto. — *Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. Dipl. 75. n. 740; Potthast 583. n. 6707.* — « CVM A NOBIS. »

3536. — ....
Capitulum Hildesheimense eiusque bona sub b. Petri et sua protectione suscipit et huius ecclesiae libertates et immunitates confirmat. — *Orig. in arch. Hannover.; Binterim et Floss Additamentum 12; Potthast App. 2091. n. 6706 a-26075 (deest nota chronol.)*

3537. — *Laterani 10 Septembris.*
« (Bertoldo) patriarche Aquilegensi. » Mandat ut I. Polensem episcopum, qui iam propter diversas causas petivit cum instantia ut sua cessio acciperetur, de qua re dedit Papa litteris in mandatis episcopo et archidiacono Absarensibus, et nunc cedere praetermittitur, ad cedendum iuxta statuta capituli generalis compellat, mandans capitulo ecclesiae Polensis ut sibi per electionem canonicam de persona idonea in episcopum provideant. Laterani IIII. Idus Sept. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 19. fol. 158; Vghelli Ital. Sacr. V. 479; Potthast 583. n. 6708; Horoy H-i opp. omn. IV. 12. n. 15.* — « DILECTI FILII. »

3538. — *Laterani 17 Septembris.*
« Bartholomeo subdiacono et capellano nostro Apost. Sedis Legato. » Arguit eum acriter quod Papae voluerit illudere circa

petitam absolutionem Lamberti et Vbaldi, eique prohibet ne se de cetero in hoc negotio intromittat. Laterani XV. Kal. Oct. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 21. fol. 158; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 36.* — « Nisi ivstvm animi. »

3539. — *Laterani 22 Septembris.*

« Comiti Bertoldo. » Confirmat ei terram quae dicitur Partuselli, pro qua iuramentum fidelitatis praestiterat in manibus magistri Bartholomaei subdiaconi et capellani Papae Apost. Sedis Legati, sub annuo censu duarum marcarum argenti, quae Pontificibus Romanis persolventur. Laterani X. Kal. Oct. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 20. fol. 158; Mss. Vallic. I. 53; Bull. Roman. ed. Taur. III. 381. n. 56; Potthast 583. n. 6710; Horoy H-i opp. omn. IV. 13. n. 17.* — « Cvm terram qve dicitvr. »

3540. — *Laterani 22 Septembris.*

« Episcopo Portuensi Apost. Sedis Legato. » Vt cessionem G. episcopi Mimatensis, si eum regimini ecclesiae propter suam senectutem minus sufficientem invenerit, recipiat, et ecclesiam ipsam per electionem provideri faciat. Laterani X. Kal. Oct. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 22. fol. 159.* — « Venerabilis frater. »

3541. — *Laterani 2 Octobris.*

« Canonicis ecclesie sancti Petri in Conca Narniensibus. » Quaternarium canonicorum numerum ab episcopo Narniensi de eorum assensu in eorum ecclesia statutum confirmat. Laterani VI. Non. Oct. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 23. fol. 159.* — « Ivstis petentivm. »

3542. — *Laterani 4 Octobris.*

« Preposito et canonicis ecclesie sancte Marie de Vineis Ianuensibus. » Duodenarium canonicorum numerum ab eis cum consensu H. Ianuensis archiepiscopi in eorum ecclesia constitutum confirmat. Laterani IIII. Non. Oct. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 24. fol. 159.* — « Cvm a nobis petitvr. »

3543. — *Laterani 5 Octobris.*

« Abbati sancti Dionisii, Vicedomino et magistro de Bermont canonico Remensibus. » Quum Tullensis ecclesia trium millium marcarum debito teneretur, et Papa providisset ut dimidia pars totius debiti per clerum civitatis et diocesis Tullensium, facta inter eos contributione, et per episcopum Tullensem alia dimidia solveretur; quum autem praedictus episcopus, multo maiorem summam suggerens se debere multo plura a clero exigere vellet; mandat ne memoratum clerum super ulteriore summa de cetero permittant aggravari. Laterani III. Non. Oct. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 25. fol. 159; Horoy H-i opp. omn. IV. 14. n. 18.* — « Intellecto qvondam. »

3544. — *Laterani 14 Octobris.*

« Archiepiscopo et abbati Omnium Sanctorum Tranensibus. » Iis committit executionem sententiae pro Philippo et Mauritio Freoc̄ civibus Ravellensibus contra capitulum Fogetanum Troianae dioecesis, ut eosdem cives in possessionem immittant quarumdam domorum et aliarum rerum de quibus causa vertebatur: quae primum Salernitano archiepiscopo, et postmodum Melfiensi episcopo et coniudicibus suis commissa fuit: quorum processus pro iisdem civibus a Beneventano archiepiscopo et collegis suis fuerat apostolica auctoritate confirmatus, et ipsi cives per Bibinensem episcopum in possessionem earundem domorum inducti fuerant: cum tamen non potuerint possessionem ipsam obtinere, auditor a Papa concessus fuit primum L. subdiaconus et capellanus apostolicus, et tandem G(regorius) tit. sanctae Anastasiae presbyter cardinalis, quo referente, supradicta sententia lata fuit. Late-

rani II. Idus Oct. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 26. fol. 159.* — « DILECTI FILII. »

3545. — *Laterani 15 Octobris.*
« Vniversis fratribus qui in Insula Pontie et circumadiacentibus commorantur. » Mandat ut qui nulli regulae vel superiori subsunt, debeant abbati Fossae Novae eiusque successoribus obedire. Laterani Idibus Oct. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 28. fol. 160; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 38.* — « A RELIGANDO. »

3546. — *Laterani 16 Octobris.*
« Vniversis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. » Visitantibus ecclesiam sancti Audomari (Ambianen.) in die festo ipsius viginti dierum indulgentiam concedit. Laterani XVII. Kal. Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 27. fol. 160; Mss. Vallic. I. 53.* — « DIVINA BENIGNITAS. »

3547. — *Laterani 18 Octobris.*
« Magistro Bartholomeo subdiacono et capellano nostro Apost. Sedis Legato. » Erga archiepiscopum Calaritanum et episcopum Sulciensem ad Apostolicam Sedem venientes ad misericordiam pronus, mandat, ut episcopum a sententia excommunicationis absolvere possit, recepto ab eo iuramento ut nihil de cetero contra Romanam Ecclesiam moliatur, et specialiter Lamberto et Vbaldo et eorum complicibus nullo modo faveat; archiepiscopo vero interdicit ut primo vel secundo eiusdem episcopi successori munus consecrationis et confirmationis impertiri possit. Laterani XV. Kal. Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 29. fol. 160; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 36.* — « VENERABILES FRATRES. »

3548. — *Laterani 18 Octobris.*
« (Arnoldo) episcopo Bigorritano. » Vt inquirat contra abbatem Condomensem Agennensis dioecesis qui de symoniae, incontinentiae, incestus, periurii ac dilapidationis criminibus coram B(ertrando) tit. ss. Iohannis et Pauli presbytero cardinali, dum in partibus Provinciae legationis officio fungebatur, accusatus fuit, et idem cardinalis inquisitionem commisit contra dictum abbatem monasterii Condomensis archiepiscopo Auxitano et collegis ipsius, et abbate se interim assentante, inquisitio non processit. Laterani XV. Kal. Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 30. fol. 160; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CLAMORE PERLATO. »

3549. — *Laterani 18 Octobris.*
« Priori et canonicis sancti Iacobi de Bucham. » Eorum personas cum bonis sub apostolica protectione recipit, specialiter autem sancti Iacobi, Omnium sanctorum, sancti Andreae de Bucham et de Chenigale ecclesias cum capellis et pertinentiis earundem confirmat. Laterani XV. Kal. Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 44. fol. 162.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3550. — *Laterani 19 Octobris.*
« Abbati de Tornetoñ. » Indulget, ut auctoritate litterarum apostolicarum de causis cognoscere non cogatur quae specialem non fecerint de hac indulgentia mentionem, ita tamen quod hoc per partes vicinas faciat pubblicari. Laterani XIIII. Kal. Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 32. fol. 161.* — « CVM PRETER RERVM. »

3551. — *Laterani 20 Octobris.*
« Abbati sancti Martini de Gemellis, et Preposito, et Th. de cruce canonico Ambianensibus. » Confirmat statuta quae decanus et capitulum ecclesiae sancti Audomari super residentia facienda in ecclesia eorumdem, super assignatione praebendarum et aliis articulis fecerunt, iisque mandat ut statuta ipsa observari faciant. Laterani XIII. Kal. Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 31. fol. 160; Horoy H-i opp.*

omn. IV. 15. n. 19. — « DILECTI FILII DECANVS. »

3552. — *Laterani 21 Octobris.*

« Eidem (archiepiscopo Kalaritano). » Indulget ut eos, qui ab Vbaldo et Lamberto ad ecclesiae unitatem redeunt, a vinculo excommunicationis absolvat, ita quod iniungat eisdem ne praedictis Vbaldo et Lamberto consilium vel favorem ullum praestent. Laterani XII. Kal. Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 35. fol. 161; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 36.* — « DE DISCRETIONE TVA. »

3553. — *Laterani 22 Octobris.*

« (Arnoldo) Bigorritano episcopo. » Si viderit abbatem monasterii Condomensis per inquisitionem esse removendum, iniungat « ipsius loci conventui ut aliquos vice omnium ad presentiam tuam mittant ut cum consilio tuo provideatur ipsi monasterio de persona que sit idonea. » Laterani XI. Kal. Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 33. fol. 161; Mss. Vallic. I. 53.* — « CVM TIBI DEDERIMVS. »

3554. — *Laterani 25 Octobris.*

« (Mariano) archiepiscopo Kalaritano. » Concedit ut ubi non fuerint Vbaldus et Lambertus vel principales eorum fautores, clausis ianuis, divina officia faciat celebrari. Laterani VIII. Kal. Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 34. fol. 161; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 36.* — « FRATERNITATIS TVE. »

3555. — *Laterani 25 Octobris.*

« Vniversis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. » Confirmat sententiam, quam B(ertrandus) tit. sanctorum Iohannis et Pauli presbyter cardinalis Apost. Sedis Legatus in R(aimundum) filium R(aimundi) quondam comitis Tolosani tulit, et qua eum privavit omni iure in terra quae dicti patris sui fuerat vel erat in legatione dicti cardinalis. Laterani VIII. Kal. Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 43. fol. 162; Mss. Vallic. I. 53; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 45; Bouquet Rec. XIX. 715; Potthast 583. n. 6711; Horoy H-i opp. omn. IV. 16. n. 20.* — « EA QVE CONTRA. »

3556. — *Laterani 26 Octobris.*

« Priori et conventui Vallis Crosse ordinis sancti Augustini. » Statuta a C(onrado) Portuensi episcopo Apostolicae Sedis Legato pro eorum ecclesiae reformatione facta confirmat. Laterani VII. Kal. Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 36. fol. 161.* — « CVM A NOBIS. »

3557. — *Laterani 26 Octobris.*

« Archipresbitero et clericis sancte Marie Maioris de Vrbe. » Intimat se prohibere expresse, ne quis ea, quae ipsi ecclesiae in auro, argento, pannis sericis et quibuscumque aliis ecclesiasticis ornamentis tam in praesenti quam in futurum collata fuerint, donare, vendere et obligare, ullo modo praesumat. Laterani VII. Kal. Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 38. fol. 161; Mss. Vallicell. I. 53.* — « MVLTA DEVOTIO QVAM. »

In eundem modum scriptum est Priori et conventui Lateranensibus. — *Reg. Vat. l. c; Arch. Basil. Lateran. Q. I. C. 11 (origin.).*

In e. m. abbati et conventui sancti Laurentii foris muros. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. abbati et conventui monasterii sancti Pauli de Vrbe. — *Reg. Vat. l. c.; Margarini Bull. Cassin. II. 256; Potthast 583. n. 6712; Horoy H-i opp. omn. IV. 16. n. 21.*

In e. m. (Stephano) abbati et conventui monasterii Cassinensis. — *Reg. Vat. l. c.; Gattula Hist. abbat. Cassin. II. 443; Tosti Monte Cassino II. 303; Potthast 583. n. 6713; Horoy l. c.*

3558. — *Laterani 27 Octobris.*

« (Godefrido) Cameracensi episcopo. » Circa clericos, qui in minoribus ordinibus

constituti beneficia ecclesiastica obtinuerunt et postea matrimonium contraxerunt, nihilominus in iam obtentis beneficiis pro suae arbitrio voluntatis ministrantes, statuat quod secundum Deum ad honorem Ecclesiae viderit statuendum. Laterani VI. Kal. Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 41. fol. 162; Horoy H-i opp. omn. IV. 18. n. 23.* — « AD NOSTRAM NOVERIS. »

3559. — *Laterani 27 Octobris.*

« Abbati sancti Iacobi de Pruvino Senonensis diocesis. » Mandat ut magistrum Stephanum de Pruvino ad cautelam absolvat pro vicesima non soluta proventuum cuiusdam grangiae, quam abbas et conventus de Britolio ipsi magistro in vita sua dederant, eamque vicesimam ab eo accipiant in Terrae Sanctae subsidium convertendam. Laterani VI. Kal. Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 42. fol. 162; Horoy H-i opp. omn. IV. 17. n. 22.* — « MAGISTER STEPHANVS. »

3560. — *Laterani 28 Octobris.*

« Archiepiscopis et episcopis ad quos littere iste pervenerint. » Vt compescant eos qui fratres sancti Bartholomaei de Trisulto ordinis Cartusiensis contra eorum indulta et privilegia molestant. Laterani V. Kal. Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 40. fol. 162; Mss. Vallic. I. 53.* — « CVM DILECTOS FILIOS. »

3561. — *Laterani 29 Octobris.*

« Vniversis archiepiscopis et episcopis ad quos littere iste pervenerint. » Vt abbates ordinis Cisterciensis contra eorum privilegia non molestent, praesertim quod in eorum mercenarios excommunicationis sententiam iaculantur, sumentes occasionem ex eo quod ipsi abbates eis professionem facere renuunt. Laterani IIII. Kal. Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 37. fol. 161.* — « ET SI DE QVIBVSLIBET. »

3562. — *Laterani 29 Octobris.*

« (Lucae) Cusentino archiepiscopo et (Andreae) episcopo sancti Marci. » Vt monasterium Sambucinum Cisterc. ord. situm in loco ruinoso et alias valde inepto, ad monasterium de Matino dioecesis sancti Marci, personis et religione pene penitus destitutum, transferri permittant. Laterani IIII. Kal. Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 39. fol. 162.* — « DILECTI FILII. »

3563. — *Laterani 4 Novembris.*

« C(aro) archiepiscopo Montis Regalis. » Confirmat restitutionem factam a Friderico imperatore et rege Siciliae possessionum et reddituum omnium, quibus clarae memoriae Wilelmus rex Siciliae ecclesiae suae fundator ipsam dotavit ecclesiam, et quae tempore turbationis regni fuerant a diversis tam christianis quam saracenis occupata. Laterani II. Non. Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 45. fol. 163; Mss. Vallicell. I. 53; Rodenberg Epist. Select. 127. n. 182.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3564. — *Laterani 5 Novembris.*

« Vniversis Christi fidelibus per Valentinam diocesim constitutis. » Subvenientibus monasterium monialium de Comertio Cisterciensis ordinis Valentinae dioecesis, quod nuper fuit improviso vicini fluminis incremento destructum, ita ut ad alium locum illud oporteat de necessitate transferri, quinque dies indulgentiarum concedit. Laterani Nonis Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 46. fol. 163.* — « QVONIAM VT AIT APOSTOLVS. »

3565. — *Laterani 6 Novembris.*

« (Palmerio) preposito et fratribus Mortariensibus ordinis sancti Augustini. » Concessionem monasterii sancti Petri in Coelo Aureo de Papia eis factam a Iacobo episcopo Taurinensi et ab Hugone Ostiensi episcopo Apostolicae Sedis Legato confir-

matam, ratam habet. Laterani VIII. Idus Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 47. fol. 163; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 38; Robolini Notizie IV. 1. 101; Potthast 583. n. 6714. — Pennottus Cleric. Can. Hist. 206, Potthast 584. n. 6718 et Horoy H-i opp. omn. IV. 22. n. 27 (13 Nov.).* — « QVE APOSTOLICE SEDIS. »

3566. — *Laterani 9 Novembris.*

« (Ralph de Wareham) episcopo Cicestrensi. » Ne clerici, qui tempore turbationis Angliae in fide Sedis Apostolicae persistentes regis adversariis fortiter restiterunt, et, culpis suis exigentibus, per G(ualam) tit. s. Martini presb. card. Ap. Sed. Legatum fuerunt dignitatibus et aliis beneficiis ecclesiasticis spoliati, coram suspectis iudicibus auctoritate litterarum apostolicarum conveniri possint, nisi forte in eisdem mentio fiat de hoc statuto, quod publicet in sua dioecesi et observari faciat. Laterani V. Idus Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 48. fol. 163.* — « QVIA NON EST. »

3567. — *Laterani 10 Novembris.*

« Abbati et conventui monasterii sancti Martini de Valle. » Eorum monasterium cum omnibus bonis, praesentibus et futuris, sub apostolica protectione recipit, ad cuius indicium annuum censum duorum solidorum denariorum senatus Apostolicae Sedi solvere teneantur. Laterani IIII. Idus Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 49. fol. 163; Bull. Vat. I. 107; Potthast 584. n. 6717; Horoy H-i opp. omn. IV. 21. n. 26.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

3568. — *Laterani 10 Novembris.*

« (Roberto) Vesprimiensi episcopo. » Assignationem annuam centum marcarum ab ipso de parrochialibus ecclesiis vel de episcopalibus redditibus canonicis ecclesiae suae factam, confirmat. Laterani IIII. Idus Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 50. fol. 164; Fejér Cod. Dipl. III. 1. 347; Theiner Mon. Hung. I. 30. n. 60; Potthast 583. n. 6715; Horoy H-i opp. omn. IV. 19. n. 24.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3569. — *Laterani 10 Novembris.*

Abbati et conventui monasterii s. Martini de Valle Theatin. dioec. castrum Fara s. Martini cum bonis stabilibus eis a Credindeo Credindei domino Theatin. donatum, et quasdam ecclesias eisdem subiectas, confirmat. Laterani IV. Id. Nov. anno sexto. — *Bull. Vat. I. 106; Potthast 583. n. 6716; Horoy l. c. 19. n. 25.* — « SACROSANCTA ROMANA. »

3570. — *Laterani 12 Novembris.*

« Episcopo Cicestrensi. » Dat ei facultatem conferendi beneficia vacantia quae iuxta statuta lateranensis concilii ad eius spectant devolutionem. Laterani II. Idus Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 52. fol. 164.* — « ET SI SVPERFLVVM. »

3571. — *Laterani 12 Novembris.*

« Eidem. » Vt in quosdam abbates, priores et alios religiosos suae dioecesis, qui praeter auctoritatem suam quasdam decimas de manu laicali recipere praesumentes eas longo tempore detinuerunt occupatas, episcopalem iurisdictionem exerceat. Dat. ut supra (Laterani II. Idus Nov. anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. sub eodem num. 52. fol. 164.* — « ET SI SVPERFLVVM. »

3572. — *Laterani 13 Novembris.*

« Sancti Iacobi, sancti Michaelis et sancte Marie Magdalene prioribus Vlixbonensibus. » Vt contra I. priorem S. Crucis de Colimbria, ob diversa crimina multipliciter diffamatum, inquirant. Laterani Idibus Nov. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 57. fol. 165; Mss. Vallic. I. 53.* — « EX INSINVATIONE. »

3573. — *Laterani 15 Novembris.*

« Capitulo Aversano. » Vt electo, pendente examinatione electionum apud Nea-

politanum archiepiscopum, non intendant, sed electum et eligentes ad romanam curiam destinent. Laterani XVII. Kal. Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 51. fol. 164.* — « Cvm examinationem. »

In eundem modum scriptum est super hoc eidem archiepiscopo.

3574. — *Laterani 15 Novembris.*

« Abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis ac clericis universis per Remensem provinciam constitutis. » (Guilelmi) Remensis archiepiscopi Apostolicae Sedis Legati, cui potestas a Sede Apostolica data fuit in sua et Rothomagensi provinciis quoad fidei negotium in partibus Provinciae providendi, statutum confirmat, ut videlicet omnes ecclesiasticae personae in Remensi provincia consistentes et religiosi omnes, Cisterciensibus, Templariis, Hospitalariis et Cartusiensibus dumtaxat exceptis, pro negotio fidei in partibus Provinciae vicesimam ecclesiasticorum proventuum ad triennium conferant. Laterani XVII. Kal. Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 53. fol. 164; Mss. Vallic. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 715; Potthast 584. n. 6719; Horoy H-i opp. omn. IV. 24. n. 28.* — « Cvm venerabiles fratres. »

In eundem fere modum scriptum est (Guilelmo) Remensi archiepiscopo et suffraganeis eius. — *Reg. Vat. l. c.; Potthast l. c.; Horoy l. c.*

3575. — *Laterani 16 Novembris.*

« Nobili mulieri M(argaretae) germane I(ohannae) Comitisse Flandrensis spiritum consilii sanioris. » Quum episcopo Cameracensi et abbati sancti Iohannis in Valencenis Cameracen. dioec. et archidiacono Cameracensi dederit in mandatis ut eam absolverent ab excommunicationis sententia, quam incurrerat quia cum subdiacono cohabitaverat, de cuius manibus modo liberata est, nunc ipsam hortatur ut comitissae Flandrensis germanae suae monitis acquiescat. Laterani XVI. Kal. Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 55. fol. 164; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet l. c. 716; Potthast 584. n. 6720; Horoy H-i opp. omn. IV. 25. n. 29.* — « Qvod tibi salvtationis. »

3576. — *Laterani 16 Novembris.*

« (Godefrido) episcopo Cameracensi, abbati sancti Iohannis in Valencenis Cameracensis diocesis et archidiacono Cameracensi. » Iis mandat ut M(argaretam) germanam nobilis mulieris I(ohannae) comitissae Flandrensis absolvant ab excommunicationis sententia, quum a B(urchardo) de Avenis subdiacono, cum quo cohabitabat, discesserit. Dat. ut supra (Laterani XVI. Kal. Dec. anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 56. fol. 165; Mss. Vall. I. 53; Bouquet l. c.; Potthast 584. n. 6721; Horoy H-i opp. omn. IV. 26. n. 30.* — « Cvm B. de Avenis. »

3577. — *Laterani 16 Novembris.*

« Dilectis filiis Guidoni (*al.* Widoni) presbytero Cardinali et capitulo ecclesie sancti Laurentii in Damaso. » Nuntiat se super controversia inter ecclesiam sancti Laurentii in Damaso et capellanos sibi subiectos vertente decrevisse, ut presbyteri et clerici capellarum ipsius ecclesiae obediant Cardinali pro tempore in scrutinio, baptismo, manuali obedientia, correctione, interdicto, excommunicatione aliisque articulis, et quando ecclesia ipsa Cardinali vacabit, eidem ecclesiae supradicta exhibeant. Laterani XVI. Kal. Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 143. fol. 182; inter Decretal. H-i III. lib. I. tit. 18.* De maior. et obedientia *c. I. ed. Ciron. 73; inter Decret. Gregorii IX. lib. I. tit. 33.* De maior. et obedien. *c. 11; Boehmer Corp. II. 183 (an. 1216); Richter Corp. II. 193; Potthast 665. n. 7732 (sine signo chronologico); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. XXXIII. c. XI. p. 201.* — « Hiis qve pro ecclesia. »

3578. — *Laterani 17 Novembris.*
« (Roberto) episcopo Baiocensi. » Non obstante innovatione quam fecit privilegii Alexandri Papae III pro abbate et conventu monasterii sancti Stephani Cadomensis, dans litteris in mandatis episcopo et decano Lexoviensibus et priori sanctae Barbarae Lexoviensis dioecesis, ut eosdem abbatem et conventum non permitterent contra eiusdem scripti tenorem temere molestari; indulget ut eius iurisdictio in eo statu in quo fuit tempore impetratae innovationis permaneat, quum innovatio nec ius novum conferat nec tollat vetus. Laterani XV. Kal. Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 59. fol. 165; Horoy H-i opp. omn. IV. 27. n. 31.* — « SVPPLICANTIBVS NOBIS. »

Scriptum est super hoc eisdem in eundem fere modum. — *Reg. Vat. l. c.*

3579. — *Laterani 17 Novembris.*
Praepositum et conventum (monialium) in Volkardeshusen (Volkhardinghausen) (ord. S. Aug. Paderborn. dioc.) cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. Laterani XV. Kal. Dec. anno sexto. — *Varnhagen Grundlage. UB. 42. n. 13.* male ad *a. 1223; Potthast 584. n. 6722.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

3580. — *Laterani 19 Novembris.*
« Preposito et fratribus ecclesie sancti Andree de Benevento. » Indulget ut bona donata eorum monasterio secundum beati Augustini regulam noviter instituto libere retinere possint. Laterani XIII. Kal. Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 54. fol. 164.* — « CVM IN ECCLESIA VESTRA. »

3581. — *Laterani 19 Novembris.*
« F(riderico) illustri Romanorum imperatori semper Augusto et regi Sicilie. » Invehit in eum quod nondum transfretaverit et quod ob infelicem exercitus christiani casum de ipso Papa sit murmuratum, quia nimis ipsi Friderico detulerit; mittit ei Nicolaum Tusculanum episcopum Apost. Sedis Legatum, cui intendat. Laterani XIII. Kal. Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 61. fol. 166; Mss. Vallic. I. 53; fragm. ap. Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 18; Huillard-Bréholles Hist. Dipl. II. 220; cf. Böhmer Reg. 1198-1254. p. 328. n. 50; Potthast 584. n. 6723; Horoy H-i opp. omn. IV. 28. n. 32; Rodenberg Epist. Select. 128. n. 183.* — « MERORE PLENAS TIBI. »

3582. — *Laterani 20 Novembris.*
« Hugoni preposito de Wido monacho Corbeiensi. » Absolvit eum a defectu natalium ita ut, eo non obstante, ad actus legitimos libere admitti possit. Laterani XII. Kal. Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 58. fol. 165; Horoy H-i opp. omn. IV. 30. n. 33.* — « APOSTOLICE SEDIS. »

3583. — *Laterani 24 Novembris.*
« Preposito et capitulo ecclesie sancti Michaelis de Coniolo. » Senarium canonicorum numerum a Brixiensi episcopo loci dioecesano in eorum ecclesia statutum confirmat. Laterani VIII. Kal. Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 60. fol. 165.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3584. — *Laterani 26 Novembris.*
« Abbati et conventui monasterii Dolensis. » Provisio priorum et capellanorum in ecclesiis Bituricensis dioecesis, in quibus eorum monasterium ius obtinet patronatus, super partitione proventuum ecclesiarum ipsarum, confirmatur. Laterani VI. Kal. Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 109. fol. 174; Horoy H-i opp. omn. IV. 31. n. 34.* — « CVM OLIM SVPER. »

3585. — *Laterani 27 Novembris.*
« Archiepiscopo Remensi Apost. Sedis Legato. » Indulget ei ne, quamdiu legationis officio fungitur, trahi possit in causam extra regnum Franciae per litteras a Sede Apo-

stolica de cetero impetrandas. Laterani V. Kal. Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 72. fol. 169; Horoy H-i opp. omn. IV. 31. n. 35.* — « VT EFFICACIVS INTENDERE. »

3586. — *Laterani 29 Novembris.*

« Magistro Cinthio canonico Principis Apostolorum et Rectori Beneventano. » Mandat ei ut de damnis, quae contra inhibitionem R. sancti Angeli diaconi Cardinalis a Roffrido de Epyphanio, a Concilio et suis sequacibus illata sunt Gechoniae ac G. de Bulgaro et eorum sociis, satisfieri faciat, prout a Pontifice mandatum fuit R. tunc rectori Beneventano et L. subdiaconis et capellanis ipsius Pontificis. Laterani III. Kal. Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 62. fol. 166.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

3587. — *Laterani 29 Novembris.*

« Sancti Walerici et de Augo (Ango, *Horoy*) abbatibus et priori sancti Walerici Ambianensis et Rothomagensis diocesum. » Mandat iis quatenus monachos sancti Luciani Belvacensis, non obstantibus appellationibus interpositis, compellant ut suo abbati reverentiam et obedientiam debitam exhibeant. Laterani III. Kal. Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 63. fol. 167; Horoy H-i opp. omn. IV. 33. n. 37.* — « AD NOSTRAM AVDIENTIAM. »

3588. — *Laterani 29 Novembris.*

« Rectori ecclesie sancte Marie de Nibiola. » Vt decimas novalium in sua parrochia percipiat, quas episcopus Novariensis R. Buz canonico Novariensi concessit, quum perceptio decimarum ad parrochiales ecclesias de iure communi pertineat, per quod decimae novalium quae fiunt in parrochiis earundem ad ipsas spectare noscuntur. Dat. ut supra (Laterani III. Kal. Dec. anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 64. fol. 167.* — « EX PARTE TVA. »

3589. — *Laterani 29 Novembris.*

« P. Laico et M. mulieri fratribus de Anticulo. » Terras de Puliniano, quas eorum patri C(aelestinus) papa concessit, ad instar I(nnocentii) III papae eis confirmat. Laterani III. Kal. Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 65. fol. 167.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3590. — *Laterani 29 Novembris.*

« Sancti Eligii Noviomensis et sancti Iohannis in Vineis abbatibus et magistro I. de Feritate canonico sancti Iohannis in Vineis Suessionen. » Eisdem mandat ut priorem et conventum monasterii Corbeiensis ab excommunicationis sententia absolvant, quam in eos episcopus Ambianensis protulerat, pro eo quod quidam eorum monachi quandam possessionem, auctoritate Pontificis causa rei servandae adiudicatam eisdem, intrarunt, eodem episcopo renitente; et causam inter episcopum ipsum et priorem ac conventum supradictos ad decanum Parisiensem et suos coniudices, a Papa iam delegatos, remittant; interim, ne propter hoc provisio monasterii retardetur, Hugonem, in abbatem eiusdem monasterii electum, si idoneum invenerint, confirment. Laterani III. Kal. Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 66. fol. 167; Horoy H-i opp. omn. IV. 32. n. 36.* — « PRIOR ET CONVENTVS. »

3591. — *Laterani 1 Decembris.*

« Rothomagensi capitulo. » Cum de successione praelati tractatum haberent, et quidam in Thomam, quidam in cancellarium et quidam singulares in singulares personas eiusdem ecclesiae consenserint, significat, se quod factum fuit de Thoma cassavisse, petitione etiam reiecta consentientium in cancellarium, et mandat ut iterum praelatum sibi eligant. Laterani Kal. Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 67. fol. 168; inter Decret. H-i III. lib. I.*

tit. 5. De electione *c. 6. ed. Cironius 38; Decret. Gregor. IX. lib. I. tit. 6.* De electione *c. 48. cf. Boehmer Corp. II. 74; Richter Corp. II. 87; Potthast 593. n. 6848 (ineunte Iun. 1222); Horoy H-i opp. omn. IV. 34. n. 38; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. VI. c. XLVIII. p. 91.* — « ECCLESIA VESTRA DESTITVTA. »

3592. — *Laterani 2 Decembris.*

« (Iohanni) archiepiscopo Viennensi et (Guilelmo) episcopo Gracionopolitano. » Vt super vita et miraculis Hugonis abbatis Bonae Vallis Cisterciensis ordinis diligenter inquirant, et Papae fideliter veritatem rescribant. Laterani IIII. Nonas Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 68. fol. 168; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 51; Martene Thesaur. anecd. I. 887; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 381. n. 57; Manrique Ann. Cist. IV. 217 (mutila); Potthast 584. n. 6724; Horoy H-i opp. omn. IV. 35. n. 39.* — « QVIA SVA INCOMMVTABILI. »

3593. — *Laterani 2 Decembris.*

Ne apostolicae sedis legati procurationes pecuniarias a Cisterciensibus exigant, sed sine carnium esu cibis regularibus sint contenti. Laterani IV. Nonas Dec. (anno sexto). — *Lang Regesta IV. 742; Potthast Append. 2091. n. 6724a-26076.*

3594. — *Laterani 3 Decembris.*

« Magistro Accontio subdiacono et capellano nostro Apostolice Sedis Legato. » Eum monet ut haereticos Bosniae, ubi tamquam in cubilibus receptati sunt, studeat profligare; qua de re nuntiat se iam scripsisse regi Hungariae ac universis archiepiscopis et episcopis regni illius; et circa cultum ecclesiasticae honestatis, quae in regno Hungariae invenerit reformanda, reformet. Laterani III. Non. Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 69. fol. 168; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 39; Fejér Cod. Dipl. III. 1. 350; Theiner Mon. Hungar. I. 31. n. 61; Potthast 584. n. 6725; Horoy H-i opp. omn. IV. 36. n. 40.* — « INTER ALIAS SOLLICITVDINES. »

3595. — *Laterani 3 Decembris.*

Vt (apostolicae sedis legati) de terris alienis a tempore concilii generalis acquisitis decimas ecclesiae ut antea solutae fuerint, Cisterciensibus item persolvant. Laterani III. Nonas Dec. (anno sexto). — *Lang Regesta IV. 742; Potthast Append. 2091. n. 6724b-26077.*

3596. — *Laterani 4 Decembris.*

« Preposito, decano et capitulo Suessionensibus. » Redditus a quibusdam concanonicis eorum emptos pro pauperibus capellanis et clericis, qui singulis diebus in eorum ecclesia officiis mortuorum interererint, ut inde congruum substentationis suae subsidium consequantur, confirmat. Laterani II. Nonas Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 73. fol. 169; Horoy H-i opp. omn. IV. 39. n. 44.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3597. — *Laterani 4 Decembris.*

« Eisdem. » Hospitale quod ante portam eorum claustri in honorem beati Nycolai construxerunt, ut sexaginta scolares pauperes recipiantur, confirmat. Dat. ut supra (Laterani II. Nonas Dec. anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 74. fol. 169; Horoy H-i opp. omn. IV. 40. n. 45.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3598. — *Laterani 4 Decembris.*

« G(unzello) episcopo in archiepiscopum Spalatensem electo. » Petente Wlcasio canonico Spalatensi nuntio suo, mittit ei palleum per episcopum Vesprimiensem sibi tradendum. Laterani II. Nonas Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 75. fol. 169; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 40; Farlati Illir. Sacr. III. 251; Katona Hist. crit. V. 362; Fejér Cod. dipl. III. 1. 348;*

Theiner Vet. mon. Slav. Merid. I. 72. n. 84; Potthast 584. n. 6726; Horoy H-i opp. omn. IV. 37. n. 41. — « Cvm dilectvs filivs. »

3599. — *Laterani 4 Novembris.*

« (Roberto) Vesprimiensi episcopo. » Committit ei ut a (Gunzello) fratre Hospitalis sancti Stephani regis, in archiepiscopum Spalatensem electo, fidelitatis iuramentum recipiat, et palleum ei tradat quod per Wlcasium canonicum Spalatensem transmisit. Dat. ut supra (Laterani II. Nonas Dec. anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 76. fol. 169; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 40; Farlati l. c. 251; Katona l. c. 363; Fejér l. c. 348; Theiner Monum. Hungar. I. 31. n. 62; Potthast 584. n. 6727; Horoy l. c. 38. n. 42.* — « Olim tibi meminimvs. »

3600. — *Laterani 4 Decembris.*

Episcopo Leonensi et abbati S. Lupi Corisopitens. dioc. mandat, ut de vita et miraculis Mauritii quondam abbatis S. Mauritii Cisterc. ord. veritatem diligenter inquirant eamque Sedi Apostolicae per litteras suas fideliter intiment. Laterani II. Nonas Dec. anno sexto. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 241 (non integra, initium deest); cf. Potthast 584. n. 6728; cf. Horoy H-i opp. omn. IV. 38. n. 43.*

3601. — *Laterani 5 Decembris.*

« (Iohanni) Strigoniensi archiepiscopo et suffraganeis eius. » Eos monet et hortatur ut haereticam pestem in Bosnia extirpare studeant, et magistro Accontio subdiacono et capellano Papae et Apost. Sed. Legato, quum ab eo requisiti fuerint, ad id consilium et auxilium opportunum impendant. Laterani Nonis Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 71. fol. 168; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 39; Fejér Cod. Dipl. III. I. 351; Theiner Monum. Hung. I. 31. n. 63; Potthast 584. n. 6729; Horoy H-i opp. omn. IV. 40. n. 46.* — « Si zelvs vos. »

In eundem modum scriptum est omnibus archiepiscopis et episcopis Vngariae. — *Reg. Vat. l. c.*

3602. — *Laterani 7 Decembris.*

« Priori et conventui ecclesie de Noketoñ ordinis sancti Augustini. » Eorum personas una cum bonis recipit sub apostolica protectione, inhibens ne quis de novalibus eorum quae propriis manibus aut sumptibus colunt, sive de ortis et eorum animalium nutrimentis ab eis decimas exigere vel extorquere praesumat. Laterani VII. Idus Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 77. fol. 169.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

3603. — *Laterani 7 Decembris.*

« Abbati sancti Germani de Pratis. » Indulget ut liceat ei et successoribus suis pallas altaris et sacerdotalia indumenta benedicere. Laterani VII. Idus Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 125. fol. 178; Horoy H-i opp. omn. IV. 42. n. 48.* — « Cvm a nobis petitvr. »

3604. — *Laterani 7 Decembris.*

Episcopum Barchinonensem exhortatur, ut fratres ordinis Praedicatorum commendatos habeat. Laterani VII. Idus Dec. anno sexto. — *Ripolli Bullar. Praed. I. 14. n. 27 (deficiente initio); cf. Potthast 585. n. 6730; cf. Horoy H-i opp. omn. IV. 41. n. 47.*

3605. — *Laterani 8 Decembris.*

« (Henrico) Dublinensi archiepiscopo. » Ne cuiquam archiepiscopo vel alii praelato Iberniae, praeter suffraganeis suis aut Apost. Sedis Legatis, sine suo et suorum successorum assensu, baiulare crucem, celebrare conventus, religiosis exceptis, vel causas ecclesiasticas tractare, nisi a Sede Apostolica delegatus fuerit, in provincia Dublinensi

liceat. Laterani VI. Idus Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 70. fol. 168; Wilkins Concil. IV. 80; Potthast 585. n. 6732; Horoy H-i opp. omn. IV. 44. n. 51.* — « Cvm secvndvm. »

3606. — *Laterani 8 Decembris.*

« Gualtero abbati et conventui sancti Germani de Pratis Parisiensibus. » Processu Trecensis episcopi et prioris sancti Victoris Parisiensis adprobato, remotionem H. praedecessoris sui a regimine abbatiae et suam in abbatem electionem confirmat. Laterani VI. Idus Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 78. fol. 169; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 42. n. 49.* — « Avditis olim et. »

3607. — *Laterani 8 Decembris.*

« (Waltero) archiepiscopo Eboracensi. » Vt clericos uxoratos suae provinciae ecclesiasticis beneficiis privet, alios ab ecclesiis, in quibus eos constiterit patribus immediate successisse, removeat, et de ipsis beneficiis et ecclesiis personis studeat idoneis providere, provisurus nichilominus contra illos qui plura ecclesiastica beneficia obtinere noscuntur. Laterani VI. Idus Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 87. fol. 171; Mss. Vallic. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Satis vt accepimvs. »

3608. — *Laterani 8 Decembris.*

Fratri Dominico priori ordinis Praedicatorum concedit facultatem dispensandi cum receptis ad habitum, ut in ordinibus minus canonice in saeculo susceptis ministrare et ad superiores promoveri possint. Laterani VI. Idus Dec. anno sexto (?). — *Ripolli Bull. Praed. I. 11. n. 17; Potthast 585. n. 6731; Horoy H-i opp. omn. IV. 43. n. 50.* — « Ex parte tva. »

3609. — *Laterani 9 Decembris.*

« (Caesareo) episcopo Famagustano. » Vt praebendas ecclesiae suae, quas vacare contigerit, canonicis ad invicem dissidentibus, maioris eorum partis accedente consensu, idoneis personis conferre possit. Laterani V. Idus Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 84. fol. 171; Theiner Vet. mon. Slav. Merid. I. 72. n. 85; Potthast 585. n. 6733; Horoy H-i opp. omn. IV. 45. n. 52.* — « Pervenit ad nos. »

In eundem modum scriptum est Paphensi episcopo. — *Reg. Vat. l. c.*

3610. — *Laterani 10 Decembris.*

« (Alberto) episcopo Massanensi. » Vt communitatem Pisanam propter debita ab Vbaldo cive Pisano, olim in civitatis eorum regimine constituto, occasione expeditionis quam praesumpsit facere in Sardiniam contra inhibitionem et excommunicationem Apost. Sed. contracta, non permittat molestari, sed ipse Vbaldus iisdem teneatur satisfacere. Laterani IIII. Idus Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 80. fol. 170; Mss. Vallic. I. 53.* — « Ex parte commvnitatis. »

3611. — *Laterani 10 Decembris.*

« Decano et capitulo Nivernensibus. » Annualia praebendarum ecclesiae Nivernensis eis ab electo Nivernensi concessa confirmat. Laterani IIII. Idus Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 83. fol. 170; Horoy H-i opp. omn. IV. 46. n. 54.* — « Ivstis petentivm. »

3612. — *Laterani 10 Decembris.*

« (Eustorgio) archiepiscopo Nycosiensi. » Concedit ut homines de Cypro, qui manus in clericos violentas iniecerunt, et propter difficultatem itineris ad Sedem Apostolicam nequeunt accedere, absolvere possit, recepto prius ab iis iuxta formam Ecclesiae iuramento, et iniuriis quas intulerint congrue satisfactis. Laterani IIII. Idus Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 85. fol. 171.* — « Cvm a nobis petitvr. »

3613. — *Laterani 10 Decembris.*
« Episcopo Famagustano. » Senarium canonicorum numerum in sua ecclesia constitutum, quum tenuis redditibus et aliis facultatibus ecclesia ipsa esse dicatur, confirmat. Laterani IIII. Idus Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 86. fol. 171; Theiner Vet. Mon. Slav. Merid. I. 73. n. 86; Potthast 585. n. 6734 (9 Dec.); Horoy H-i opp. omn. IV. 45. n. 53 (9 Dec.).* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

In eundem modum scriptum est Paphensi episcopo octonarium canonicorum numerum confirmans. — *Reg. Vat. l. c.*

3614. — *Laterani 10 Decembris.*
« (Nicolao) episcopo Tusculano Apostolice Sedis Legato. » Si cognoverit F(idericum) imperatorem iturum in Terram Sanctam, praefigat ei terminum breviorem, et ille per totum imperium imperialia scripta transmittat ut infra certum terminum, quem faciet manifestum, secum transeant fidei zelatores. Laterani IIII. Idus Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 141. fol. 182; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1221. n. 22; Rodenberg Epist. Select. 130. n. 184.* — « VOLVMVS FRATERNITATI TVE. »

3615. — *Laterani 11 Decembris.*
Abbati et conventui de Camberon Cisterc. ord. Cameracens. dioc. redditus de Lens, de Helchies, de Naste *etc.* ac alia bona confirmat. Laterani III. Idus Dec. anno sexto. — *Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. 1. 24. n. 16; Potthast 585. n. 6735; Horoy H-i opp. omn. IV. 46. n. 55.* — « CVM A NOBIS. »

3616. — *Laterani 12 Decembris.*
« Magistro C. archidiacono et officiali Lemovicensibus et archipresbytero de Nonton diocesis Lemovicensis. » In causa inter priorem monasterii de Lacu Rubeo et F. de Chambaro militem Claromontensis dioecesis super quodam nemore et rebus aliis; quae coram magistro A. canonico Claromontensi non ex delegatione apostolica vertebatur, et idem miles ad Bituriciensem archiepiscopum frustatorie vocem appellationis emittens, officiali Bituriciensi ipsam causam obtinuit delegari, et tandem ad Papam appellatum fuit; mandat ut sententias post appellationem denuntient non tenere et causam audiant. Laterani II. Idus Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 82. fol. 170; Decret. H-i III. lib. 2. tit. 19.* De appellationibus *c. 5. ed. Cironius 167; Decret. Gregorii IX. lib. 2. tit. 28.* De appell. *c. 66; Boehmer Corp. II. 407 (ad an. 1224); Richter Corp. II. 424; Potthast 670. n. 7776 (absque signo chronol.); Horoy H-i opp. omn. IV. 47. n. 56; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. XXVIII. c. LXVI. p. 441.* — « DILECTI FILII... PRIOR. »

3617. — *Laterani 13 Decembris.*
« (Ottoni) archiepiscopo Ianuensi. » Vt P. Mortariensi praeposito, in abbatem sancti Petri de Celo aureo ab episcopo Taurinensi de mandato Hostiensis episcopi tunc Apost. Sedis Legati electo, munus benedictionis impendat. Laterani Idibus Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 79. fol. 170.* — « LICET MONASTERIVM. »

3618. — *Laterani 13 Decembris.*
« Archiepiscopo Compostellano et episcopo Auriensi et abbati de Osseia Cisterciensis ordinis Auriensis diocesis. » Vt regem Portugaliae inducant ad solvendam pecuniam quam V. regina iuxta facultatem regis viri sui in ultima voluntate legaverat, de qua pecunia mille marabutinos Ecclesiae Romanae legata fuerant. Laterani Idibus Dec. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 88. fol. 171; Mss. Vallicell. I. 53.* — « SIGNIFICATVM EST. »

3619. — *Laterani 14 Decembris.*
« Episcopo Tervisino et priori sancti Michaelis de Murano de Venetiis. » Mandat,

ne permittant quod I. quondam abbas monasterii sancti Eustatii de Nerursia, qui propter multos et graves excessus auctoritate (Hugolini) episcopi Hostiensis tunc Apost. Sedis Legati amotus fuit, B. olim priorem sancti Pelagii in eius locum electum et idem monasterium occasione quarumdam litterarum apostolicarum, quae surreptitiae declarantur, molestet. Laterani XVIIII. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 121. fol. 177.* — « Ex parte conventvs. »

3620. — *Laterani 15 Decembris.*

« Decano, cantori et custodi sancti Severini Coloniensibus. » Committit iis causam inter O. pauperem sacerdotem et L. presbyterum de Novo ponte Coloniensis dioecesis super ecclesia de Hilbike, quae praeposito sancti Lutgerii Monasteriensis et coniudicibus suis commissa fuit, quos iudices idem O. suspectos habens, primum arbitros petiit, et deinde ad Sedem Apostolicam appellavit. Laterani XVIII. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 92. fol. 171.* — « Significavit nobis. »

3621. — *Laterani 16 Decembris.*

« Abbati et conventui sancti Germani de Pratis. » Statuit ne propter inquisitionem factam in eorum monasterio a Parisiensi episcopo et archidiacono Senonensi speciali mandato Sedis Apostolicae, libertati eiusdem monasterii in posterum praeiudicetur. Laterani XVII. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 89. fol. 171; Horoy H-i opp. omn. IV. 48. n. 57.* — « Cvm monasterivm. »

3622. — *Laterani 16 Decembris.*

« Priori et conventui Conventrensibus. » Ratam habet declarationem eis factam ab episcopo Coventrensi (*sic*) quod hospitium ab ipsis in eorum monasterio sibi concessum fuerit tantum de eorum gratuita voluntate gratiosum et caritativum. Laterani XVII. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 90. fol. 171; Musaeum Brit. add. mss. 15352.* — « In litteris venerabilis. »

3623. — *Laterani 16 Decembris.*

« (Bonaventurae) episcopo Ariminensi. » Mandat ne eos qui Faventiae et in quibusdam aliis civitatibus et locis vicinis ad poenitentiam se converterunt, signum humilitatis et poenitentiae in habitu exhibentes, super iuramento de armis sumendis et sequendis locorum potestatibus exhibendo, minime molestari permittat. Dat. ut supra (Laterani XVII. Kal. Ian. anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 91. fol. 171; Sbaraleae Bull. Francisc. I. 8. n. 8; Potthast 585. n. 6736; Horoy H-i opp. omn. IV. 49. n. 59.* — « Significatvm est nobis. »

3624. — *Laterani 16 Decembris.*

« Priori et conventui Conventrensibus. » Vt, sede vacante, libere de gremio ecclesiae possint eligere priorem vel alium, si fuerit ibi repertus idoneus, in episcopum et pastorem. Laterani XVII. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 93. fol. 172; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Cvm secvndvm. »

3625. — *Laterani 16 Decembris.*

« (Petro) archiepiscopo Senonensi. » Confirmat quod ipse de suffraganeorum suorum consilio statuerat, videlicet ut omnes clerici suae dioecesis pro commisso sibi fidei negotio, quod in Provinciae partibus agitur, vicesimam ecclesiasticorum proventuum per triennium solvant. Laterani XVII. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 99. fol. 173; Bouquet Rec. XIX. 716; Potthast 585. n. 6738; Horoy H-i opp. omn. IV. 51. n. 62. (18 Dec.).* — « Tva nobis fraternitas. »

3626. — *Laterani 16 Decembris.*

(Eustorgio) archiepiscopo Nicosiensi iniungit, ut, cum plures in propriis laribus infra eius dio-

cesim capellas et oratoria construxerint, superflua ex huiusmodi capellis et oratoriis, praesertim qui sine eius et praedecessorum eius erecta consensu vel indoctata constituerint, removeat. Laterani XVII. Kal. Ian. anno sexto. — *Mas Latrie Hist. de Chypre III. 618; Potthast 585. n. 6737; Horoy H-i opp. omn. IV. 49. n. 60.* — « SIGNIFICATVM EST NOBIS. »

3627. — *Laterani 17 Decembris.*

« A(lici) illustri regine Cypri. » Compositionem inter ipsam reginam, barones, milites et H. natum suum ex una parte, et archiepiscopum Nycosiensem, Paphensem, Nymotiensem et Amochostanum episcopos eiusdem archiepiscopi suffraganeos ex altera, super quibusdam decimis Graecorum, obedientiis, possessionibus et terris seu locis quae olim ad monasteria Graecorum pertinebant, quae mediatione P(elagii) Albanensis episcopi Ap. Sedis Legati in partibus Orientis et Cypro amicabiliter intervenit, confirmat. Laterani XVI. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 95. fol. 172; Mss. Vallic. I. 53.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3628. — *Laterani 17 Decembris.*

« Archiepiscopo Nycosiensi, Paphensi, Nimociensi, et Amachostano episcopis eiusdemque archiepiscopi suffraganeis. » De eadem compositione iis scribit, ut in superiori, eam confirmans. Dat. ut supra (XVI. Kal. Ian. anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 96. fol. 172; Mas Latrie Hist. de Chypre II. 44; Potthast 586. n. 6749.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3629. — *Laterani 17 Decembris.*

« Nychosiensi archiepiscopo. » Indulget ut in quibusdam festivitatibus palleo uti possit, videlicet in beati Thomae martyris, Inventionis et Exaltationis Sanctae Crucis, beati Michaelis, beati Laurentii, sancti Martini et sancti Nycolai festivitatibus nec non vigiliis Natalis Domini et Pentecostes et aliis etiam diebus quae in privilegiis Nycosiensis ecclesiae continentur. Dat. ut supra (Laterani XVI. Kal. Ian. anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 97. fol. 172.* — « CIRCVMDAT APOSTOLICA SEDES. »

3630. — *Laterani 17 Decembris.*

« (Martino) episcopo Aretino. » Correctionem monasterii de Anagnano Aretinae dioecesis, petente Guidone eiusdem monasterii priore, ipsi committit. Laterani XVI. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 98. fol. 172; Mss. Vallicell. I. 53.* — « SIGNIFICANTE DILECTO FILIO. »

3631. — *Laterani 18 Decembris.*

« Priori et conventui Conventrensibus. » Praecipit eis ne permittant ecclesias ipsis concessas in alios usus transferri nec indebitis exactionibus gravari, sed eisdem usibus, quibus sunt concessae, perpetuo conserventur. Laterani XV. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 101. fol. 173; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « SOLET ANNVERE. »

3632. — *Laterani 18 Decembris.*

« Eisdem. » Confirmat ecclesiam de Allespathe, quam episcopus Coventrensis (*sic*) pensata librorum inopia, salva competenti vicaria, eorum cantoriae concessit. Dat. ut supra (Laterani XV. Kal. Ian. anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 102. fol. 173.* — « SOLET ANNVERE. »

3633. — *Laterani 18 Decembris.*

« Priori et conventui Conventrensibus. » Cum ab H(ugone) de Nonant episcopo Conventrensi, occasione quarumdam litterarum Clementis Papae, ipsi ab eorum monasterio eiecti fuissent, canonicis saecularibus ibi institutis, et demum ab archiepiscopo Cantuariensi, auctoritate Caelestini Papae restituti fuerint, restitutionem et ecclesias, quas ante eiectionem habebant, eisdem confirmat. Laterani XV. Kal. Ian. anno sexto. —

Reg. Vat. lib. 6. epist. 116. fol. 176. — « SOLET ANNVERE. »

3634. — *Laterani 18 Decembris.*

« Abbati et conventui sancti Petri de Pratellis Lexoviensis diocesis. » Vt proventus decimarum libere locare possint quibus eis expedire viderint, ita tamen quod huiusmodi locatio ad feudum vel alienationem non videatur extendi. Laterani XV. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 184. fol. 188.* — « VESTRA NOBIS RELATIO. »

3635. — *Laterani 18 Decembris.*

Rectorem et fratres hospitalis S. Iohannis Coventrensis cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem eis terram de Smercote cum assartis et domibus confirmat. Laterani XV. Kal. Ianuarii anno sexto. — *Dugdale Monast. Angl. VI. 11. 659. n. 4; Potthast 585. n. 6739; Horoy H-i opp. omn. IV. 51. n. 63.* — « CVM A NOBIS. »

3636. — *Laterani 18 Decembris.*

Decanum et capitulum Novae Domus cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam de Herlineshem eis confirmat. Laterani XV. Kal. Ianuarii anno sexto. — *Baur Hessische Urk. V. 12. n. 11; Potthast 585. n. 6740; Horoy l. c.* « CVM A NOBIS. »

3637. — *Laterani 19 Decembris.*

« (Petro) archiepiscopo Senonensi et suffraganeis eius. » Graviter conturbatus super gravi casu exercitus christiani in partibus transmarinis, ait se eiusdem subventioni studere, et ideo ad F(ridericum) Romanorum imperatorem et Siciliae regem N(icolaum) episcopum Tusculanum destinasse, ut ille ad relevationem casus huiusmodi animetur, quod ipse iam promisit se facturum: eosque hortatur ut singuli commissos sibi populos ad id animent. Laterani XIIII. Kal. Ianuarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 123. fol. 178; Bouquet Rec. XIX. 717; Potthast 585. n. 6741; Horoy H-i opp. omn. IV. 53. n. 65; Rodenberg Epist. Select. 130. n. 185.* — « LICET GRAVITER CONTVRBATI. »

Ex Reg. Vat.: In eundem modum scriptum est archiepiscopis et suffraganeis eorumdem per Franciam, Angliam, Scotiam, Yberniam, Theutoniam, Vngariam, Tusciam et Lombardiam.

3638. — *Laterani 19 Decembris.*

« H. archidiacono et magistris G. Goni Remensibus et Io. de Firmitate sancti Iohannis in Vineis canonicis Suessionensibus. » Quum Philippus Ariensis canonicus, in praepositum Ariensis ecclesiae electus, decanatum sancti Audomari receperit, residentiam a decano debitam in eadem ecclesia sancti Audomari iurans, mandat quatenus iniungant capitulo Ariensi ut infra duos menses alium praepositum sibi eligant, qui in eorum ecclesia continue velit et valeat residere. Laterani XIIII. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 149. fol. 182; Horoy H-i opp. omn. IV. 52. n. 64.* — « QVESTIONE SVPER ELECTIONE. »

3639. — *Laterani 20 Decembris.*

« De Tela et de Alta Ripa abbatibus Cisterciensis ordinis et priori Paterniacensi Lausanensis diocesis. » Committit eis visitationis officium in ecclesia sancti Mauricii Agaunensis, quum ipsius abbas in pluribus diffametur et locus ipse in spiritualibus et temporalibus valde collapsus dicatur. Laterani XIII. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 100. fol. 173; Mss. Vallicell. I. 53.* — « EX PARTE DILECTORVM. »

3640. — *Laterani 20 Decembris.*

« (Bernardo) episcopo Lemovicensi. » In causa super matrimonio inter R(ainaldum) vicecomitem de Albuconio cum nobili muliere M(argareta) Lemovicensis dioecesis, de qua iam prolem ille susceperat, quae a B(ertrando) tit. sanctorum Iohannis et Pauli presbytero cardinali Apost. Sedis

Legato, A. milite de Albuconio accusante, abbati sancti Genesii et decano Claromontensi commissa fuit, et deinde, dicto milite appellante, W. abbati Vşercensi et suis coniudicibus a Papa delegata fuit; committit ut sententiam latam a G(uala) tit. sancti Martini presbytero cardinali, qui matrimonium ipsum nullum decrevit, quia iidem vicecomes et mulier quarto se consanguinitatis gradu contingebant, executioni mandet. Laterani XIII. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 105 a. fol. 173; Bouquet Rec. XIX. 717; Potthast 585. n. 6742; Horoy H-i opp. omn. IV. 54. n. 66.* — « Coram dilecto filio. »

3641. — *Laterani 20 Decembris.*
« Episcopo Anglonensi. » Processus depositionis episcopi praedecessoris sui ab archiepiscopo Cusentino confectus, ex quo dilapidator et symoniacus notabatur, ex relatione G. tituli sanctae Anastasiae presbyteri cardinalis sententialiter confirmatur. Laterani XIII. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 108. fol. 174.* — « Presbytero qvondam. »

3642. — *Laterani 21 Decembris.*
« Episcopo Virdunensi. » Dat ei facultatem absolvendi clericos suae dioecesis, qui pro vicesima, aut omnino retenta, aut integre non soluta, vel propter violentam in clericos manuum iniectionem, vel propter alias irregularitates excommunicationis sententiam incurrerunt, dummodo de ipsa vicesima integre satisfaciant, nec eorum fuerit adeo grave delictum quod merito sint ad Sedem Apostolicam destinandi. Laterani XII. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 103. fol. 173; Horoy H-i opp. omn. IV. 56. n. 69.* — « Exhibita nobis. »

3643. — *Laterani 21 Decembris.*
« Archiepiscopo Remensi Apost. Sedis Legato. » Concedit ei ut circa illos qui in ecclesiasticis beneficiis patribus suis immediate successerunt in scandalum aliorum, faciat ipse libere quod secundum Dominum et ecclesiasticam honestatem viderit faciendum. Dat. ut supra (Laterani XII. Kal. Ian. anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 104. fol. 173; Horoy H-i opp. omn. IV. 56. n. 68.* — « Cvm in diocesi tva. »

3644. — *Laterani 21 Decembris.*
« Archiepiscopo Remensi Apost. Sedis Legato. » Laudat eum quod in Rothomagensi provincia pro negotio fidei quod in partibus Provinciae geritur, iuxta mandatum apostolicum, vicesimam ecclesiasticorum proventuum, exceptis venationibus, piscationibus et procurationibus, per triennium omnibus clericis imposuerit, Cistercien., Templariis, Hospitalariis et Carthusien. dumtaxat exceptis. Laterani XII. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 111. fol. 175, ubi notatur quod* sine seta fuit. *Manrique Ann. Cist. IV. 185, et Potthast 586. n. 6746, et Horoy H-i opp. omn. IV. 50. n. 61 (17 Dec.).* — « Cvm avctoritate. »

3645. — *Laterani 21 Decembris.*
« Preposito et monachis monasterii sancte Marie de Valencenis. » Iis concedit ut tempore interdicti, ianuis clausis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis et suppressa voce, divina officia celebrare possint. Laterani XII. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 112. fol. 175.* — « Solet annvere. »

3646. — *Laterani 21 Decembris.*
« Bertrando archidiacono Toletano. » Supplicante Toletano archiepiscopo, despensat cum eo super defectu natalium ut ad ecclesiasticos ordines promoveri et pontificalis sollicitudinis onus, si ad hoc ex divina gratia vocetur, exercere possit. Laterani XII. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 142. fol. 182.* — « Sicvt debitores. »

3647. — *Laterani 21 Decembris.*
« Populo de Porcena. » Ne cuiquam nisi Papae et eius nuntiis albergarias, procurationes vel alia quae ad dominium pertinent exsolvant, nec praesumant subire iudicium in alia quam in ipsius Papae curia. Laterani XII. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 146. fol. 182; Theiner Cod. Dipl. dom. temp. S. Sedis I. 70. n. 112; Potthast 585. n. 6743; Horoy H-i opp. omn. IV. 55. n. 67; Rodenberg Ep. Sel. 131. n. 186.* — « Avctoritate vobis. »

3648. — *Laterani 22 Decembris.*
« Decano et capitulo Nove domus. » Eorum personas et bona sub apostolica protectione recipit, specialiter autem ecclesias de Ebirimburc, de Hovehin et de Vstein a Warmatiensi episcopo eis concessas confirmat. Laterani XI. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 106. fol. 174.* — « Ivstis petentivm. »

3649. — *Laterani 22 Decembris.*
« R. archidiacono Staforde. » Vt, non obstante appellatione, ad quam nonnulli, ut visitationem et correctionem suam effugiant, se convertunt, corrigat quae corrigenda sunt in ecclesiis sui archidiaconatus. Laterani XI. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 107. fol. 174.* — « Ex parte tva. »

3650. — *Laterani 22 Decembris.*
« Thome preposito Susatiensi. » Vt ecclesiam de Susato dictam Veterem, quae curam habet animarum, ad ipsius praepositi donationem spectantem, una cum praepositura ex gratia retinere possit. Laterani XI. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 110. fol. 175.* — « Ecclesiarvm vtilitatibvs. »

3651. — *Laterani 22 Decembris.*
« (Hildebrando) episcopo Fesulano. » Quum eius ecclesia ita in temporalibus lapsa sit ut verius exusta dicatur, concedit ei ut a monachis Vallis Vmbrosae sublevetur, sed pro eius provisione nihil aliud exigere possit nisi quadraginta libras monetae pisanae, de qua sit contentus. Laterani XI. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 122. fol. 177-178; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Vt ecclesia tva. »

3652. — *Laterani 22 Decembris.*
« Comuni de Pertena (*Theiner* de Porcena). » Vt ex hominibus eorum castri consules sibi eligant. Laterani XI. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 147. fol. 182; Theiner Cod. Dipl. Dom. Temp. S. Sedis I. 71. n. 113; Potthast 586. n. 6744; Horoy H-i opp. omn. IV. 58. n. 71; Rodenberg Epist. Select. 131. n. 187.* — « Presentivm vobis. »

3653. — *Laterani 22 Decembris.*
« (Waltero) Eboracensi archiepiscopo. » Vt clericos suae dioecesis, in ecclesiis debitam residentiam facientes, compellat ad ordines suscipiendos, prout ecclesiarum ipsarum cura requirit. Laterani XI. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 148. fol. 182.* — « Nostris est avribvs. »

3654. — *Laterani 22 Decembris.*
« Abbati de Wernswilr Cisterciensis ordinis et de Hagene et de Narthwigeshusen prepositis Metensis et Warmatiensis diocesum. » Vt inducant clerum Warmatiensis dioecesis ad subveniendum episcopo suo, cuius episcopium a Liopuldo Warmatiensi episcopo eius praedecessore debitorum onere valde implicatum fuerat. Laterani XI. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 150. fol. 183.* — « Venerabilis frater. »

3655. — *Laterani 22 Decembris.*
« Bituricensi archiepiscopo Apost. Sedis Legato. » Vt clerici qui, obtentis litteris apostolicis ad beneficium in aliquibus ecclesiis,

recipiunt in eisdem annuas pensiones seu alia beneficia, si obtineant alias litteras, quae non fecerint de aliis litteris beneficialibus iam impetratis mentionem, comodo earundem careant. Laterani XI. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 159. fol. 184; inter Decret. H-i III. lib. 3. tit. 4.* De praebendis *c. 4. ed. Cironius 189; inter Decret. Gregorii IX. lib. 3. tit. 5.* De rescriptis *c. 31. ap. Boehmer Corp. II. 445 (an. 1222); Richter Corp. II. 463; Potthast 671. n. 7789 (sine signo chronologico); Horoy H-i opp. omn. IV. 57. n. 70; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. III. c. XXXI.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

3656. — *Laterani 23 Decembris.*
« Archiepiscopo et C. Basilice Principis Apostolorum canonico Rectori Beneventanis. » Notificat se magistrum Roffridum de Epyphanio iudicem Beneventanum ab excommunicationis sententia absolvisse. Laterani X. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 105. fol. 174; Mss. Vallic. I. 53.* — « DISCRETIONI VESTRE. »

3657. — *Laterani 23 Decembris.*
« Vniversis ecclesiarum Rectoribus civitatis et diocesis Narniensium. » Vt episcopo in procurationibus legatorum Apostolicae Sedis contribuant, alioquin archidiacono Maioris ecclesiae, priori sancti Petri et Sarraceno canonico Spoletanis dat litteris in mandatis ut eos per censuras ecclesiasticas ad id compellant. Laterani X. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 113. fol. 175.* — « CVM QVANTO A PLVRIBVS. »

3658. — *Laterani 23 Decembris.*
« De Dei Villa et de Vrdas abbatibus et priori de Paradyso Aquensis et Baiocensis diocesum. » Vt magistrum Adam Aquensem canonicum et alios complices, qui iuxta mandatum B(ertrandi) presbyteri cardinalis Apost. Sedis Legati abbati de Caniota et magistro P. de Orrao Aquensi canonico vicesimam solvere recusabant contra haereticos Albigenses, sub praetextu quod non possit Pontifex contra haereticos Albigenses vicesimam Terrae Sanctae negotio deputatam expendere, tamquam blasphemos, excommunicatos et suspensos ab omni beneficio ecclesiastico ad Papam transmittant. Laterani X. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 114. fol. 175; Mss. Vallicell. I. 53.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

3659. — *Laterani 24 Decembris.*
« De Casa nova et de Arbona abbatibus Cisterciensis ordinis. » Vt in hospitali sancti Viti de Monte Scarofano Walvensis dioecesis ordinem Cisterciensem instituant, iniungentes abbati et conventui sancti Anastasii de Vrbe, quorum monasterium prior et fratres dicti hospitalis matrem habere desiderant, ut de hospitali praedicto tamquam de filia curam habeant. Laterani VIIII. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 94. fol. 172.* — « EX PARTE PRIORIS. »

3660. — *Laterani 25 Decembris.*
Decano SS. Apostolorum, praeposito et magistro A. canonico S. Mariae de Gradibus Coloniensibus mandat, ut litem inter capitulum Bremensem et (Gerhardum) archiepiscopum Bremensem de titulo « archiepiscopus Hammaburgensis » ortam discernant. Laterani VIII. Kal. Ian. anno sexto. — *Lappenberg Hamburg. UB. I. 395. n. 449; Potthast 586. n. 6745; Horoy H-i opp. omn. IV. 58. n. 72.* — « DILECTI FILII PREPOSITVS. »

3661. — *Laterani 27 Decembris.*
« (Godefrido) Cameracensi episcopo. » Vt si constiterit L. clericum viduam habere in uxorem, praebendam, quam ipse habet in ecclesia sanctae Mariae de Condato Cameracensis dioecesis, conferat magistro Eu-

stachio de Rodio diacono, quem decanus et capitulum eiusdem ecclesiae sanctae Mariae litteratura et honestate valde commendarunt, asserentes quod in magisterio scholarum et in cantoriae officio diu inservivit. Laterani VI. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 117. fol. 176.* — « CVM OLIM NOSTRIS. »

3662. — *Laterani 30 Decembris.*

« Nobili viro Wilelmo de Belfort, Gigō de Brienzone et sociis eorumdem. » Promissionem eis factam a Wilelmo marchione Montisferrati de quadringentis marcis argenti pro assumptione crucis in subsidium Terrae Sanctae confirmat, ita tamen ut in manibus archiepiscopi Tarantasiensis saecuritatem praestent quod nisi transiverint ipsam pecuniam restituant in subsidium praedictum convertendam. Laterani III. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 119. fol. 177.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

3663. — *Laterani 30 Decembris.*

« A(lici) illustri regine (*Potth. Horoy* regi) Cypri. » Commendat Amachostanum episcopum ob diligentiam ab eo adhibitam in reginae negotiis promovendis: laudat eam de inita compositione cum praelatis regni sui super iure decimarum ab ipso episcopo Papae praesentata, et de eius studio ad errantes oves ad Domini caulas reducendas: quam compositionem confirmat ac mandat ut in omnibus observet et faciat ab aliis observari: circa autem Graecos, qui in praelatorum latinorum dioecesibus regni sui tamquam pontifices commorantur, scribit se Graecos Sedi Apostolicae ubidientes honorare intendere, sed, quum monstruosum sit unam et eamdem dioecesim diversos habere pontifices, se mandare patriarchae Hierosolimitano et Tyrensi et Caesariensi archiepiscopis ut ipsos Graecos morari de cetero velut praesules in dictis dioecesibus nullatenus patiantur, sed sacerdotes et diaconi Graeci praedicti regni praefatis archiepiscopo et episcopis Latinorum canonicam obedientiam faciant iuxta compositionem supradictam. Laterani III. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 124 (Rayn. 127) fol. 178; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 8, 9; Bull. Roman. ed. Taur. III. 382. n. 58; cf. Mas Latrie Hist. de Chypre II. 44; Potthast 586. nn. 6747 et 6748; Horoy H-i opp. omn. IV. 59. n. 73 et 62. n. 75. qui male similiter ac Potth. una eademque epistola in duas dividit.* — « LICET DILIGENTIAM. »

3664. — *Laterani 30 Decembris.*

« (Eustorgio) archiepiscopo et capitulo Nycosiensibus. » Vt excommunicatis ab episcopo Amachostano propter indebitam detentionem decimarum suarum non communicent. Laterani III. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 128. fol. 180.* — « ECCLESIE DEI. »

3665. — *Laterani 30 Decembris.*

« Abbati et conventui de Flore. » Ne quis ab ipsis de terris et possessionibus habitis ante concilium generale, de quibus non recolitur quod fuerint decimales, exigere vel extorquere decimas praesumat. Laterani III. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 145. fol. 182.* — « CVM ORDINEM VESTRVM. »

3666. — *Laterani 31 Decembris.*

« Galfrido priori monasterii Beate Marie de Conventreio eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum. » Eorum monasterium una cum bonis quae describit sub apostolica protectione recipit. Laterani per manum Guilelmi sancte Rom. Ecclesie Vicecancell. II. Kal. Ian. Indictione X. Incarnation. dominice an. MCCXXI. Pont. Honorii Pape III anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 115. fol. 175-176.* — « DESIDERIVM QVOD. »

3667. — *Laterani 31 Decembris.*

« (Simoni) archiepiscopo Bituricensi. » Concedit ut ecclesiae suae praebendas, ultra sex menses vacantes, libere personis idoneis conferre possit, nisi forsan causa fuerit ut ultra praefatum tempus ipsarum collatio differatur. Laterani II. Kal. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 118. fol. 177; Horoy H-i opp. omn. IV. 63. n. 76.* — « Ex parte tva. »

3668. — ....

« Potestati et Populo Senensibus. » Nuntiat se Parentium et Andream fratrem eius cives Romanos excommunicasse, quum enormia in ecclesiam et ecclesiasticas personas in Lucana civitate patraverint. (Sine nota loci et temporis). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 342. fol. 228; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 33.* — « Parentii civis romani. »

Ex Reg. Vat.: In eundem modum quibus placuerit.

Scribatur episcopo loci ut cives suos ad supradictarum rerum observantiam exhortetur, et si qui secus fecerint, eos, quam cito id sciverit, denuntiet supradictis sententiis subiacere.

3669. — ....

« Potestati et populo Ianuensibus (*Horoy* Vniversitati Ianuen.). » Vt cives Lucanos, qui cum Parentio cive Romano eorum rectore ecclesiarum bona violenter invaserunt, episcopum cum clero suo a propria eiecerunt civitate, et post excommunicationis et interdicti sententias, ex ipsa correctione pestilentiores effecti, contra ecclesias et ecclesiasticos viros manus suas durius aggravarunt, non receptent, donec praefatum Parentium a regimine suae civitatis eiecerint, et episcopo et clero Lucanis cum honorificentia debita revocatis, eis de damnis et iniuriis ac Sedi Apostolicae de contemptu competenter satisfecerint, nec permittant ab eorum civibus receptari, nullumque cum eis exerceant nec exerceri permittant commercium vel contractum, nec eis solvi debita permittant. (Absque nota loci et temporis). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 343. fol. 228; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 34 (fragm.); Potthast 591. n. 6813 (3-15 April. 1222); Horoy H-i opp. omn. IV. 135. n. 159 (3 April. 1222); Circa quae in hac et praec. ep. contin. cf.* « *Invent. del R. Arch. di Stato di Lucca* [*ed. an. 1888*] *vol. IV. p. 380.* » — « Cives Lvcani et Parentivs. »

3670. — ....

(Alberto) Magdeburgensi archiepiscopo mandat, ut G(ernandum) Magdeburgensis ecclesiae decanum cum confirmationis et consecrationis munere ad propria revertentem Brandeburgensi (Halberstatensi *edit*) repraesentet et in corporalem possessionem iuris inducat eundem et tueatur inductum. (Sine signo chronologico). — *Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV) 39; cf. 480 (ubi commutationes quas dictator huius formulae iuxta beneplacitum suae voluntatis in personis et locis fecit - e. g. hanc bullam Gregorio IX pp. tribuit - erudite revelantur); Potthast 586. n. 6750.* — « Qvia eqva est. »

3671. — ....

Praeposito Cappembergensi Monasteriens. dioc., decano S. Pauli et scolastico S. Lutgerii monasteriensibus mandat, investigent, num provincialia concilia, sicut canonici velint Hamburgenses, in sua ecclesia debeant celebrari. (Sine nota chronologica). — *Lappenberg Hamburg. UB. I. 396. n. 451; Potthast 586. n. 6751; Horoy H-i opp. omn. IV. 61. n. 74 (30 Decembris).* — « Ex parte praepositi. »

3672. — ....

Priori et fratribus Hospitalis S. Mariae Theutonicorum: concedit, quod fratres eius ob minora delicta ante susceptum habitum commissa intra ipsum ordinem absolutionem possint adipisci. — *Strehlke Tabulae ord. Theuton., p. 332. n. 400;*

Horoy H-i opp. omn. III. 869. n. 1. (Epist. sine die). — « A SEDE APOSTOLICA. »

3673. — ....

Archiepiscopis, episcopis et abbatibus: vetat ordinis Theutonici homines compelli, ut contra christianos praelientur. — *Strehlke Tab. p. 332. n. 400; Horoy H-i opp. omn. III. 869. n. 2. (Epist. sine die).* — « CVM DE VIRIS. »

3674. — ....

Archiepiscopis, episcopis et abbatibus: vetat ordinem Theutonicum procurationibus vel exactionibus a praelatis aggravari. — *Strehlke Tab. p. 333. n. 402; Horoy H-i opp. omn. III. 870. n. 3. (Ep. sine die).* — « CVM EX SVSCEPTE. »

3675. — ....

Archiepiscopis, episcopis et abbatibus: monet praelatos, ut parochianos ab iniuriis ordinis Theutonici possessionibus inferendis arceant. — *Strehlke Tab. p. 333. n. 403; Horoy H-i opp. omn. III. 871. n. 4. (Ep. sine die).* — « CVM FRATRES DOMVS. »

3676. — ....

Magistro et fratribus hospitalis S. Mariae Theutonicorum: concedit ordini Theutonico, ut de decimis ceterisque non sit adstrictus respondere apostolicis litteris, nisi ordinis expressam faciant mentionem. — *Strehlke Tab. p. 334. n. 404; Horoy H-i opp. omn. III. 872. n. 5. (Epist. sine die).* — « CVM INTER VOS. »

3677. — ....

Archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis: vetat praelatos a capellanis ecclesiarum ordini Theutonico pleno iure concessarum fidelitatem aut obedientiam exigere; iubet eos illorum obedientia esse contentos. — *Strehlke Tab. p. 335. n. 406; Horoy H-i opp. omn. III. 873. n. 7. (Epist. sine die).* — « DILECTI FILII... MAGISTER. »

3678. — ....

Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum: concedit ordini Theutonico, ut ecclesiarum suarum redditibus, assignato tantum vicariis unde honeste vivant et debita praestent, alias utantur. — *Strehlke Tab. p. 336. n. 408; Horoy H-i opp. omn. III. 874. n. 8. (Ep. sine die).* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

3679. — ....

Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis: iubet praelatos bona et iura ordinis Theutonici tueri, iustitiam quaerenti non denegare, parochianorum apud fratres sepultarum non impedire. — *Strehlke Tab. p. 336. n. 409; Horoy H-i opp. omn. III. 875. n. 9. (Ep. sine die).* — « LICET OMNIBVS DEI. »

3680. — ....

Magistro et fratribus hospitalis S. Mariae Theutonicorum: concedit ordini Theutonico ut in locis de Saracenorum manibus ereptis ecclesias soli Summo Pontifici subiiciendas construant. — *Strehlke Tab. p. 337. n. 410; Horoy H-i opp. omn. III. 875. n. 10. (Epist. sine die).* — « QVANTO MAIORA PRO. »

3681. — ....

Magistro et fratribus hospitalis S. Mariae Theutonicorum: bona, quae ab ordine Theutonico possedutur, in protectionem suscipit. — *Strehlke Tab. p. 337. n. 411; Horoy H-i opp. omn. III. 876. n. 11. (Ep. sine die).* — « QVOTIENS A SEDE. »

3682. — ....

Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis: apostatarum ordinis Theutonici fautores censura ecclesiastica cohiberi iubet. — *Strehlke Tab. pag. 338. num. 412; Horoy H-i opp. omn. III. 877. n. 12. (Ep. sine die).* — « RES QVIDEM AD NOS. »

3683. — ....

Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis: iubet praelatos favere ordini Theutonico, nec de donatis ei sibi quicquam vindicare, quarta parte testamenti parochianorum apud illum sepelliri cupientium esse contentos, exceptis armis et

equis. Fratribus sacerdotibus licere confessionem recipere apud ordinem sepeliri eligentium. — *Strehlke Tab. p. 338. n. 413; Horoy H-i opp. omn. III. 878. n. 13. (Ep. sine die).* — « SI DILIGENTER ATTENDITIS. »

3684. — ....
Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis: iubet praelatos, ne fratres ordinis Theutonici violati prorsus testimonio destituantur, de violentia a suspectis parochianis, censura ecclesiastica proposita, purgatorium exigere iuramentum. — *Strehlke Tab. p. 339. n. 414; Horoy H-i opp. omn. III. 879. n. 14. (Ep. sine die).* — « SIGNIFICARVNT NOBIS DILECTI. »

3685. — ....
Magistro et fratribus hospitalis S. Mariae Theutonicorum: ordini Theutonico concedit ut in terris de Sarracenorum manibus aut per ipsum ereptis aut ipsi donatis, liceat villas, castra, oratoria, coemeteria construere. — *Strehlke Tab. p. 340. n. 415; Horoy H-i opp. omn. III. 880. n. 15. (Ep. sine die).* — « VESTRIS PIIS POSTVLATIONIBVS. »

[An. 1222]

3686. — *Laterani 3 Ianuarii.*
« Archipresbytero et clericis plebis sancti Laurentii de Baisio et sancte Marie Magdalene. » Octonarium clericorum numerum, ab episcopo Regino loci dioecesano in eorum ecclesia statutum, confirmat. Laterani III. Nonas Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 120. fol. 177.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3687. — *Laterani 3 Ianuarii.*
« Patriarche Ierosolimitano, Tyrensi et Cesariensi archiepiscopis. » Vt episcopos Graecos, qui in regno Cypri a latinorum obedientia recedunt, praelatis latinis obedire compellant, iuxta compositionem inter A(licem) reginam Cypri ac ipsos praelatos latinos initam. Laterani III. Nonas Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 126. fol. 179; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 8; cf. Mas Latrie Hist. de Chypre II. 45; Potthast 586. n. 6755.* — « CVM IN REGNO CYPRI. »

3688. — *Laterani 3 Ianuarii.*
« Patriarche Ierosolimitano et archiepiscopo Cesariensi, et Itero canonico Antiocheno in Accon commoranti. » Vt super laesione quam archiepiscopus Nycosiensis asserit illatam esse ecclesiae suae, occasione cuiusdam divisionis inter A. quondam regem Cypri et eandem ecclesiam in quibusdam prestis (*sic*) de casalibus Fendiae et Ornitiae ab ipso rege praedictae ecclesiae concessis, inquirant veritatem et prout de iure provideant. Laterani III. Nonas Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 129. fol. 180.* — « VENERABILIS FRATER. »

3689. — *Laterani 3 Ianuarii.*
« Patriarche Ierosolimitano, episcopo Bethleemitano et archidiacono Acconensi. » Hiis mandat ut Amochostano episcopo decimas per episcopum Nycosiensem subtractas in quibusdam casalibus, Melias scilicet et Saforie, nec non aliorum locorum existentium in regionibus Petalas et Constantiae et Crotequi, quae in latinarum ecclesiarum regni Cypri ordinatione tempore A. regis eius ecclesiae concessae fuerunt, prout in privilegiis Celestini Papae continetur, restitui faciant. Laterani III. Non. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 130. fol. 180.* — « SIGNIFICAVIT NOBIS. »

3690. — *Laterani 3 Ianuarii.*
« Preposito sancti Dalmatii Taurinensis. » Vt praebendam, quam Taurinensis episcopus obtinet in ecclesia Taurinensi et resignare disponit, personae idoneae conferat, ita tamen ut magistro Th. scriptori Papae nullum ex hoc super provisione sua praeiudicium generetur. Laterani III. No-

nas Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 132. fol. 180.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

3691. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« Vniversis Christi fidelibus per Gradensem patriarchatum constitutis. » Iis qui fratribus hospitalis sanctae Trinitatis Venetiarum, quibus ad substentationem fratrum et egenorum ad idem hospitale confluentium propriae non suppetunt facultates, elemosinas elargiuntur, indulgentiam decem dierum concedit. Laterani III. Non. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 134. fol. 180-181; Mss. Vallic. I. 53.* — « QVONIAM VT AIT. »

3692. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« Abbati sancti Helye. » Vt bona monasterii temeritate propria distracta revocet, et interim apostolico conspectui se repraesentet. Laterani III. Non. Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 144. fol. 182.* — « QVIA TVE SALVTIS. »

3693. — *(Laterani) 3 Ianuarii.*

Abbati de Ceuetel Cisterc. ord., praeposito de Neunburch et decano de S. Anatha Pataviens. dioc. mandat, ut causam vertentem inter praepositum conventumque ecclesiae s. Georgii et Meinhardum laicum... Patav. dioc., qui illos ecclesia de Rudnich spoliarunt, fine canonico terminent. (Laterani) III. Nonas Ian. anno sexto. — *Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen IX. 285; Potthast 586. n. 6754; Horoy H-i opp. omn. IV. 66. n. 80.* — « DILECTI FILII PRAEPOSITVS. »

3694. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« M. priori et fratribus ecclesie sancti Andree de Amiano. » Statutum de non emendis possessionibus extra Castellanam seu Torcellanam dioeceses confirmat. Laterani II. Nonas Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. ep. 133. fol. 180.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3695. — *Laterani 4 Ianuarii.*

Vniversis abbatibus Cisterciensis ordinis mandat, ut G(regorio) de Crescentio S. Theodori diacono cardinali apostolicae sedis legato tam in exhibendis procurationibus quam aliis opportunis obsequiis impendendis devotos et promptos sese exhibere studeant. Laterani II. Nonas Ian. anno sexto. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 228; Potthast 586. n. 6756; Horoy H-i opp. omn. IV. 66. n. 81.* — « QVANTO APOSTOLICA SEDES. »

3696. — *Laterani 5 Ianuarii.*

« Nobili viro (Guilelmo) comiti Dalfino Alvernie. » Gaudet quod se praeparet ad transfretandum una cum centum militibus in subsidium Terrae Sanctae, et ratam habet promissionem mille marcarum ei factam ex parte Papae a Wilelmo marchione Montisferrati, quam tempore opportuno curabit adimplere. Laterani Nonis Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 140. fol. 181; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 6; Bouquet Rec. XIX. 718; Potthast 586. n. 6757; Horoy H-i opp. omn. IV. 67. n. 82.* — « GAVDEMVS IN DOMINO. »

3697. — *Laterani 5 Ianuarii.*

« (Roderico) archiepiscopo Toletano. » Pro fabrica ecclesiae suae, quae in Toletana civitate cultui paganorum quondam deputata fuerat, et, quae processu temporis propter sui vetustatem minitans ruinam a praedecessore suo destructa fuerat, mandat ut omnes ecclesiae suae dioecesis tertiam partem fabricarum suarum conferant. Laterani Nonis Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 154. fol. 183; Mss. Vallic. I. 53.* — « IN NOSTRA FECISTI. »

3698. — *Laterani 7 Ianuarii.*

« Abbati et conventui Dolensibus. » Sententiam excommunicationis latam in eos per archiepiscopum Bituricensem Apost. Sedis Legatum, quia eidem obedire recusabant, relaxat, eosque eximit a legatione eiusdem

archiepiscopi, ita tamen ut vicesimam solvant pro negotio Albigensium decano et cellerario Turonensibus, per manus tamen praedicti archiepiscopi in subventionem memorati negotii convertendam. Laterani VII. Idus Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 127. fol. 179.* — « DILECTIS FILIIS. »

Scriptum est super hoc in eundem fere modum verbis competenter mutatis archiepiscopo Bituricensi Apost. Sedis Legato, I. et A. procuratoribus abbatis et conventus Dolensis monasterii.

Scriptum est super hoc decano et cellerario Turonensibus ut vicesimam exigant ab abbate et conventu Dolensibus, eamque conferant archiepiscopo Bituricensi, quod si dicti abbas et conventus recusaverint, per censuras ecclesiasticas eos compellant.

3699. — *Laterani 7 Ianuarii.*

« Abbati sancti Bartholomei de Carpineto. » Vt veniat ad Curiam responsurus episcopo Pennensi de iuribus episcopalibus ei usurpatis ac recepturus ab eo quod ordo iuris dictaverit. Laterani VII. Idus Ianuarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 135. fol. 181.* — « OLIM VENERABILIS. »

3700. — *Laterani 7 Ianuarii.*

« (Hervaeo) episcopo et G. de Pogiago archidiacono et decano sancti Stephani Trecensibus. » Vt fratribus domus de Waseio, quae a matrice ecclesia non modicum est remota, capellam cum cimincterio (*sic*) concedant, quum Catalonensis episcopus loci dioecesanus, presbytero eiusdem ecclesiae et abbate et conventu Dervensibus se opponentibus, id non fecerit. Laterani VII. Idus Ianuarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 136. fol. 181.* — « DILECTI FILII. »

3701. — *Laterani 8 Ianuarii.*

« Abbati et conventui Molismensibus. » Vt beatum Robertum, cuius corpus in eorum ecclesia requiescit, et inquisitio super vita et miraculis eiusdem acta fuit per episcopos Lingomensem et Valentinensem, licet ipsi inquisitores de quibusdam miraculis, quae in vita fecisse dicitur, fidem plenariam non fecerunt, tamquam sanctum venerentur. Laterani VI. Idus Ianuarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 131. fol. 180; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 49; Duchesne Bibl. Cluniac. not. p. 125; Robert Gallia Christ. I. 624; Gallia Christiana IV. instr. 203; Manrique Ann. Cisterc. IV. 215; Bull. Rom. ed. Taur. III. 383. n. 59; Potthast 587. n. 6758; Horoy H-i opp. omn. IV. 68. n. 83.* — « CVM OLIM NOBIS. »

3702. — *Laterani 8 Ianuarii.*

« Episcopo Nanetensi et sancti Florentii de Salmurio et de Trizaio abbatibus Andegavensis et Pictavensis diocesum. » Vt quandam sententiam interdicti in terris Aymerici de Toartio et nobilis mulieris B. dominae de Roca relaxent, sententiam vero excommunicationis in praedictos nobiles, quam ipsi pertinacius contemnebant, renovent. Laterani VI. Idus Ianuarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 137. fol. 181; Mss. Vallicell. I. 53.* — « QVOD NOBILIS VIR. »

3703. — *Laterani 8 Ianuarii.*

« Presbytero et B. custodi sancte Marie de Zitis Beneventanis. » Committitur hiis officium cancellariae Beneventanae. Laterani VI. Idus Ianuarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 139. fol. 181; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM DE FIDELITATE. »

3704. — *Laterani 9 Ianuarii.*

« Donadeo archipresbytero et presbytero Petro clerico ecclesie sancte Marie de Faniano Civitatis Castellane diocesis. » Sententiam a G. Sutrino episcopo pro eisdem contra b. m. R. Civitatis Castellanae episcopum latam super sanctae Mariae et sancti Clementis ecclesiis et rebus aliis, confirmat. Laterani V. Idus Ianuarii anno

sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 138. fol. 181.* — « Cvm a nobis petitvr. »

3705. — *Laterani 9 Ianuarii.*
Capitulo Bremensi Hammaburgensem, Rameslensem aliasque ecclesias confirmat. Laterani V. Id. Ianuarii anno sexto. — *Lappenberg Hamburg. UB. I. 398. n. 453; Potthast 587. n. 6759; Horoy H-i opp. omn. IV. 69. n. 84.* — « Cvm a nobis. »

3706. — *Laterani 10 Ianuarii.*
« Abbati sancte Crucis et sancti Floriani et de Richersbech prepositis Pataviensis diocesis. » Mandat ut concedant archiepiscopo Salzeburgensi licentiam commutandi quamdam terram Chimensis dioecesis in solitudine positam et sterilem cum terra magis populosa. Laterani IIII. Idus Ianuarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 152. fol. 183.* — « Sva nobis venerabilis. »

3707. — *Laterani 10 Ianuarii.*
« Eisdem. » Vt, quum claustrum Salzeburgensis ecclesiae, pro eo quod eadem ecclesia denuo construitur, sit apertum, fratribus dormiendi in quibusdam distractis cellulis, donec opus ecclesiae consumetur, licentiam concedant. Dat. ut supra (Laterani IIII. Id. Ianuarii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 153. fol. 183.* — « Venerabilis frater. »

3708. — *Laterani 10 Ianuarii.*
« Preposito et capitulo sancte Marie canonice Perronis Papiensis. » Senarium canonicorum numerum in eorum ecclesia a B. Papiensi episcopo statutum confirmat. Laterani IIII. Idus Ianuarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 173. fol. 186.* — « Ivstis petentivm. »

3709. — *Laterani 10 Ianuarii.*
Suffraganeis ecclesiae Salzeburgensis mandat, ut (Eberhardo) archiepiscopo Salzburgensi, vocati ab eo ad synodum, sicut convenit accedant et ipsum, cum ad eos causa visitationis accesserit, benigne recipientes ei debitum impendant honorem. Laterani IV. Idus Ianuarii anno sexto. — *Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 229. n. 262; Potthast 587. n. 6760.*

3710. — *Laterani 11 Ianuarii.*
« (Vicedomino) episcopo Placentino. » Commutatur ei ab hiemali tempore ad maii mensem tempus visitationis ad limina beatorum apostolorum Petri et Pauli, ad quam singulis annis per se vel per nuntium suum tenetur. Laterani III. Idus Ianuarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 151. fol. 183; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 36; Campi Hist. di Piacenza II. 390. n. 73; Potthast 587. n. 6761; Horoy H-i opp. omn. IV. 69. n. 85.* — « Tva nobis fraternitas. »

3711. — *Laterani 11 Ianuarii.*
« Episcopo Tullensi (*Decr. Greg. IX* Tolonen.). » Declarat ei quod praebendae et maiora beneficia sub generali beneficiorum nomine continentur. Laterani III. Idus Ianuarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 156. fol. 184; inter Decretal. H-i III. lib. 5. tit. 19.* De verb. signific. *c. 4. ed. Ciron. 317; Decretal. Gregorii IX. lib. 5. tit. 40.* De verb. signific. *c. 32; Boehmer Corp. II. 878 (an. 1223); Richter Corp. II. 889; Potthast 677. n. 7861 (absque signo chronologico); Horoy H-i opp. omn. IV. 70. n. 86; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. tit. XL. c. XXXII. p. 926.* — « Tva nobis fraternitas. »

3712. — *Laterani 11 Ianuarii.*
« Dervensis monasterii et Belli loci abbatibus, et priori Dervensis monasterii Cathalaunensis et Tullensis diocesum. » Mandat hiis ut occasione interpretationis super nomine praebendae (de quo in epistola superiori) non sinant episcopum Tullensem defraudari. Dat. ut supra (Laterani III. Idus Ianuarii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6.*

epist. 157. fol. 184; Horoy H-i opp. omn. IV. 70. n. 87. — « Ex parte venerabilis. »

3713. — *Laterani 11 Ianuarii.*
« Abbati Ficannensi (*in eod. l.* Fiscannensi). » Proventus ecclesiarum de Harramdevilla et sanctae Mariae de Wasto, quos praedecessor suus contulit infirmariae ipsius monasterii, confirmat. Laterani III. Idus Ianuarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 160. fol. 184.* — « Dilecti filii. »

3714. — *Laterani 11 Ianuarii.*
« Priori et capitulo ecclesie sancti Laurentii in Lucina de Vrbe. » Sententiam pro eis latam a S. Basilicae duodecim apostolorum presbytero cardinali contra sancti Cosmae de Monte Granatorum, sanctae Mariae et sancti Blasii de Posterula capellanos, super subiectione, scrutinio, baptismo et aliis obsequiis in perpetuum eis exhibendis, confirmat. Laterani III. Idus Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 161. fol. 184.* — « Ea qve ivdicio. »

3715. — *Laterani 12 Ianuarii.*
« Episcopo Havelbergensi, Octoni subdiacono nostro Magdeburgensi et de Gratia Dei Havelbergensis diocesis prepositis. » Vt confirment S. abbatissam monasterii Gerundensis in locum A. de medio sublatae, si idoneam et canonice electam illam invenerint. Laterani II. Idus Ianuarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 155. fol. 183.* — « Ex parte conventvs. »

3716. — *Laterani 12 Ianuarii.*
« Officiali, Stephano de Bria et Magistro Iacobo canonicis Laudunensibus. » Mandat, compellant abbatem sancti Medardi et alios ecclesiarum praelatos dioecesis Suessionensis ad exhibendum privilegia, quibus a iurisdictione episcopi Suessionensis se exemptos proponunt. Laterani II. Idus Ianuarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 165. fol. 185; Horoy H-i opp. omn. IV. 71. n. 88.* — « Venerabilis frater. »

3717. — *Laterani 12 Ianuarii.*
« Abbati et conventui Cluniacensibus. » Iis concedit, ut non possint trahi ad iudicium per litteras apostolicas non facientes de eorum ordine mentionem. Laterani II. Idus Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 168. fol. 185; huius epistolae meminit Bull. ordin. Cluniac. 105; cf. Potthast 587. n. 6763; Horoy H-i opp. omn. IV. 72. n. 89.* — « Vestra nobis. »

3718. — *Laterani 12 Ianuarii.*
« Episcopo Civitatensi et Terre maioris et de Pulsano abbatibus Civitatensis et Sipontine diocesum. » Ipse episcopus subrogatur loco R. subdiaconi et capellani Papae rectoris Beneventani in causa terminanda inter conventum sanctae Mariae de Ripalta Cisterciensis ordinis et abbatem sancti Iohannis in Plano Lucerinae dioecesis, super capella sancti Nicolay de Profica. Dat. ut supra (Laterani II. Idus Ianuarii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 169. fol. 186.* — « Ex parte abbatis. »

3719. — *Laterani 12 Ianuarii.*
« Archiepiscopo Terraconensi. (*In Decr. Greg. IX. falso inscribitur:* abbati et conventui sancti Petri de Praxallis Lexoviensis dioecesis. *Ap. Potthast incerta est inscriptio*). » Quod per suam provinciam concedere possit remissionis litteras generales. Laterani II. Id. Ianuarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 179. fol. 187; Decret. H-i III. lib. 5. tit. 17.* De remissione *c. I. ed. Ciron. 304; inter Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 38.* De poenitentiis et remissionibus *c. 15. ap. Boehmer Corp. II. 841 (anno 1220); Richter Corp. II. 853; Friedberg Corp. Iuris Can. II. p. 889; Potthast 676. n. 7853 (absque signo chronologico).* — « Nostro postvlasti. »

3720. — *Laterani 12 Ianuarii.*
Abbati et priori S. Benigni Divionensis mandat, ut sententiam per Nivernensem episcopum diocesanum in priorem S. Stephani Nivernensis promulgatam revocent. Laterani II. Idus Ianuarii anno sexto. — *Bullar. ord. Cluniac. 105; Potthast 587. n. 6762.*

3721. — *Laterani 13 Ianuarii.*
« Eisdem (Dervensis monasterii et Belli loci abbatibus et priori Dervensis monasterii Cathalaunensis et Tullensis diocesum). » Iis mandat, ut, cessante cuiuslibet appellationis seu exceptionis obstaculo, faciant solvi episcopo Tullensi pecuniam a clero civitatis et dioecesis suae pro sublevandis oneribus eiusdem ecclesiae, quae pecunia statuta fuit in quintadecima parte ecclesiasticorum proventuum ipsius cleri, ad triennium episcopo memorato reddenda. Laterani Idibus Ianuarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 158. fol. 184; Horoy H-i opp. omn. IV. 72. n. 90.* — « CVM OLIM. »

3722. — *Laterani 13 Ianuarii.*
« Episcopo Havelbergensi et Octoni subdiacono nostro, Madeburgensi et de Gratia Dei Madeburgensis diocesis prepositis. » Vt electionem S. abbatissae de Hakelinge in abbatissam monasterii Gerundensis in locum A. de medio sublatae, quam conventus eiusdem monasterii unanimiter Alberstadensi episcopo loci dioecesano concorditer postularunt, si idoneam et canonice electam invenerint, confirment. Laterani Idibus Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 162. fol. 184.* — « EX PARTE CONVENTVS. »

3723. — *Laterani 13 Ianuarii.*
« Thesaurario, decano et capitulo sancti Hylarii Pictavensis. » Ne cogantur in sua ecclesia plures canonicos recipere quam ecclesiae ipsius facultates sufficiant, quum Innocentius Papa constituerit, « ut simplices canonici residentiam in ipsa ecclesia facientes preter comunem cotidianum cursum prebende qui quatuor denariorum et unius Galete vini in die, ac unius emine grani per ebdomadam esse solet pro consueta octo mensium residentia decem libras perciperent annuatim. » Laterani Idibus Ianuarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 163. fol. 185; Horoy H-i opp. omn. IV. 73. n. 91.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3724. — *Laterani 13 Ianuarii.*
« (Garino) episcopo, decano et cantori sancti Franbaldi Silvanectensibus. » Vt electionem P. in abbatem monasterii sancti Dionisii confirment, si eam de persona litterata et idonea invenerint canonice esse celebratam. Laterani Idus Ianuarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 164. fol. 185; Horoy H-i opp. omn. IV. 74. n. 92.* — « DILECTI FILII CONVENTVS. »

3725. — *Laterani 13 Ianuarii.*
« C. Basilice Principis apostolorum canonico Rectori Beneventano. » Vt electum Lucerinum consecrari faciat, si electionem de persona idonea et canonice factam invenerit, alioquin infra viginti dies de persona idonea per electionem canonicam ecclesiae Lucerinae provideri faciat. Laterani Idibus Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 166. fol. 185; Mss. Vall. I. 53.* — « DILECTI FILII CANONICI. »

3726. — *Laterani 13 Ianuarii.*
« (Iohanni) episcopo Narniensi. » Vt a T. et B. ac eorum fratribus et nepotibus dominis de Labro, excommunicatis, recipiat iuramentum quod Papae obedient super facto castri Montis Calvi. Laterani Idibus Ian. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 191. fol. 189; Mss. Vall. I. 53.* — « FRATERNITATI TVE. »

3727. — *Laterani 13 Ianuarii.*
Compositionem inter Cluniacenses monachos ex parte una et (Durandum) episcopum Cabilo-

nensem ex altera initam super procurationibus requisitis a dicto episcopo in quibusdam decanatibus Cluniacensibus confirmat. Laterani Idibus Ianuarii anno sexto. — *Bullar. ord. Cluniac. 105; Potthast 587. n. 6764.*

3728. — *Laterani 14 Ianuarii.*

« (Hugoni) episcopo Vercellensi. » Mandat, A. Saccum quondam potestatem Mediolanensem, qui archiepiscopum eiusdem civitatis banno supposuit et revocare noluit eo quod recusaverat absolvere quosdam excommunicatos nisi forma ecclesiae observata, excommunicatum denunciet, cuius excommunicationis sententia lata fuit in eum eiusque complices ab Hugone episcopo Hostiensi tunc Legato Sedis Apostolicae, et a Pergamensi et Laudensi episcopis publicata fuit; et moneat L. potestatem Mediolanensem ut bannum praedictum relaxet et ipsi archiepiscopo bona occupata restitui faciat. Laterani XVIIII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 172. fol. 186; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 36; Rodenberg Epist. Select. 132. n. 188.* — « GRAVEM NOBIS. »

3729. — *Laterani 15 Ianuarii.*

« Archiepiscopo Terraconensi et suffraganeis suis et dilectis filiis aliis Terraconensis provincie prelatis. » Vt mandatum archiepiscopi Toletani in colligenda vicesima exequantur. Laterani XVIII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6 epist. 167. fol. 185; Mss. Vall. I. 53.* — « MIRAMVR PLVRIMVM. »

3730. — *Laterani 15 Ianuarii.*

« Priori Sancte Marie et presbytero Severino canonico sancti Petri Tuscanensibus. » Mandat ut instrumenta vetusta monasterii sancti Iusti Cirsterciensis ordinis faciant per manum tabellionis exemplari, quae pristinam obtineant firmitatem. Laterani XVIII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 171. fol. 186.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

3731. — *Laterani 15 Ianuarii.*

« Vlrico electo Gurcensi. » Confirmationem de ipso factam a Salzeburgensi archiepiscopo metropolitano suo in episcopum Gurcensem ratam habet. Laterani XVIII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 180. fol. 187.* — « EX PARTE TVA. »

3732. — *Laterani 15 Ianuarii.*

Abbati S. Crucis et S. Floriani ac Reichersbergensi praepositis mandat, ut « quod (Leopoldus) dux Austriae advocatus burgi Pettoviae monetam, quam habet in burgo suo de Graze (Grätz), tali vult conditione transferre, quod omnes proventus Petoviae in theloneis vel moneta seu iurisdictionibus consistentes sint archiepiscopo Salzburgensi et duci communes, » rem inquirant et, si credant ad utilitatem Salzburgensis ecclesiae provenire, celebrandi contractum huiusmodi licentiam (Eberhardo) archiepiscopo concedant. Laterani XVIII. Kal. Febr. anno sexto. — *Meiller Reg. der Babenberger 130. n. 177; Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 229. n. 263; Potthast 587. n. 6765.*

3733. — *Laterani 16 Ianuarii.*

« Abbati et conventui Cluniacensibus. » Corpus sancti Hugonis ab Innocentio Papa II sanctorum catalogo aggregati, quod in nimis humili loco sepultum est, concedit ut in locum celebriorem transferant. Laterani XVII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 170. fol. 186; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 49; Horoy H-i opp. omn. IV. 75. n. 93.* — « EX PARTE VESTRA. »

3734. — *Laterani 16 Ianuarii.*

« P. Grunnensi civi Barchinonensi. » Locum qui dicitur Marturel, ubi ad vetustissimum pontem reparandum ipse P. operam impendit, et capellam sancti Bartholomaei

ab ipso reaedificatam et hospitale quod construxerat, referentibus episcopo et capitulo Barchinonensibus, in quorum dioecesi locus ipse consistit, sub protectione recipit. Laterani XVII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 175. fol. 187.* — « Ivstis petentivm. »

3735. — *Laterani 16 Ianuarii.*

« P. Grunnensi civi Barchinonensi. » Intimantibus episcopo et capitulo Barchinonensibus, recipit in protectionem ecclesiam cum hospitale, quae ipse in loco qui dicitur Calidarum de Starao in dioecesi Barchinonensi posito fundavit ob commoditatem pauperum et infirmorum, qui ibidem ratione aquae sulphureae, cuius lavacrum sanabat, conveniebant, videlicet artetici, ydropici, paralitici et alii infirmitatibus diversis oppressi. Laterani XVII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 177. fol. 187; Mss. Vall. I. 53.* — « Ivstis petentivm. »

3736. — *Laterani 16 Ianuarii.*

« Oddoni Bobonis subdiacono et capellano nostro. » Concedit ei ut plura beneficia, etiam si curam animarum habent annexam, retinere possit. Laterani XVII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 185. fol. 188.* — « Et si Sedes Apostolica. »

3737. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« (Iacobo) Suessionensi episcopo. » Concedit ut, quum in prioratibus monialium Fontis Ebraudi, qui in sua dioecesi consistunt, moniales, ex eo quod prae nimia multitudine de propriis facultatibus substentari non possunt, in symoniam et alia impudica et enormia plerumque propter intolerabilem paupertatis inopiam miserabiliter incidant, in eisdem prioratibus certum monialium numerum statuat. Laterani XVI. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 174. fol. 186; Horoy H-i opp. omn. IV. 75. n. 94.* — « Tva nobis fraternitas. »

3738. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Vniversis Christi fidelibus per Terraconensem provinciam constitutis. » Hiis qui elemosinas dederint pro reparatione pontis, quem P. Grunnensis in loco qui dicitur Martorel (*al.* Marturel) ad transeuntium opus perficere intendit, decem dierum indulgentiam concedit. Laterani XVI. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 178. fol. 187.* — « Qvoniam vt ait apostolvs. »

3739. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« (Guidoni) episcopo Asisinati. » Vt ad formam compositionis factae inter ipsum et monasterium sancti Benedicti de Suasio (*in Decr. Greg.* Subasio), ab R. s. Angeli diacono cardinali auctoritate apostolica confirmatae, in capellis eiusdem monasterii procurationis nomine non amplius exquirat ab eis nisi quantum, pensatis facultatibus earundem, moderate potuerint exhibere; sed habeat canonicam obedientiam, subiectionem, reverentiam, institutionem et destitutionem, correctionem et reformationem ac censuram ecclesiasticam, iurisdictionem quoque causarum omnium ad forum ecclesiasticum de iure spectantium, poenitentias, sacramentorum quae ab episcopo recipienda sunt collationem, synodum et synodatici seu cathedratici nomine duos solidos lucensis monetae, quartam decimationum et mortuariorum. Laterani XVI. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 197. fol. 191; inter Drecret. H-i III. lib. I. tit. 16* De offic. iudicii ordin. *c. I. ed. Ciron. 63; inter Decret. Gregorii IX. lib. I. tit. 31.* De officio iudicii ordin. *c. 16. ap. Boehmer Corp. II. 175 (an. 1218); Richter Corp. II. 186; Potthast 665. n. 7728 (absque signo chronologico); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. XXXI. c. XVI. p. 192.* — « Conqverente yconomo. »

In eundem modum scriptum est abbati et conventui monasterii sancti Benedicti Montis Suasii. — *Reg. Vat. l. c.*

3740. — *Laterani 17 Ianuarii.*
Magistro et fratribus Hospitalis domus Dei sanctae Catharinae Parisiensis. Eorum personas et locum in quo divino sunt obsequio mancipati cum omnibus suis bonis praesentibus ac futuris sub beati Petri et sua protectione suscipit. Laterani XVI. Kal. Februarii anno sexto. — *Félibien Hist. de Paris III. 67; Malingre Antiq. de Paris 545. et Du Breul 956; Horoy H-i opp. omn. IV. 76. n. 95.* « CVM A NOBIS. »

3741. — *Laterani 18 Ianuarii.*
« Abbatisse et conventui monasterii sancti Iohannis de Prato Veteri. » Eorum personas cum bonis sub protectione apostolica recipit, specialiter autem patronatum in monasterio de Rosano, a nobilibus viris Guidone, Tegrino, Rogerio, Marcualdo et Agkanolfo fratribus comitibus Palatinis Tusciae eis collatum, confirmat. Laterani XV. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 176. fol. 187.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3742. — *Laterani 18 Ianuarii.*
« Vniversis Christi fidelibus per Saxoniam constitutis. » Proficiscentibus in Livoniam in subsidium noviter conversorum et ibi morantibus per triennium indulgentiam Terrae Sanctae concedit. Laterani XV. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 181. fol. 188; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 40; Rodenberg Epist. Select. 133. n. 189.* — « NE TERRA. »

3743. — *Laterani 18 Ianuarii.*
« (Ivoni) Cracoviensi episcopo. » Indulget ut cum quibusdam monachis et monialibus ac personis aliis, qui non sine symoniaca labe in quibusdam monasteriis suae dioecesis habitum religionis susceperunt, dispensare possit. Laterani XV. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 182. fol. 188.* — « POSTVLAVIT A NOBIS. »

3744. — *Laterani 18 Ianuarii.*
« Eisdem (*sed. leg.* eidem *Cracoviensi episcopo*). » Vt cum sacerdotibus qui excommunicati celebrarunt dispensare possit. Dat. ut supra (Laterani XV. Kal. Februarii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 183. fol. 188.* — « EX PARTE TVA. »

3745. — *Laterani 18 Ianuarii.*
Praeposito, decano et scholastico Brixinensibus scribit, Eberhardum archiepiscopum Salzeburgensem sedi apostolicae questum esse, « quod, cum ipse in abbatem et conventum S. Lamberti suae diocesis excommunicationis et interdicti sententias exigente iustitia promulgaverit pro eo, quod archidiaconum Carinthiae, quem causa visitationis ad eorum monasterium destinaverit, exinde ausu temerario eiecerunt, ... sententias ipsas pertinaciter contempnentes divina nichilominus celebrare praesumunt. » Mandat eis ut inquirant, num res se taliter habeat, et decidant. Laterani XV. Kal. Februarii anno sexto. — *Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 229. n. 264; Potthast 587. n. 6767.*

3746. — *Laterani 19 Ianuarii.*
« Priori et capitulo sancti Fridiani Lucanis. » A praestatione vicesimae in Terrae Sanctae subsidium absolvuntur. Laterani XIIII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 186. foll. 188-189.* — « VT RELIGIONIS CVLTVS. »

3747. — *Laterani 19 Ianuarii.*
« Priori sancti Nycholai Call. et Sifredo canonicis Pisanis. » Mandat ut renovent excommunicationis et interdicti sententias in Vbaldum et fratres eius et quosdam alios cives Pisanos a magistro Gratia capellano Pontificis promulgatas. Dat. ut supra (Laterani XIIII. Kal. Februarii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 187. fol. 189; Mss. Vall. I. 53.* — « VT ACRIOR PENA. »

3748. — *Laterani 19 Ianuarii.*
« Eisdem. » Vt Pisanos, qui iuraverant se Papae mandatis obedituros, prohibeant quominus cum Vbaldo et fratribus eius excommunicatis in aliquo negotio communicent, et si quis ante absolutionem decesserit, non permittant ad sepulturam eius clericos conveniri. Laterani XIIII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 188. fol. 189; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 36.* — « Et si mater ecclesia. »

3749. — *Laterani 19 Ianuarii.*
« Magistro et fratribus Hospitalis Altipassus. » Hospitale de Rosaria, quod a Metensi episcopo imperialis aulae cancellario eis concessum fuit, quam concessionem F(ridericus) Romanorum imperator et rex Siciliae, qui ius ibidem obtinet patronatus, adprobavit, confirmat. Laterani XIIII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 198. fol. 191.* — « Cvm a nobis petitvr. »

3750. — *Laterani 20 Ianuarii.*
« Patriarche Ierosolimitano, archiepiscopo Cesariensi et episcopo Bethlemitano. » Vt cogant Surianos, Iacobinos, Nestorianos et quosdam alios commorantes in dioecesibus (Eustorgii) archiepiscopi Nycosiensis eiusque suffraganeorum ad obedientiam archiepiscopo et suffraganeis praedictis praestandam. Laterani XIII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 199. fol. 191; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 10; Mas Latrie Hist. de Chypre III. 618; Potthast 587. n. 6773. qui hunc titulum praefert:* « Archiepiscopo Caesariensi, episcopo Acconensi et P. thesaurario Caesariensi » *quod sequitur Horoy H-i opp. omn. IV. 78. n. 97; Mas latrie l. c. II. 45; Potthast 588. n. 6774. ubi talis est titulus:* « Patriarchae Hierosolimitano etc. » — « Venerabilis frater. »

3751. — *Laterani 21 Ianuarii.*
« Archipresbytero et Capitulo plebis de Monticulo. » Senarium canonicorum numerum ab episcopo Parmensi loci dioecesano statutum confirmat. Laterani XII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 189. fol. 189.* — « Ivstis petentivm. »

3752. — *Laterani 21 Ianuarii.*
« Episcopo, abbati sancti Proculi et Priori sancti Iohannis in Monte Bononiesibus. » Vt magistrum Balduinum clericum Laudunensem, qui olim Bononiae scolasticis disciplinis insistebat, super debito favore Iohannis de Cremona civis Bononiensis respondere compellant Bononiae prout iuramento se astrinxerat. Dat. ut supra (Laterani XII. Kal. Februarii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 190. fol. 189.* — « Ioannes de cremona. »

3753. — *Laterani 21 Ianuarii.*
« (Iohanni) archiepiscopo Strigoniensi et (Roberto) episcopo Vesprimiensi et Abbati de Egres Chenadiensis diocesis. » Iis mandat ut G. Orodo praeposito praeposituram et alia omnia sibi ablata sine mora restituant, eum in corporalem possessionem omnium ablatorum inducentes et defendentes inductum: caeterum inducant A(ndream) Hungariae regem ad recipiendum ipsum G. in gratiae suae sinum, e qua creditur excidisse: et quia enormia gravamina ipsi praeposito irrogata non transeant inulta, infra duos menses inquirant quorum favore ipse spoliatus fuerit vel qui ipsius bona abstulerit et detinuerit ablata; alioquin dat in mandatis episcopo Agriensi et de Cyrce et de Pelys abbatibus Vesprimiensis dioecesis ut si forte in exequendis mandatis negligentes fuerint, eis terminum praeficiant ut apostolico conspectui se praesentent de inobedientia responsuri. Laterani XII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 195. fol. 190; Mss. Vall. I. 53; Fe-*

jèr Cod. Dipl. III. I. 354; Theiner Mon. Hung. I. 32. n. 64; Potthast 588. n. 6775; Horoy H-i opp. omn. IV. 77. n. 96 (20 Ianuarii). — « CVM VIDEATVR SATIS. »

3754. — *Laterani 21 Ianuarii.*

« Patriarche, abbati sancti Pauli et cantori Antiochenis. » Vt Adam pauperem clericum faciant in ecclesia Nycosiensi recipi, quum archiepiscopus et capitulum Nicosienses in elusionem mandati apostolici et per quandam compositionem in praesentia (Pelagii) Albanensis episcopi Apost. Sedis Legati factam id praedicto clerico denegent. Laterani XII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 201. fol. 192.* — « ADAM PAVPER CLERICVS. »

3755. — *Laterani 21 Ianuarii.*

« (Deest titulus). » Arguit quemdam episcopum de malo regimine eumque hortatur ut ad meliora se dirigat. Laterani XII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 202. fol. 192; Mss. Vall. I. 53.* — « QVOD TE NOSTRIS MONITIS. »

3756. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« (Bertholdo) patriarche Aquilegensi. » Vt moneat nobiles viros filios Azolini ut castrum Opitergii, quod ipse dicitur in praeiudicium (Philippi) episcopi Feltrensis occupavisse, in manibus Hugolini prioris sanctae Mariae Novae in Ierusalem de Venetiis et Walpertini decani Tervisini et plebani sancti Pauli de Venetiis, quibus super hoc scribit, sub sequestro tradant. Laterani X. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 193. fol. 190; Mss. Vall. I. 53.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

3757. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Capitulo sancti Laurentii in Lucina de Vrbe. » Sententiam quam pro eis contra ecclesiam sancti Salvatoris de Cupellis super subiectione ipsius ecclesiae tulerat G. sanctae Anastasiae presbyter cardinalis, confirmat. Laterani X. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 204. fol. 193.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3758. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Capitulo Laudunensi. » Mandat ut consuetudinem, qua ab unoquoque in eorum ecclesia canonicando scifum unum argenteum medio iuramento ipsi extorquebant, abrogent, alioquin dat in mandatis episcopo Laudunensi, abbati sancti Iohannis in Vineis et decano Suessionensi ut eos per censuras ecclesiasticas ad id compescant. Laterani X. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 227. fol. 197; Mss. Vall. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 84. n. 103. (1 Febr.)* — « CVM ECCLESIA VESTRA. »

Reg. Vat. addit: In eundem modum scriptum est predictis executoribus verbis competenter mutatis.

3759. — *Laterani 24 Ianuarii.*

« Hugolino priori sancte Marie Nove in Ierusalem et decano Tervisino et plebano sancti Pauli de Venetiis. » Inducant filios Azolini, castrum Opitergii in praeiudicium episcopi Feltrensis occupantes, in eorum manibus ipsum deponere; quod si castrum idem ad se pertinere probaverint, illud restituant eisdem. Laterani VIIII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 192. fol. 189; Mss. Vallic. I. 53.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

3760. — *Laterani 24 Ianuarii.*

« Hugolino priori sancte Marie Nove in Ierusalem de Venetiis et Walperto decano Tervisino et plebano sancti Pauli de Venetiis. » Nisi (Philippus) episcopus Feltrensis et Belunensis soluerit iuxta sententiam Hostiensis episcopi tum A. S. Legati tresdecim milia librarum parvorum venetorum communi Tervisino, eum denuncient excom-

municatum, episcopatus eosdem interdicto suppositos denuntient, et commune Tervisinum in possessionem quorundam bonorum ipsorum episcopatuum, quae hic nominantur, infra viginti dies inducant. Laterani VIIII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 194. fol. 190. Mss. Vall. I. 53.* — « QVONIAM VENERABILEM. »

3761. — *Laterani 24 Ianuarii.*
« Abbatisse ac monialibus sancti Ylarii Fesulane diocesis. » Quod circa subventionem episcopo Fesulano ab eisdem praestandam, solum in promissis obediant. Laterani VIIII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 196. fol. 191.* — « EXPOSVISTIS NOBIS. »

3762. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« Abbati et conventui monasterii sancti Petri ad vincula Ravennatensis diocesis. » Confirmat sententiam quam pro eis contra episcopum Foroliviensem super plebe sancti Laurentii de Vado Rondino, decimis et possessionibus ac rebus aliis promulgavit Caesenatensis episcopus, et episcopus Populiensis et coniudices sui confirmarunt. Laterani VII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 200. fol. 192.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3763. — *Laterani 26 Ianuarii.*
« Decano et capitulo Silvanectensibus. » Concessionem eis factam ab episcopo Silvanectensi quorumdam reddituum pro distributione facienda canonicis qui intererunt celebrationi missarum, quas bis singulis septimanis, exceptis dominicis Passionis, Pascae, Pentecostes et Natalis Domini festivitate, pro eo celebrare tenentur, et etiam iis qui anniversario eius celebrando intererunt, confirmat. Laterani VII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 203. fol. 192; Horoy H-i opp. omn. IV. 79. n. 98.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3764. — *Laterani 27 Ianuarii.*
« (Andreae) illustri Regi Vngarie. » Declarat non tenere iuramentum ab eo praestitum transferendi regnum Galitiae a C(olomanno) filio suo secundo genito, ad A(ndream) filium suum tertium genitum, quum ille iam per Strigoniensem archiepiscopum Sedis Apostolicae auctoritate coronatus fuerit: de iuramento autem ab ipso praestito copulandi praedictum A(ndream) tertiogenitum cum filia nobilis viri Misozlau, declarat absolutionem non expedire, quum hii nondum nubilem aetatem attingerint: causam Constantiae Romanorum imperatricis et reginae Siciliae optat ad Sedem Apostolicam revocari: praeterea dolet quod in negotio (Cosmae) Geuriensis episcopi, eius petitionem exaudire nequivit. Laterani VI. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 206. fol. 193; Mss. Vall. I. 53; non integra in Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 42; Fejér Cod. dipl. III. I. 355; Theiner Mon. ungar. I. 32. n. 65; Katona Hist. Critic. V. 336; Gruber Orig. Livon. 254; Potthast 588. n. 6777; Scr. rer. Livon. I. 382. n. 23; Horoy H-i opp. omn. IV. 81. n. 100.* — « CVM TE SICVT. »

3765. — *Laterani 27 Ianuarii.*
« Archipresbytero et canonicis Basilice Principis Apostolorum. » Confirmat donationem eis factam ab Innocentio PP. III redditus quem de signis plumbeis sive de stagneis, apostolorum Petri et Pauli ymaginem praeferentibus, quibus eorum limina visitantes in argumentum propriae devotionis et testimonium itineris consummati se ipsos insigniunt, summi pontifices percipere consueverunt; et auctoritatem eis tantum concedit ea fundendi, vel quibus voluerint fusoribus ea concedendi, ita ut nemo in Vrbe sub nomine aliarum ecclesiarum alia signa supradictorum Apostolorum imaginem praeferentia fundere vel vendere audeat, sine speciali Ecclesiae Romanae licentia:

tenor epistolae Innocentii refertur. Laterani VI. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 217. fol. 195; Mss. Vall. I. 53; Bullar. Vat. I. 107; Potthast 588. n. 6776; Horoy H-i opp. omn. IV. 79. n. 99.* — « In litteris felicis. »

3766. — *Laterani 27 Ianuarii.*
Capitulo Gurcensis ecclesiae constitutionem canonicam, quam Hilteboldus episcopus Gurcensis in ea statuit observandam, et omnes canonicorum possessiones confirmat. Laterani VI. Kal. Februarii indictione X. incar. dom. an. 1222 (!). pont. anno sexto. — *V. Ankershofen Vrk.-Regest. in Arch. f. Kunde österr. Gesch-Quell. XXII. 360. n. 788; Potthast 588. n. 6778.*

3767. — *Laterani 29 Ianuarii.*
« Sancti Fridiani et sancti Nycholai prioribus et archipresbytero Pisanis. » Mandat Philippus Lunensis quondam canonicus ab officio beneficioque habeatur suspensus donec de nece Lunensis episcopi se purget. Laterani IIII. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 205. fol. 193; Mss. Vall. I. 53.* — « Cvm patrocinari. »

3768. — *Laterani 30 Ianuarii.*
« Abbati et conventui de Valle sancti Georgii Cisterciensis ordinis. » Eis confirmantur praedia quaedam in villa de Wodesberg posita, quae a Lodoico milite de Wangeheim, qui eadem a Fuldensi ecclesia sub pensione annua octo marcarum argenti iure locationis perpetuae obtinebat, acquisiverunt. Laterani III. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 208. fol. 194.* — « Cvm a nobis petitvr. »

3769. — *Laterani 31 Ianuarii.*
« Thome canonico ecclesie sancte Marie Maioris de Vrbe. » Canoniam in dicta ecclesia, in qua, bon. mem. S. germano suo camerario Papae vita functo, archipresbyter et canonici ad ipsius Papae mandatum eum, licet ad scolas profecturus debitam moram ibi non fecerit, libere receperunt, ipsi confirmat. Laterani II. Kal. Febr. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 207. fol. 194.* — « Bone memorie. »

3770. — *Laterani 31 Ianuarii.*
« Vniversis Christi fidelibus per Pisanam provinciam constitutis et per Hospitale de Cascina in Valle Arni transitum facientibus. » Elemosinam dicto hospitali erogantibus decem dierum indulgentiam concedit. Laterani II. Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 212. fol. 194; Mss. Vall. I. 53.* — « Qvoniam vt ait. »

3771. — *Laterani 31 Ianuarii.*
« (Petro) episcopo Firmano. » Super excommunicationis sententia, quam contra priorem et conventum sancti Salvatoris Firmani et parrochianos eorum iste episcopus promulgavit, super qua litterae ad eum et ad priorem sancti Hylarii Esculani a Sede Apostolica impetratae fuerunt, et demum, parte ipsorum prioris et conventus exemptam esse suam ecclesiam allegante, fuit a Pontifice commissum Anconitano et Humanati episcopis ut super exemptione ipsius ecclesiae inquirerent veritatem, mandat ut eisdem priori et conventui molestus non sit, praesertim quum noscatur ipsum monasterio sancti Salvatoris Reatini subesse. Laterani II. Kalendas Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 213. fol. 195.* — « Qvestione olim. »

3772. — *Laterani 1 Februarii.*
« D. archidiacono Lemovicensi, priori de Altis Vallibus et S. Sellario canonico sancti Iuniani Lemovicensis diocesis. » Vt ecclesiam Dauratensem, ubi septem vel plures ex canonicis de medio sunt sublati, licet ipsius ecclesiae redditus non sint in aliquo diminuti, et capitulum ecclesiae eiusdem redditus ipsos in usus proprios convertit, statim

de personis idoneis ordinent. Laterani Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 209. fol. 194; Horoy H-i opp. omn. IV. 85. n. 104.* — « A CANONICO DAVRATENSIS ECCLESIE. »

3773. — *Laterani 1 Februarii.*

« Iacobo preposito et canonicis ecclesie sancte Restitute maioris Soranis. » Denarium canonicorum numerum in eorum ecclesia ab episcopo Sorano, pensatis facultatibus eius, statutum confirmat. Laterani Kal. Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 211. fol. 194.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3774. — *Laterani 1 Februarii.*

Philippum regem Francorum monet et obsecrat, ut, cum negotium fidei videatur in partibus Albigensium gravius cecidisse, ad id relevandum maiorem operam impendat. Laterani Kalendis Februarii anno sexto. — *Duchesne Hist. Franc. scr. V. 857. n. 13; Bouquet Rec. XIX. 718; Potthast 588. n. 6779; Horoy H-i opp. omn. IV. 83. n. 101.* — « QVANTO NEGOTIVM FIDEI. »

3775. — *Laterani 1 Februarii.*

Abbati et conventui de Sconetal (Schönthal) Cisterc. ord. ecclesiam de Beringen, quam de concessione Ottonis Herbipolensis episcopi canonice assecuti erant, confirmat. Laterani Kal. Februarii anno sexto. — *Wirtemberg. UB. III. 129. n. 653; Potthast 588. n. 6780; Horoy H-i opp. omn. IV. 83. n. 102.* — « CVM A NOBIS. »

3776. — *Laterani 3 Februarii.*

« Abbati et conventui sancti Maglorii Parisiensibus. » Concedit ut de terris quae infra parochias ecclesiarum, quae ratione iuris patronatus ad eos spectare noscuntur, rediguntur noviter ad culturam, de novalibus possint decimas percipere. Laterani III. Nonas Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 210. fol. 294; Horoy H-i opp. omn. IV. 85. n. 105.* — « QVANTO SINCERIVS. »

3777. — *Laterani 4 Februarii.*

« Preposito et capitulo Gurcensibus. » Conceditur hiis ut possint in ecclesia eorum, quae in honorem B. Mariae semper Virginis est constructa, semel in hebdomada officium eiusdem Virginis solemniter celebrare, ut ab antiquo consueverunt, quod de Ranshoven ęt de Richersperḡ praepositi Salzeburgen. (*Horoy* Pabreburg.) dioec., quibus Salzeburgensis archiepiscopus (*Hor.* episcopus) metropolitanus visitationem suae provinciae commiserat, pro suae arbitrio voluntatis ipsis de cetero ne facerent inhibuerunt. Laterani II. Nonas Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 214. fol. 195; Mss. Vallicell. I. 53; v. Ankershofen Urk.-Reg. in Arch. f. Kunde österr. Gesch-Quellen XXII. 360. n. 789; cf. Hirn Kirchenrechtl. Verhältnisse von Gurk 47; Meiller Regest. der Salzburger Erzbisch. 227. n. 251; Potthast 588. n. 6781* (sine initio); *Horoy H-i opp. omn. IV. 87. n. 108.* — « SOLET ANNVERE. »

3778. — *Laterani 4 Februarii.*

« (Simoni) archiepiscopo Bituricensi Ap. Sedis Legato. » Vt in ecclesia de Chaumunt suae dioecesis, ubi sunt canonici pauci et pauperes, qui licet se regulares appellant nulli tamen certae regulae sunt astricti, per quorum defectum ipsa ecclesia desolata est quasi penitus, clericos saeculares instituat. Laterani II. Nonas Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 215. fol. 195; Horoy H-i opp. omn. IV. 86. n. 106.* — « LECTA NOBIS. »

3779. — *Laterani 4 Februarii.*

« (Eisdem *sed leg*). Eidem. » Vt de donariis sibi in quacumque specie factis, quorum singula summam sexaginta solidorum monetae turonensis excedunt, vicesimam solvat in subsidium Terrae Sanctae. Dat. ut supra (Laterani II. Nonas Februarii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 216. fol. 195; Horoy*

H-i opp. omn. IV. 87. n. 107. — « Ex parte tva. »

3780. — *Laterani 4 Februarii.*

« Abbati et conventui Sancti Petri de Cella Trecensibus. » Quum de laboribus terrarum ecclesiarum, quae ratione iuris patronatus ad ipsos spectant, decimas integre iam percipiant, nunc indulget, ut etiam de terris, quae infra ecclesiarum ipsarum terminos habent, de novalibus decimas percipere possint. Laterani II. Nonas Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 263. fol. 205; Horoy H-i opp. omn. IV. 88. n. 109.* — « Qvanto libentivs. »

3781. — *Laterani 5 Februarii.*

Magistro et fratribus hospitalis S. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani concedit, ut liceat eis pueros qui ad ianuas domus suae proiiciuntur alendi vel ibidem nascuntur, in pelvi vel alio vase modico baptizare. Laterani Nonis Februarii anno sexto. — *Duellius Hist. ord. Teuton. app. 7. n. 6; Potthast 588. n. 6782. Cf. 1221. Feb. 5, in hoc Reg. n. 3069.* — « Etsi vniversorvm ivstas. »

3782. — *Laterani 7 Februarii.*

« Archiepiscopo Consano. » Vt electum Satrianensem, si electio de persona idonea canonice celebrata fuerit, confirmet, alioquin id ab archiepiscopo Acherontino et Venusino episcopo exequatur. Laterani VII. Idus Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 218. fol. 196.* — « Dilecti filii. »

In eundem modum scriptum est super hoc eisdem executoribus, verbis competenter mutatis.

3783. — *Laterani 7 Februarii.*

« Archiepiscopo Bituricensi. » Vt, amissa Damiata, crucesignati provinciae suae non transfretent particulariter sed expectent generale passagium: indulget praeterea ut a vinculo excommunicationis absolvat crucesignatos, qui in eam incurrerunt propter inexecutionem voti, recepta cautione quod ad mandatum suum iter arripient transfretandi. Laterani VII. Idus Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 223. fol. 197; Mss. Vall. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 89. n. 110.* — « Cvm (ammissa *sed leg.*) amissa. »

3784. — *Laterani 7 Februarii.*

« D. Cantori ecclesie sancti Petri Casletensi. » Ratum habet quod ipse de cotidianis distributionibus duas percipiat portiones, prout praepositus et capitulum statuit, et Morinensis episcopus loci dioecesanus approbavit. Laterani VII. Idus Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 224. fol. 197.* — « Ivstis petentivm. »

In eundem modum scriptum est decano eiusdem ecclesie sancti Petri Casletensi nichil (*sic*) addito vel mutato.

3785. — *Laterani 7 Februarii.*

« (Eberhardo) Salzeburgensi archiepiscopo. » Concedit ut possit sibi assumere magistrum B. monachum monasterii de Hausen Augustensis dioecesis, qui, iuxta decretum generalis concilii, eius canonicos in theologia et in ministrando verbo Dei doceat. Laterani VII. Idus Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 225. fol. 197; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 41; Rodenberg Epist. Select. 133. n. 190.* — « Tva lavdabilis devotio. »

3786. — *Laterani 8 Februarii.*

« Seloniensi episcopo, abbati, et priori Montis Sancti Nycholai Cisterciensis ordinis Rigensis diocesis. » Vt cohibeant fratres ordinem Templariorum professos ne noviter baptizatos in Livonia in personis vel in rebus infestent. Laterani VI. Idus Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 219. fol. 196; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 40.* — « Avdivimvs qvod qvidam. »

3787. — *Laterani 8 Februarii.*
« Eisdem *(in Decr. omittitur titulus).* » Vt iudicium ferri candentis quod fratres Templarii et alii quidam advocati et iudices in Livonia circa noviter baptizatos, quando de aliquo crimine infamabantur exercebant, tollatur. Dat. ut supra (Laterani VI. Idus Februarii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 220. fol. 196; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 40; Decret. H-i III. lib. 5. tit. 14.* De purgat. vulg. *c. 1. ed. Ciron. 298; Decretal. Gregorii IX. lib. 5. tit. 35.* De purgat. vulg. *c. 3. ap. Boehmer Corp. II. 830; ap. Richter Corp. II. 842; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. tit. XXXV. pag. 878; Bunge Livl. UB. I. 58. n. 54; Gruber Origin. Livon. 237. not. *; Scr. rer. Livon. I. 364. not. *; Potthast 599. n. 6910. (absque chronologico signo et sine titulo).* — « Dilecti filii noviter. »

3788. — *Laterani 8 Februarii.*
« Abbati, et priori Montis Sancti Nicholai Cisterciensis ordinis Rigensis diocesis et preposito Rigensi. » Vt compellant fratres Templarios in Livonia ad ablata restituenda episcopo Seloniensi. Dat. ut supra (Laterani VI. Idus Februarii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 221. fol. 196; Mss. Vall. I. 53.* — « Venerabilis frater. »

3789. — *Laterani 8 Februarii.*
« Iudicibus in Livonia. » Episcopo et ecclesia Livoniensi intimantibus, mandat eis, ut Rutenos, qui veniunt inhabitare Livoniam et ibi graecorum ritus et schisma introducere moliuntur, compescant. Dat. ut supra (Laterani VI. Idus Februarii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 222. fol. 196; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 40; Turgenevius Russiae Monim. I. 13. n. 12; Bunge Liv. UB. I. 58. n. 55; Potthast 588. n. 6783; Horoy H-i opp. omn. IV. 90. n. 112.* — « Ex parte venerabilis. »

3790. — *Laterani 8 Februarii.*
Abbates de Anglia Cisterc. ordinis denuo a praestatione decimarum de animalium nutrimentis immunes declarat. Laterani VI. Idus Februarii anno sexto. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 228; Potthast 588. n. 6784; Horoy H-i opp. omn. IV. 99. n. 111.* — « Cvm sitis per. »

3791. — *Laterani 10 Februarii.*
« Archiepiscopo Remensi. » Tertio mandat ut Cintio filio nobilis viri Oddonis sancti Eustachii de Vrbe praebendam in ecclesia sua conferat, alioquin iniunget cancellario Parisiensi et magistro Petro de Collemedio, et Petro Gregorii scriptori Papae Parisius commorantibus, ut mandatum apostolicum super hoc exequantur. Laterani IIII. Idus Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 228. fol. 197.* — « Dilectvs filivs. »
Scriptum est super hoc eisdem executoribus, verbis competenter mutatis.

3792. — *Laterani 11 Februarii.*
« G(regorio de Crescentio) sancti Theodori diacono Cardinali Apostolice Sedis Legato. » Vt (Andream) episcopum Pragensem intrare regnum Boemiae non compellat, quum ei interim licentia data fuerit Veronae vel Venetiis vel in alio loco tuto remanendi donec ei de securitate sua sufficienter caveatur. Laterani III. Idus Februarii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 226. fol. 197; Erben Reg. Bohem. I. 301. n. 649; cf. Palacky Reise 23. n. 92; Boczek Cod. Dipl. Morav. II. 132. n. 128; Potthast 589. n. 6790.* — « Cvm venerabili. »

3793. — *Laterani 14 Februarii.*
« Abbati et conventui Grandis Campi Premonstratensis ordinis. » In causa inter eos et abbatem et conventum sancti Maglorii Parisiensis circa decimas novalium quae ipsi excolebant in loco qui dicitur Aquilina; in qua primum abbas sancti Iohannis Senonensis et collegae sui, a Sede

Apostolica delegati, abbatem et conventum Grandis Campi a praestatione decimarum novalium extirpatorum ante concilium generale et propriis manibus vel sumptibus excultarum absolverunt, et ad solutionem decimarum novalium eorundem, quae post concilium extirparunt, condemnarunt; postea magister T. de Vezeliaco et coniudices sui doctores Parisienses priorum iudicum irritaverunt sententiam; et deinde P(etrus) sancti Georgii ad Velum aureum auditor a Papa concessus fuit, sed, procuratore sancti Maglorii proponente, decano Trecensi eiusque collegis de utriusque partis assensu causa commissa, rursus abbas et conventus Grandis Campi ad decimarum supradictarum praestationem condemnati extiterunt; demum, hiis ad Papam appellantibus, B. subdiaconus et capellanus Papae auditor concessus fuit, qui sententialiter decrevit quod abbas et conventus Grandis Campi non teneantur ad praestationem decimarum supradictarum: quae sententia a Pontifice hac epistola confirmatur. Laterani XVI. Kal. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 231. fol. 198; Horoy H-i opp. omn. IV. 90. n. 113.* — « Petentibvs olim. »

3794. — *Laterani 14 Februarii.*
« Abbati, priori, et suppriori sancti Victoris Parisiensis. » In causa inter episcopum Ambianensem ex una parte et abbatem et conventum monasterii sancti Richarii in Pontivo ex altera, quibus Egidium sanctorum Cosmae et Damiani diaconum cardinalem auditorem concessit, mandat ut testes et probationes recipiant, ipsasque partes ad Papam remittant sententiam recepturas. Laterani XVI. Kal. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 232. fol. 199; Horoy H-i opp. omn. IV. 94. n. 114.* — « Grave gerimvs. »

3795. — *Laterani 17 Februarii.*
« (Guilielmo) episcopo Pictavensi. » Vt propter senectutem et infirmitatem suam possit per idoneum vicarium suam dioecesim visitare, et, quum episcopales sui redditus non sufficiant ad congruam sui et suorum substentationem, dat eidem facultatem moderatas procurationes per suam dioecesim exigendi. Laterani XIII. Kal. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 230. fol. 198; Horoy H-i opp. omn. IV. 92. n. 116.* — « Non est reverenda. »

3796. — *Laterani 17 Februarii.*
« Decano et capitulo Atheniensibus. » Duodecimum canonicorum nomerum ab eorum archiepiscopo, pensatis eorum ecclesiae facultatibus, statutum, confirmat. Laterani XIII. Kal. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 236. fol. 200.* — « Ex parte vestra. »

3797. — *Laterani 17 Februarii.*
« Abbati et conventui Compendiensibus. » Libertates et immunitates ab eorum monasterio et locis ipsius a quadraginta annis retro inconcusse habitas confirmat. Laterani XIII. Kal. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 256. fol. 204.* — « Ivstis petentium. »

3798. — *Laterani 17 Februarii.*
« Abbati Compendiensi. » Quod monachis et clericis suis primam tonsuram conferre, et altaris sui monasterii pallas benedicere possit. Dat. ut supra (Laterani XIII. Kal. Martii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 257. fol. 204; Mss. Vall. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 94. n. 115.* — « Cvm monasterivm. »

3799. — *Laterani 18 Februarii.*
« Episcopo et capitulo Parmensibus. » Vt praebendam, quam (Hugolinus) episcopus Hostiensis tunc Apostolicae Sedis Legatus Papae donationi reservavit, si quae nunc vacat, vel primo vacaturam in eorum ecclesia conferatur ab ipsis P. clerico nato

nobilis viri Iacobi Cinthii Guidonis civis Romani « qui per se ac suos vobis et ecclesie vestre fructuosus in multis existere poterit, » alioquin praeposito sancti Prosperi Regini et M. canonico Mutinensi litteris iniunget, ut mandatum apostolicum super hoc exequantur. Laterani XII. Kal. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 229. fol. 198.* — « CVM PER VENERABILEM. »

Scriptum est super hoc eisdem executoribus verbis competenter mutatis.

3800. — *Laterani 18 Februarii.*

« Hugoni de Feritate canonico Carnotensi. » Non obstante quod, iustitia exigente, electionem eius in episcopum Carnotensem cassaverit, quum postmodum continuo theologicis disciplinis insistens laudabiliter profecerit, indulget, ut ad dignitates ecclesiasticas assumi possit. Laterani XII. Kal. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 251. fol. 203; Horoy H-i opp. omn. IV. 95. n. 117.* — « AD INSTAR ARCHE. »

3801. — *Laterani 18 Februarii.*

Archipresbytero et clero Varcenatibus (Guercino) mandat, ut ea exhibeant sine difficultate episcopo Alatrino, quae consueverunt eius praedecessoribus exhibere. Laterani XII. Kal. Martii anno sexto. — *Arch. Capit. Alatrinum; Spicil. Liber. 724. n. 18; Potthast 589. n. 6791; Horoy H-i opp. omn. IV. 99. n. 118.* — « PRESENTIVM VOBIS AVCTORITATE. »

3802. — *Laterani 18 Februarii.*

De Valle S. Georgii et Volkolderoden Cisterc. ord. et de Reinespronnen abbatibus mandat, ut Hirsfeldensi monasterio visitationis officium impendant. Laterani XII. Kal. Martii anno sexto. — *Wenck Heissisehe Landesgesch. III. UB. 99. n. 102; Potthast Append. 2091. n. 6791ª 26078.* — « DILECTO FILIO ABBATE. »

3803. — *Laterani 19 Februarii.*

« Abbati et conventui sancti Pauli de Vrbe. » Confirmat monasterium de Monomach Calcedoniensis dioecesis eis a Iohanne tit. sanctae Praxedis praesbytero Cardinali tunc Apostolicae Sedis Legato collatum, reservata favore M. praepositi ecclesiae sancti Georgii de Mangano Constantinopolitano et, post eius decessum, ipsius ecclesiae sancti Georgii cura eiusdem monasterii, ita ut praepositus annuum censum unius marchae argenti, et post eius obitum ecclesia ipsa censum duarum marcharum dicto monasterio sancti Pauli persolvant. Laterani XI. Kalendas Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 235. fol. 199; Mss. Vall. I. 53. Margarini Bullar. Casin. II. 253; Potthast 589. n. 6796; Horoy H-i opp. omn. IV. 105. n. 127 (qui omnes hanc epist. ad diem 28 Febr. adscribunt).* — « HIIS QVE HONOREM. »

3804. — *Laterani 19 Februarii.*

« Fratribus sancti Viti de Monte Scarafano. » Vt ordinis Cisterciensis regulam, sicut abbas monasterii Casae novae ac frater Theod. monachus monasterii sancti Anastasii de Vrbe, vice abbatis de Rambona, eos monuerunt, assumant, et abbati sancti Anastasii de Vrbe efficaciter intendant. Laterani XI. Kal. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 250. fol. 203; Mss. Vallicell. I. 53.* — « VT CVM APOSTOLO. »

3805. — *Laterani 19 Februarii.*

« Abbati et conventui de Insula Rubiliana Florensis ordinis. » Concedit eis, salvo iure archiepiscopi Surrentini, monasterium sancti Renati Surrentinae dioecesis, cuius status, abbate Ferrariae et sancti Fortunati et Ferrariae prioribus, quibus inquisitionis officium ibi commisit, referentibus, in spiritualibus valde collapsus est. Laterani XI. Kal. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 253. fol. 203; Mss. Vall. I. 53.* — « OLIM AD AVRES. »

Reg. Vat. addit: Scriptum est super hoc Archiepiscopo Surrentino ut eisdem fratri-

bus Florensis ordinis consilium et iuvamen impendat.

3806. — *Laterani 19 Februarii.*

« Episcopo Lincolniensi. » Mandat ut clericis suae dioecesis uxoratis ecclesiasticis beneficiis omnino subtractis, et aliis ab ecclesiis, in quibus eos constiterit suis patribus nullo medio successisse, remotis, perpetuos vicarios ut in ecclesiis in quibus vicarias obtinent personaliter resideant ut tenentur, et ut se in praesbyteros, prout cura requirit earum, faciant promoveri, per subtractionem proventuum vicariarum ipsarum eos compellat. Laterani XI. Kal. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 258. fol. 204; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. Add. Mss. 15352.* — « Ex parte tva. »

3807. — *Laterani 19 Februarii.*

« Episcopo, et magistro B. canonico Ambianensibus. » Mandat ut sententiam divortii proferant inter Matildem et Albericum virum suum Atrebatensis dioecesis, qui dicitur impotens, si constiterit eos infra octo iam elapsos annos, a quibus matrimonio evenit, per continuum triennium insimul habitantes, se nequivisse carnaliter commisceri. Laterani XI. Kal. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 265. fol. 207; inter Decret. H-i. III. lib. 4. tit. 2.* De frigidis et maleficiatis *c. I. ed. Ciron. 259; inter Decret. Gregorii IX. lib. 4. tit. 15.* De frigidis *c. 7. Boehmer Corp. II. 673 (an. 1220); Richter Corp. II. 682; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. IV. tit. XV. c. VII. p. 707; Potthast 674. n. 7832 (sine nota chronologica); Horoy H-i opp. omn. IV. 96. n. 119;* — « Littere vestre. »

3808. — *Laterani 19 Februarii.*

« Symoni Luxoviensi Abbati, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularum vitam professis imperpetuum. » Eorum monasterium, ad exemplar Calixti, Celestini, Eugenii, Alexandri et Vrbani Romm. Pontificum, una cum possessionibus et iuribus quae enumerat, sub protectione recipit. Laterani per manum Wilelmi Sancte Rom. Eccl. Vicecancellarii XI. Kal. Martii Indictione X. Incarnationis dominice anno MCCXXII. Pont. donni Honorii PP. III. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 309. fol. 220.* — « Officii nostri cvra. »

3809. — *Laterani 20 Februarii.*

(Eberhardo) archiepiscopo Salzeburgensi et suffraganeis eius ac abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis per Salzeburgensem provinciam constitutis praecipit, ut illos, qui possessiones vel res fratrum monasterii Sanctae Crucis Cisterc. ord. invaserint etc. si laici fuerint, publice candelis accensis excommunicationis sententia percellant, si vero canonici regulares vel clerici aut monachi fuerint, eos ab officio et beneficio suspendant. Laterani X. Kal. Martii anno sexto. — *Weis Urk. des Cisterc. - Stiftes Heiligenkreuz I. 62; Potthast 589. n. 6792; Horoy H-i opp. omn. IV. 98. n. 120.* — « Non absqve dolore. »

3810. — *Laterani 20 Februarii.*

(Sigfrido) archiepiscopo Maguntino et suffraganeis eius etc. *in eundem modum*, ut abbatem fratresque monasterii de Scondal (Schönthal) Cistercensis ord. tueantur. Laterani X. Kal. Martii anno sexto. — *Wirtemberg. UB. III. 129. n. 654; Potthast 589. n. 6793.* — « Non absqve dolore. »

3811. — *Laterani 20 Februarii.*

(Sigfrido) Maguntinensi archiepiscopo contra invasores Eboracensis monasterii mandata dat. Laterani X. Kal. Martii anno sexto. — *Lang Regesta IV. 742; Potthast Append. 2091. n. 6793a - 26079.*

3812. — *Laterani 20 Februarii.*

Archiepiscopis et episcopis et abbatibus ... mandat atque praecipit, iniungant universis pre-

sbyteris suae potestati subiectis sub poena officii et beneficii, ut fratres hospitalis S. Mariae Theuton. Ierosol. in ecclesiis suis ad opus pauperum praedicare et elemosinas libere quaerere sine qualibet contradictione permittant. Laterani X. Kal. Martii anno sexto. — *Strehlke Tab. 320. n. 367; Potthast 589. n. 6794; Horoy H-i opp. omn. IV. 99. n. 121.* — « QVERELAM GRAVEM RECEPIMVS. »

3813. — *Laterani 21 Februarii.*

« Archipresbytero et canonicis ecclesie sancti Germani. » Confirmat quod ab eis factum est, videlicet ut sancti Basilii, sancti Laurentii et sancti Nicolai capellae et quaedam domos, quas archipresbyter pro suo libito dare canonicis solebat, in comuni reducantur. Laterani VIIII. Kal. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 254. fol. 204.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3814. — *Laterani 21 Februarii.*

« Sancti Mauricii, et de Martiniaco prioribus Sedunensis diocesis et sacriste Sedunensi. » Vt I. canonicum Sedunensem, qui monasterium de Fonteneto Cisterciensis ordinis simpliciter et sine qualibet protestatione intravit, et infra tempus probationi praefixum exivit, denuntient ad dicti ordinis observantiam non teneri. Laterani VIIII. Kal. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 255. fol. 204; inter Decret. H-i III. lib. 3. tit. 17.* De regular. *c. 3. ed. Ciron. 218; Potthast 673. n. 7810 (absque signo chronologico); Horoy H-i opp. omn. IV. 101. n. 122.* — « DILECTVS FILIVS. »

Honorius papa mense Februarii *Vrbem* exiens venit *Anagniam,* ad quem imperator vocatus vadit et apud *Verulas* cum ipso papa conveniens per dies quindecim solemne insimul colloquium habuere. — *Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. Rer. Ital. VII. 994 (ap. Vghelli Ital. sacr. - ed. 1647 - III. 981); Potthast 589. (in fine mensis Februarii).*

3815. — *Anagniae 26 Februarii.*

« Abbati sancti Leonardi de Calmis, priori de Anesio et archidiacono Almisiensi Xanctonensis diocesis. » Precibus annuens H(enrici) regis Anglorum, hiis mandat ut, quamdiu guerra durat inter homines de Rupella et quosdam inimicos dicti regis, non patiantur praedictos homines per impetratas vel impetrandas litteras apostolicas conveniri coram iudicibus de terris inimicorum, ne ab illis intercipiantur. Anagnie IIII. Kal. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 270. fol. 209; Mss. Vall. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 101. n. 123.* — « SIGNIFICAVIT NOBIS. »

In eundem modum scriptum est abbati et priori sancti Leodegari et decano de Fontiniaco Pictavensis diocesis pro villa de Niorto. — *Reg. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

In e. m. abbati Fontis Dulcis, priori sancti Egidii de Surgeriis et archidiacono Alnisiensi Xanctonensis diocesis pro hominibus de sancto Iohanne Angeliacensi. — *Reg. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

3816. — *Anagniae 27 Februarii.*

« Archiepiscopo Mitilenensi. » Concedit ut extra suam provinciam officium pontificale exercere possit, ita tamen quod interim palleo non utatur. Anagnie III. Kal. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 261. fol. 205.* — « CVM SICVT IN NOSTRA. »

3817. — *Anagniae 28 Februarii.*

« Robaldo abbati sancti Pauli Narbonensis. » Eius electionem in abbatem ecclesiae sancti Pauli Narbonensis, a C(onrado) Portuensi episcopo Ap. Sed. Legato confirmatam, et abbatiam ipsam, non obstante oppositione A(rnaldi) Narbonensis archiepiscopi, qui illius administrationem sibi reclamabat, eidem cum omnibus pertinentiis ac iuribus suis in vita sua confirmat. Anagnie II. Kal. Martii anno sexto. — *Reg.*

Vat. lib. 6. epist. 249. fol. 203; Doat fonds latin. t. LVII. p. 166; Horoy H-i opp. omn. IV. 103. n. 125. — « EXHIBITIS NOBIS. »

3818. — *Anagniae 28 Februarii.*
« Nobili viro M. castellano Radicofoni fideli nostro. » Mandat ut ad Papae praesentiam accedat apud Anagniam. Anagnie II. Kal. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 252. fol. 203; Mss. Vall. I. 53.* — « NOBILITATI TVE. »

3819. — *Anagniae 28 Februarii.*
« Eborensi et de Regniaco abbatibus et priori Eborensi Eduensis et Autisiodorensis diocesum. » Quum comes Nivernensis licentiam petierit construendi ecclesiam in honorem Beatae Mariae in platea quadam castri de Tornodoro, ubi viginti possint canonici honorifice sustentari, et postulaverit ut in ius et proprietatem Apost. Sedis reciperetur eadem: inquirant ipsi ad quem platea praedicta pertineat, et si de suo vel uxoris suae sit feudo vel patrimonio. Anagnie II. Kal. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 260. fol. 205; Horoy H-i opp. omn. IV. 104. n. 126.* — « DILECTVS FILIVS. »

3820. — *Anagniae 28 Februarii.*
« (Vicedomino) episcopo, et abbati sancti Savini et preposito sancte Eufemie Placentinis. » Quoad causam inter abbatem sancti Sixti Placentini et comunitatem Cremonensem super duabus partibus castri et curtis Guastallae et curte Luctariae, exposito, quod episcopus Reginus ab Innocentio PP. (III) iudex deputatus possessionem causa rei servandae abbati praedicto adiudicavit, qui super hac sententia litteras apostolicas ad episcopum Mutinensem obtinuit: quod Cremonenses, ob eorum contumaciam ab ipso Mutinensi episcopo excommunicati, inita deinde inter partes quadam compositione, episcopus Parmensis, recepto ab eis iuxta formam ecclesiae corporaliter iuramento, ipsos absolvit: quod mortuo Innocentio PP. (III), causa a Sede Apostolica commissa fuit archipresbytero Mutinensi et abbati Mutiliani tunc priori de Columbario, quibus deinde adiunctus fuit episcopus Brixiensis: sed, quum ob Cremonensium tergiversationes ex mandato (Hugolini) episcopi Hostiensis tunc in illis partibus Apost. Sedis Legati causa coram Summo Pontifice ventilata fuerit, exceptio fori ab ipsis civibus Cremonensibus opposita reiecta fuit: mandat ut terminum praefigant quo partes ad Papae praesentiam veniant, ut quaestio fine debito terminetur, alioquin ex tunc in potestatem et consiliarios excommunicationis sententiam proferant. Anagnie II. Kal. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 264. fol. 206; Mss. Vall. I. 53; inter Decretal. H-i III. lib. 2. tit. 16.* De exceptione *c. 2. ed. Ciron. 152; Göttinger gel. Anzeigen 1874. p. 167; Potthast 669. n. 7767 (sine nota chronologica) et Append. p. 2092. n. 6796a-26080.* — « CONQVERENTE OLIM. »

3821. — . . . .
Archiepiscopo Nicosiensi concedit ut extra suam dioecesim officium episcopale exercere possit. *Sine signo chronologico. — Mas Latrie Hist. de Chypre II. 45; cf. Potthast 589. n. 6798.*

3822. — *Anagniae 2 Martii.*
« Episcopo Saresbiriensi et abbati de Waverleia, et priori de Brueria Wintoniensis et Lincolniensis diocesum. » Vt licentiam concedant M. clerico transferendi ad alium locum tutum et idoneum domum religiosam canonicorum regularium a se « in hereditate sua » fundatam, quum nobilis vir Walterus de Verdun et quidam alii de sua progenie, qui se successuros in praedictam haereditatem sperabant, praefatum M. multipliciter inquietent. Anagnie VI. Nonas Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 259. fol. 205; Musaeum Britann. Add. Mss. 15352.* — « DILECTVS FILIVS. »

3823. — *Anagniae 2 Martii.*
« Episcopo et decano Salisbriensibus et preposito Sanctorum Quadraginta Constantinopolitano. » Vt monachos Romaniae rebelles et inobedientes Ecclesiae Romanae, super non solvendis decimis aliisque privilegiis, quae Sedes Apostolica eis concessit, privent. Anagnie VI. Nonas Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 262. fol. 205; Mss. Vall. I. 53.* — « NOSTRO FVIT APOSTOLATVI. »

3824. — *Anagniae 2 Martii.*
« Duci Brabancie. » Si in passagio generali transire non potest, sicut ex parte sua refert magister G. scolasticus Lovaniensis, excusationem suam per proprias et aliquorum praelatorum litteras exponat. Anagnie VI. Nonas Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 266. fol. 207; Mss. Vall. I. 53.* — « PER DILECTVM FILIVM. »

3825. — *Anagniae 4 Martii.*
« Fratribus Ordinis Predicatorum. » Quod possint tempore interdicti clausis ianuis divina officia celebrare. Anagnie IIII. Nonas Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 233. fol. 199; Mss. Vall. I. 53. Ripolli Bullar. Praedic. I. 15. n. 28; Potthast 589. n. 6800; Horoy H-i opp. omn. IV. 196. n. 129 (qui omnes ad diem 7 Mart. hanc epistolam referunt).* — « CVM NOS QVIBVS. »

3826. — *Anagniae 4 Martii.*
« Patriarche Ierosolimitano. » Mandat, inhibeat mercatoribus ne in solutione redditus chatenae Acconensis I(ohanni) regi Ierosolimitano fraudem faciant, nec saeculares qui habent privilegium de huiusmodi redditibus non solvendis alienas suis mercibus admisceant regem ipsum calliditate defraudantes. Dat. ut supra (Anagnie IIII. Nonas Martii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 234. fol. 199; Mss. Vall. I. 53.* — « EX PARTE KARISSIMI. »

3827. — *Anagniae 4 Martii.*
« Nobili viro comiti Grarennie. » Vt Henrico regi Anglorum restituat castra, balivas, Gardas, Escaetas, Dñica et alias possessiones nec non et alia iura regia quae ipse detinet, et I(ohannes) pater ipsius Henrici ante motam guerram dinoscitur habuisse. Anagnie IIII. Nonas Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 271. fol. 209; Mss. Vallicell. I. 53.* — « VT GRATIORA TVE. »

Reg. Vat. addit: In eundem modum scriptum est nobili viro comiti Glocestrie et Hertford.

In e. m. nobili viro W. comiti Salesbirie.

In e. m. nobili viro Roberto de Veteri Ponte.

In e. m. nobili viro W. de Ferrariis comiti de Derbi.

In e. m. nobili viro Lewellino principi Norwallie.

In e. m. nobili viro W. marscallo comiti de Penbroc.

In e. m. scriptum est executoribus scilicet (Stephano) Cantuariensi sancte Romane Ecclesie Cardinali et Eboracensi archiepiscopis et suffraganeis eorumdem verbis competenter mutatis.

3828. — *Anagniae 4 Martii.*
Decano, scolastico et custodi S. Mauritii Hildesemensibus mandat, faciant ut compositio inter capitulum ecclesiae S. Anscharii Bremensis ex parte una et praepositum Bremensem et altera super S. Iacobi et S. Willeadi ecclesiis amicabiliter inita firmiter observetur. Anagniae IV. Nonas Martii anno sexto. — *Cassel Nachr. v. d. Kollegiatkirche des h. Anschar 26; Lappenberg Hamburg. UB. I. 400. n. 455; Ehmck Bremisches UB. I. 147. n. 124; Potthast 589. n. 6799; Horoy H-i opp. omn. IV. 106. n. 128.* — « DILECTI FILII CAPITVLVM. »

3829. — *Anagniae 6 Martii.*
« Archiepiscopo, abbati sancte Marie, et decano Treverensibus. » Vt Symon mona-

chus vagabundus ab abbate et conventu monasterii sui de Almerade Cisterciensis ordinis Treverensis dioecesis recipiatur, vel ipse archiepiscopus locum aptum ad heremum eidem, habitum semper et ordinem fratrum Cisterciensium servaturo, concedat. Anagnie II. Nonas Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 237. fol. 200.* — « ACCEDENS AD NOS. »

3830. — *Anagniae 7 Martii.*

« (Alberto) Archiepiscopo Madeburgensi (*sic*) et suffraganeis eius. » Vt Bertrannum advocatum, Gebertum praeconem, Fredericum militem de Hehslene, Radulfum et quosdam alias Magdeburgensis et Halberstadensis dioecesum, qui abbatem Niemburgensem exoculaverant et mutilaverant, solempniter excommunicent, licet eorum aliqui ad Apostolicam Sedem accessisse et a Papae Poenitentiario absolutionem sui excessus, enormitate ipsi Papae non exposita, recepisse dicuntur. Anagnie Nonis Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 239. fol. 200; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 41; Gesfdorf Cod. Dipl. Saxon. reg. II. 1. 87. n. 94; Potthast 589. n. 6801; Horoy H-i opp. omn. IV. 107. n. 130.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

3831. — *Anagniae 8 Martii.*

« Nychosiensi, archiepiscopo et suffraganeis eius, et dilectis filiis aliis ecclesiarum prelatis regni Cypri. » Statutum confirmat « quod decime regis et omnium latinorum regni prefati de omnibus que possident, cum ea integritate cum qua in patriarchatu Ierosolimitano solvuntur ac etiam de suorum animalium nutrimentis ab ipsis vestris ecclesiis persolvantur. » Anagnie VIII. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 240. fol. 201; cf. Mas Latrie Hist. de Chypre II. 45; Potthast 589. n. 6797 (Febr. Mar.: absque die).* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3832. — *Anagniae 9 Martii.*

« De claustro Cisterciensis, et de Stenwelt Premonstratensis ordinum abbatibus Treverensis et Coloniensis diocesum. » Hortantibus Treverensi, Maguntino et Coloniensi archiepiscopis et episcopo Metensi imperialis aulae cancellario, mandat eis ut abbati de Prumia committant curam monasterii Stabulensis donec a ruina, in quam propter advocatorum insolentiam et aliorum oppressiones idem monasterium collapsum fuit, resurgat. Anagnie VII. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 238. fol. 200.* — « EXHIBITA NOBIS. »

3833. — *Anagniae 9 Martii.*

« Archiepiscopo Mithilenensi. » Vnionem Absonensis ecclesiae, quae ab Effesiensi ecclesia ob huius Apostolicae Sedi rebellionem disiuncta fuit, nec non ecclesiae Molviensis in eius provincia constitutae, propter reddituum tenuitatem a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis tunc Apost. Sedis Legato cum Mithilenensi ecclesia factam confirmat. Anagnie VII. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 241. fol. 201; Mss. Vall. I. 53.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3834. — *Anagniae 9 Martii.*

« Eidem. » Confirmat provisionem factam a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis tunc Apost. Sedis Legato, qui Chiensem ecclesiam olim suffraganeam Rodensis ecclesiae, quae Sedi Apostolicae inobediens et rebellis extitit, Mithilenensi ecclesiae in suffraganeam concessit. Dat. ut supra (Anagnie VII. Idus Martii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 242. fol. 201; Mss. Vall. I. 53.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3835. — *Anagniae 10 Martii.*

« De Alba domo, et de Renier abbatibus, et priori de Alba domo Menevensis et Bangorensis diocesum. » Mandat ut inquirant contra episcopum de Sancto Asaph, qui,

magistro Io. Walen. clerico significante, simonia et aliis enormibus criminibus est irretitus. Anagnie VI. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 243. fol. 201; Mss. Vall. I. 53.* — « AD AVRES NOSTRAS. »

3836. — *Anagniae 10 Martii.*

« Vniversis Christi fidelibus per domum Hospitalis de Alto passu transeuntibus. » Elemosinas eius loci hospitali tribuentibus indulgentias concedit. Anagnie VI. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 244. fol. 201; Mss. Vall. I. 53.* — « DOMINICIS ET APOSTOLICIS. »

3837. — *Anagniae 10 Martii.*

« Scolastico, custodi, et Florentio canonico Bunnensibus, Coloniensis diocesis. » Mandat ut observari faciant latam ab eis interdicti sententiam in terram ducis Lothoringiae eo quod satisfacere negligit magistro Henrico praeposito sanctae Mariae ad Gradus, quem adhuc scolasticum sancti Gereonis in Colonia, ad Sedem Apostolicam accedentem, pater suus, cuius haeres existit, capi fecerat et in vinculis ferreis tamdiu detinuerat illigatum donec ducentas marcas argenti extorquerat ab eodem. Anagnie VI. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 245. fol. 202; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 41; Horoy H-i opp. omn. IV. 108. n. 131.* — « CVM OLIM AD NOSTRAM. »

3838. — *Anagniae 10 Martii.*

« Episcopis, capitulis, clero, potestatibus et populis Liviensibus, Popiliensibus et Faventinis. » Nuntiat se N. subdiacono et capellano Papae rectori Massano Apost. Sedis Legato legationis officium in eorum civitatibus commisisse. Anagnie VI. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 246. fol. 202; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM IN CIVITATIBVS. »

3839. — *Anagniae 10 Martii.*

« Priori et clericis ecclesie sancte Marie de Monte Pessulano. » Confirmatur instrumentum, quo G. Magalonensis episcopus auctoritate Innocentii PP. III concessit eis, ut possint in ecclesia sua omnia sacramenta ecclesiastica ministrare: quae Innocentii litterae ad G. Magalonensem episcopum ad verbum referuntur. Anagnie VI. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 267. fol. 207; Mss. Vall. I. 53.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3840. — *Anagniae 10 Martii.*

« (Iordano) episcopo, Henrico subdiacono nostro archidiacono Paduanis. » Vt monasterio de Cadiano dent licentiam vendendi possessiones suas minus utiles pro solvendis debitis. Anagnie VI. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 269. fol. 209.* — « DILECTI FILII. »

3841. — *Anagniae 10 Martii.*

« Archiepiscopo et capitulo Patracensibus. » Ordinationem I(ohannis) tituli sanctae Praxedis cardinalis tunc Sedis Apostolicae Legati, qui redditum cerae burgi Castri Patracensis et oleum eius oliveti pro luminaribus, et duos custodes deputavit cum provisione reddituum casalis sanctae Theodotae (*sic*) in eorum ecclesia, ratam habet. Anagnie VI. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 280. fol. 213.* — « EA QVE PRO ECCLESIARVM. »

3842. — *Anagniae 10 Martii.*

« Capitulo Patracensi. » Institutionem canonicorum saecularium in eorum ecclesia, cuius status, nunc saecularibus nunc regularibus canonicis in ea existentibus, diutius fluctuaverat, et divisionem abbatiarum, casalium et aliorum bonorum ab eis cum A. archiepiscopo factam, accedente I(ohannis) tituli sanctae Praxedis cardinalis Ap. Sed. Legati auctoritate, ratam habet. Ana-

gnie VI. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 281. fol. 213.* — « Ea qve pro ecclesiarvm. »

3843. — *Anagniae 11 Martii.*

« Episcopo Cenomanensi, Vadacensi et Claromontensi abbatibus Cenomanensis diocesis. » Vt inquirant contra abbatem monasterii sancti Sergii Andegavensis de pluribus criminibus accusatum. Anagnie V. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 268. fol. 208; Mss. Vall. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 109. n. 132.* — « Ne virge vigilantis. »

3844. — *Anagniae 11 Martii.*

« Archiepiscopo et capitulo Corinthiensibus. » Confirmat ecclesiae Corinthiensi unionem factam a I(ohanne) tituli sanctae Praxedis tunc Apostolicae Sedis Legato ecclesiae Geminensis, quae olim fuit sedes cathedralis, sed adeo tenuis erat in redditibus, quod absque pontificalis dignitatis ignominia proprium non poterat episcopum substentare. Anagnie V. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 279. fol. 212; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 10.* — « Ea qve pro statv. »

Reg. Vat. addit: In eundem modum scribitur eisdem pro unione Corinthiensi diocesi medietatis diocesis episcopatus Damaletensis, qui Latinorum tempore nunquam extitit ordinatus.

In e. m. episcopo et capitulo Argolicensibus confirmat eis unionem medietatis diocesis episcopatus Damaletensis qui Latinorum tempore nunquam extitit ordinatus nec Latini habitant in eodem.

In e. m. archiepiscopo et capitulo Patracensibus confirmat unionem ecclesie Quenicensis.

In e. m. episcopo et capitulo Coronensibus confirmat eis unionem medietatis diocesis ecclesie Xp̃iane que Grecorum tempore archiepiscopatus extitit.

In e. m. episcopo et capitulo Coronensibus confirmat eis unionem ecclesie Viligurdensis que sicut dicitur Grecorum tempore episcopatus extitit.

In e. m. electo et capitulo Mothonensibus confirmat eis unionem medietatis diocesis ecclesie Xp̃iane que Grecorum tempore archiepiscopatus extitit.

In e. m. episcopo et capitulo Cephalonensibus confirmat eis unionem ecclesie Iacintine que olim fuit sedes cathedralis.

In e. m. episcopo et capitulo Lacedemoniensibus confirmat eis unionem ecclesie Amiclensis que, ecclesie Lacedemoniensi Grecorum tempore ab inobedientibus subtracta, restituitur.

In e. m. archiepiscopo et capitulo Atheniensibus ecclesia Megalensis que, licet Grecorum tempore ab inobedientibus fuit subtracta, ecclesie Atheniensi cui lege metropolitica subiacebat restituitur.

In e. m. episcopo et capitulo Nigripontensibus confirmat eis unionem ecclesiarum Calistensis, Abilonensis et Lorotensis quarum quelibet olim fuit sedes cathedralis.

In e. m. episcopo et capitulo Maditensibus confirmat eis unionem ecclesie Anidensis que olim fuerat sedes cathedralis.

3845. — *Anagniae 11 Martii.*

Ne sedis apostolicae legati sine speciali mandato excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias in monasteria Cisterciensium promulgent. Anagniae V. Id. Martii. (sine anno) — *Lang Regesta IV. 742, perperam ad a. 1221; Potthast Append. 2092. n. 6801 a.-26081.*

3846. — *Anagniae 12 Martii.*

Capitulum Ragusinum monet, ut ad electionem archiepiscopi canonicam et concordem procedant et contra haereticos in partibus de Bossina et Almisienses piratas in Dalmatia magistro A(contio) subdiacono et capellano suo apostolicae sedis legato pro viribus assistant. Anagniae IV. Id. (*om. Fej*). Martii anno sexto. — *Farlati Illyr. sacr. VI.*

92; Fejér Cod. dipl. VI1. V. 229; Potthast 589. n. 6802; Horoy H-i opp. omn. IV. 110. n. 133. — « SVPER GREGEM DOMINICVM. »

3847. — *Anagniae 13 Martii.*

« (Iacobo) astensi episcopo. » Visitet monasterium sancti Petri de Saviliano Taurinensis dioecesis, quod per incuriam et malitiam M., qui pro abbate eiusdem loci se gerit, dicitur valde esse in spiritualibus et temporalibus collapsum, ipsumque reformet, et dictum M. suspendat et ad Papam remittat. Anagnie III. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 247. fol. 202; Mss. Vallicell. I. 53.* — « RAYMVNDVS DE NIELLA. »

3848. — *Anagniae 13 Martii.*

« Preposito Maioris ecclesie, et Maioris ecclesie et sancte Marie ad Gradus decanis Coloniensibus. » Mandat, locum competentem et tutum assignent (Garnoto) abbati Niemburgensi et (Alberto) duci Saxoniae Magdeburgensis dioecesis, dum causa inter eos discutitur super constructione cuiusdam pontis et extructione cuiusdam aggeris, silvis et possessionibus et aliis rebus, in qua (Albertus) Magdeburgensis archiepiscopus et (Fridericus) Halberstadensis et C(onradus) quondam Halberstadensis episcopi, iudices a Papa delegati, in ipso negotio iuxta traditam eis formam procedere debent. Anagnie III. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 275. fol. 210; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 111. n. 134.* — « CVM CAVSAM QVE. »

3849. — *Anagniae 14 Martii.*

« Clericis ecclesie sancti Ambrosii Parmensis. » Ternarium clericorum numerum in eorum ecclesia ab episcopo Parmensi loci dioecesano, ipsius ecclesiae tenuitate pensata, statutum confirmat. Anagnie II. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 248. fol. 202.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3850. — *Anagniae 14 Martii.*

« Episcopo Halberstadensi. » Vt pro (Gernoto) abbate Niemburgensi, cum (Alberto) duce Saxoniae et (Henrico) comite Aschariae fratre eius litigante, citationum litteras ipsis nobilibus viris, quotiens opus fuerit, per se vel per suum certum et idoneum nuntium faciat praesentari, quum hoc nuntii abbatis praedicti facere non audeant. Anagnie II. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 272. fol. 209; Mss. Vall. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 114. n. 136.* — « DILECTVS FILIVS. »

3851. — *Anagniae 14 Martii.*

« (Gernoto) Abbati Niemburgensi. » Mandat ei ut, si qui fuerint in suo vel in alio sibi subiecto monasterio simoniace recepti, eis in alia monasteria sibi subdita translatis, poenitentiam eisdem iniungere, et excommunicatos pro fraude in solutione vicesimae absolvere possit. Anagnie II. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 273. fol. 209; Heinemann Cod. Anhaltinus p. 52. n. 63; Horoy H-i opp. omn. IV. 114. n. 137.* — « PRECIBVS TVIS. »

3852. — *Anagniae 14 Martii.*

« (Rolando) episcopo, priori sancti Georgii de Vltra Padum, et B. canonico Ferrarien. » Compellant potestatem et commune Paduanos ne episcopum Reginum super bonis paternis in eorum districtu molestent indebitis exactionibus, eique sic ablata restituant, et ab eorum statuto removeant quae contra eum et terram suam continentur. Anagnie II. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 274. fol. 210.* — « VENERABILIS FRATER. »

3853. — *Anagniae 14 Martii.*

« Maioris ecclesie, et sancte Marie ad Gradus prepositis et decano Coloniensibus. » Mandat eis, si monasterium Niemburgense (*in Reg.* Nuemburgense) multum

laesum fuerit ratione compositionis initae inter R(odegerum) eius monasterii procuratorem et comitem Ascariae, sicut asserit abbas dicti monasterii, in causa diutius inter eos agitata super quibusdam possessionibus ipsius monasterii ac super damnis et iniuriis a praefato comite et cl. mem. B(ernardo) duce Saxoniae patre suo eidem monasterio irrogatis; ipsum monasterium in integrum restituant. Anagnie II. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 276. fol. 210; Mss. Vall. I. 53; Heinemanu Cod. Anhalt. p. 50. n. 61; Horoy H-i opp. omn. IV. 112. n. 135.* — « QVESTIONE INTER. »

3854. — *Anagniae 14 Martii.*

« Episcopo Tornacensi. » Ad instantiam Demetrii regis Thesalonicensis in Papae praesentia constituti, mandat ei ut in praebendali beneficio, si quod vacat in ecclesia Tornacensi, vel quam cito se facultas obtulerit, provideat Eustatio Capitlo (*sic*) capellano praedicti regis, alioquin praebendam primo in ipsa ecclesia vacaturam apostolicae donationi servat. Anagnie II. Idus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 282. fol. 213; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 25 (non integra); Potthast 590. n. 6803; Horoy H-i opp. omn. IV. 123. n. 148 (24 Martii), et huius epistolae fragmentum, a Raynaldo relatum, iterum ad veram diem, 14 Martii, apponitur, in pag. 115. n. 138.* — « SEDIS APOSTOLICE. »

3855. — *Anagniae 14 Martii.*

« Iohanni de Palumbario capellano nostro. » Ipsum, qui propter seditiones in Sublacensi monasterio exortas eius regimen in manibus Pontificis resignavit, ab imputationibus, quae illi a monachis ipsius monasterii malitiose obiectae fuerant, et hanc ob causam seditiones praedictae exortae fuerant, absolvit. Anagnie II. Idus Martii. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 286. fol. 214.* — « INDIGNVM ESSET. »

3856. — *Anagniae 15 Martii.*

« Nobili viro G. Principi Acaie. » Invehit acriter in eum de enormibus excessibus in ecclesias et ecclesiasticas personas commissis in partibus Romaniae, abbatias, ecclesias et ipsarum possessiones, papates et alia iura ecclesiastica occupando contra resignationem, quam barones a confinio regni Thesalonicensis usque Corinthum in manus b. m. T. patriarchae Constantinopolitani, cl. mem. Henrico imper. Constantinopolitano praesente et consentiente, fecerunt, salvis acrosticis debitis tempore captionis regiae civitatis, quam resignationem Innocentius PP. (III) roboravit, de quibus excessibus I(ohannes) tit. sanctae Praxedis praesb. Card. fungens legationis officio in partibus Romaniae eum pluries admonuit et graviter conquestus fuit. Anagnie Idib. Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 278. fol. 211; Cod. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 10.* — « SI DOMINVS. »

3857. — *Anagniae 15 Martii.*

« (Simoni) archiepiscopo Ap. Sedis Legato et decano et cantori Bituricensibus. » Mandat hiis ut, si saluti animarum expedierit, et absque scandalo et iuris alieni praeiudicio fieri poterit, moniales monasteriorum in civitate Bituricensi existentium sancti Laurentii et sancti Ypoliti omnes in monasterio sancti Laurentii includant, et exeundi a monasterii septo facultas adimant, ne per vicos et plateas incedant in animarum suarum periculum et scandalum plurimorum, bonis praefati monasterii sancti Ypoliti ipsi monasterio sancti Laurentii applicatis, excepto unde aliqui servituri in eiusdem ecclesia valeant sustentari. Anagnie Idibus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 285. fol. 214; Martene Thes. Anect. I. 895; Potthast 590. n. 6804; Horoy H-i opp. omn. IV. 115. n. 139.* — « EX PARTE TVA. »

3858. — *Anagniae 15 Martii.*
« Abbati et conventui de Bello. » Indulget eis ut de terris suis per ipsos cultis, sive de suorum animalium nutrimentis decimas non solvant. Anagnie Idibus Martii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 290. fol. 216.* — « Vestre religionis. »

3859. — *Anagniae 16 Martii.*
« (Simoni) Bituricensi archiepiscopo Apost. Sedis Legato. » Vt in abbatia de Cellis sancti Eusitii in sua dioecesi constituta, per malitiam habitantium in eadem valde collapsa, pro canonicis regularibus canonicos saeculares instituat, qui bona eius a diversis clericis laicisque detenta potenter valeant vindicare. Anagnie XVII. Kalendas Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 284. fol. 213; Martene Thes. Anect. I. 896; Potthast 590. n. 6805; Horoy H-i opp. omn. IV. 116. n. 140.* — « Tva petitio nobis. »

3860. — *Anagniae 16 Martii.*
« (Simoni) Bituricensi archiepiscopo Apost. Sedis Legato. » Statutum ab eo factum, ut in sua dioecesi et in provincia Turonensi omnes personae ecclesiasticae vicesimam ecclesiasticorum proventuum ad triennium pro negotio fidei in partibus Provinciae conferant, Templariis, Hospitalariis, Cisterciensibus et Carthusiensibus exceptis, confirmat, salvo mandato apostolico quod pro Dolensi monasterio emanavit, et quolibet alio a Sede Apostolica faciendo. Anagnie XVII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 288. fol. 216; Bouquet Rec. XIX. 719; Potthast 590. n. 6806; Horoy H-i opp. omn. IV. 117. n. 142.* — « Cvm avctoritate. »

3861. — *Anagniae 16 Martii.*
« Archiepiscopo Thuronensi. » Indulget ut, quum pro variis ecclesiae suae causis viros iuris peritos eum habere oporteat commensales, et propter tenuitatem reddituum ecclesiarum suae dioecesis tales vix velint in ipsa dioecesi permanere; cum tribus commensalibus suis despensat super pluralitate beneficiorum curam animarum habentium, ita tamen quod summam viginti marcarum argenti ratione huiusmodi indulgentiae non excedant. Anagnie XVII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 295. fol. 217; Horoy H-i opp. omn. IV. 117. n. 141.* — « Tva nobis fraternitas. »

3862. — *Anagniae 17 Martii.*
« (Episcopo) Xanctonensi. » Vt praebendas ultra sex menses in sua ecclesia vacantes iuxta statuta lateranensis concilii libere conferat. Anagnie XVI. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 283. fol. 213; Horoy H-i opp. omn. IV. 118. n. 143.* — « Etsi svperflvvm. »

3863. — *Anagniae 17 Martii.*
« Patriarche, archiepiscopis, et episcopis imperii Constantinopolitani ultra Macram et regni Thesalonicensis et dilectis filiis eorum capitulis, prelatis et clericis ecclesiarum partis Francorum, religiosis Constantinopolitanis. » Confirmatur concordia quae per I(ohannem) tituli sanctae Praxedis praesb. cardinalem Apost. Sedis Legatum anno MCCXVIIII intervenit, et ab imperatore Constantinopolitano acceptata fuit, inter praelatos et clerum ex una parte et barones et fideles Imperii ex altera, super libertatibus, possessionibus et iuribus ecclesiarum: eiusque hic concordiae tenor inseritur. Anagnie XVI. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 287. fol. 214; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 23.* — « Qvia tenemvr ad. »

3864. — *Anagniae 17 Martii.*
« Episcopo Conchensi. » Quum ex inquisitione facta ab episcopo Burgensi et a decano Toletano de vita, conversatione et

fama sua, innocens et in odore bonae opinionis fuerit repertus, ab iis, de quibus fuerat infamatus, eum absolvit. Anagnie XVI. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 289. fol, 216; Mss. Vall. I. 53.* — « ASCENDENTE OLIM. »

3865. — *Anagniae 17 Martii.*
« Episcopo Cabilonensi. » Miratur quod ipse Hospitale sanctae Mariae de Merlo, in fundo Romaricensis monasterii ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis de novo constructum, priori et conventui sancti Petri Matisconensis praeter voluntatem abbatissae ac conventus monasterii Romaricensis et maioris et sanioris partis capituli sui subicere nitatur, post appellationem ad Sedem Apostolicam interiectam, eique mandat ut illud revocare studeat, permissurus ut rector et fratres dicti Hospitalis quieta libertate domino serviant. Anagnie XVI. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 299. fol. 218.* — « INTER SEX OPERA. »

3866. — *Anagniae 17 Martii.*
« Vniversis archiepiscopis et episcopis per Constantinopolitanum imperium constitutis. » Vt Latinos, qui manus in clericos Graecos iniiciunt, quia eos non agnoscunt vel quia ipsi rebelles sunt Romanae Eecclesiae, possit absolvere, sed si aliquorum fuerit gravis nimis et enormis excessus, ad Apost. Sedem vel saltem ad patriarcham Constantinopolitan. eos absolvendos remittat. Anagnie XVI. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 304. fol. 219; Mss. Vallicell. I. 53.* — « EX PARTE VESTRA. »

3867. — *Anagniae 18 Martii.*
« Episcopo Wigorniensi. » Mandat « quatenus clericis uxoratis ecclesiasticis beneficiis omnino subtractis et aliis ab ecclesiis in quibus eos constiterit immediate patribus successisse remotis perpetuos vicarios ut in ecclesiis in quibus vicarias obtinent resideant ut tenentur et se in presbyteros prout earum cura exigit faciant promoveri, per subtractionem proventuum vicariarum ipsarum appellatione remota compellas. » Anagnie XV. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 292. fol. 217; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 49; Musaeum Britann. Add. mss. 15352; inter Decretal. H-i III. lib. 1. tit. 14.* De officio vicar. *c. 1. ed. Ciron. 57; inter Decret. Gregorii IX. lib. 1. tit. 28.* De officio vicar. *c. 6. ap. Boehmer Corp. II. 141 (an. 1220); Richter Corp. II. 152; Potthast 665. n. 7725 (sine nota chronologica); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. XXVIII. c. VI. p. 157.* — « EX PARTE TVA. »

3868. — *Anagniae 18 Martii.*
« Henrico canonico Suwellensi. » Inspecto quod iuxta sanguinis et morum nobilitatem et litteraturae meritum tenues ipse habet redditus, concedit ei ut ultra dictos redditus unum dumtaxat beneficium quodcumque sit recipere possit. Anagnie XV. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 298. fol. 218.* — « INTELLEXIMVS DE LEGITIMO. »

3869. — *Anagniae 18 Martii.*
« Patriarche, archiepiscopis et episcopis imperii Constantinopolitani ultra Macram et regni Thesalonicensis, et dilectis filiis eorum capitulis, prelatis, et clericis ecclesiarum partis Francorum, et religiosis Constantinopolitanis. » Compositionem inter praelatos et clerum ex una parte et barones et fideles imperii Constantinopolitani ex altera super libertatibus et possessionibus per ministerium (Iohannis) tit. sanctae Praxedis Ap. Sed. Legati initam, et a R. imperatore Constantinopolitano receptam, divisionem et distributionem a cardinali praedicto factas tam de abatiis quam de undecima duobus milibus yperpatarum terrae ac bonis aliis, quae recepta fuerunt de eadem compo-

sitione, confirmat. Anagnie XV. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 300. fol. 219; Mss. Vall. I. 53. Cf. n. 3863.* — « QVIA TENEMVR. »

3870. — *Anagniae 18 Martii.*

« Magistro Bartholomeo decano Carnotensi. » Mandat ei ut Vivianum clericum Metensem recipi faciat in canonicum a capitulo Metensi, vel provisionem quindecim librarum proveniensis sive usualis monetae, quae est proveniensis, faciat eidem annis singulis ab eodem capitulo exhiberi, non obstantibus litteris ad abbatem sancti Vincentii Metensem et collegas ipsius super hoc a Sede Apostolica impetratis. Anagnie XV. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 332. fol. 225; Horoy H-i opp. omn. IV. 119. n. 144.* — « CVM OLIM PRO DILECTO. »

3871. — *Anagniae 19 Martii.*

« Episcopo Xanctonensi. » Vt excessus omnium subditorum suorum, non obstante appellatione, libere corrigere et reformare possit. Anagnie XIIII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 293. fol. 217; Horoy H-i opp. omn. IV. 120. n. 145.* — « ET SI AD CORRIGENDOS. »

3872. — *Anagniae 20 Martii.*

« Episcopo Xanctonensi. » Concedit ut, maioris partis capituli sui accedente consensu, non obstante contradictione minoris, de praebendis ecclesiae suae vacantibus valeat ordinare. Anagnie XIII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 291. fol. 216; Horoy H-i opp. omn. IV. 121. n. 146.* — « CVM TVRPIS SIT. »

3873. — *Anagniae 20 Martii.*

« (Stephano) Cantuariensi archiepiscopo sancte Romane ecclesie cardinali et coniudicibus eius. » Super causa inter Iolanum (*Potthast* Iordanum) clericum et Iohannem Saracenum clericum super ecclesia S. Nicolay Dunelmensis, in qua dictus Iolanus auctoritate litterarum apostolicarum traxerat in causam Iohannem coram ipsis iudicibus; hic vero vigore aliarum litterarum apostolicarum appellationem interposuerat coram archiepiscopo Eboracensi et eius collegis, mandat ut eadem suspendatur, « cum non vos sed dicti iudices cognoscere habeant ad quos iurisdictio debeat pertinere. » Anagnie XIII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 297. fol. 218; Decretal. H-i III. lib. I. tit. 15* De officio iudicis delegati *c. 3. ed. Ciron. 62; Decretal. Greg. IX. lib. I. tit. 3* De rescript. *c. 29. ap. Boehmer Corp. II. 24 (an. 1220). ap. Richter Corp. II. 31; Potthast 665. n. 7727 (sine nota chronol.); Friedberg Corp. Iur. Can. II. p. 31.* — « DILECTVS FILIVS. »

3874. — *Anagniae 20 Martii.*

« Prioribus et fratribus Hospitalis Roscide Vallis. » Eorum personae cum bonis sub protectione beati Petri recipiuntur. Anagnie XIII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 310. fol. 321; Musaeum Britan. add. mss. 15352.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3875. — *Anagniae 20 Martii.*

« Episcopo Aquensi, de Oliva et de Vrdais abbatibus Pampilonensis et Baiocensis diocesum. » Vt fratres Hospitalis Roscidae Vallis non permittant molestari, eo quod olim bon. mem. episcopus et capitulum Pampilonen. una cum incl. rec. regina Navarrae statuerunt ut nulla ecclesia, praeter eorum assensum, possessiones vel terras infra muros vel extra in Pampilonensi territorio possideret, quin iidem in praefato territorio possessiones et alia bona in elemosinas a Christi fidelibus sibi pia liberalitate collata vel etiam conferenda recipiant et possideant. Anagnie XIII. Kal. Aprilis anno

sexto. — *Reg. Vat.. lib. 6. epist. 311. fol. 221.* — « DILECTI FILII. »

3876. — *Anagniae 21 Martii.*
« Lemovicensi episcopo. » Concedit ut, si duae partes capituli sui concordaverint aut de canonicis assumendis aut de beneficiis conferendis seu de aliis ecclesiae negotiis provide ordinandis, non obstante aliorum dissensu, quod ordinatum fuerit per illos firmitatem habeat. Anagnie XII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 294. fol. 217; Horoy H-i opp. omn. IV. 122. n. 147.* — « EX PARTE TVA. »

3877. — *Anagniae 21 Martii.*
« (Matthaeo) patriarche Constantinopolitano. » Vt Sarrensi archiepiscopo, quum eius ecclesia a belial Theodoro (Comneno?) sit noviter occupata, subveniat. Anagnie XII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 303. fol. 219. Mss. Vall. I. 53.* — « VENERABILIS FRATER. »

3878. — *Anagniae 21 Martii.*
« Pauperibus leprosis de Crollebarbe iuxta Pruvinum. » Indulget, ne teneantur de novalibus, quae propriis sumptibus extirparunt et colunt, et de ortis, virgultis et suorum animalium nutrimentis decimas persolvere. Anagnie XII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 308. fol. 220.* — « GRAVE GERIMVS. »

3879. — *Anagniae 21 Martii.*
« Vniversis Christi fidelibus in festo Nativitatis Beate Virginis ad Brandeburgensem ecclesiam annis singulis accessuris. » Elemosinas conferentibus Brandeburgensi capitulo ad aedificandam ecclesiam B. Virginis in Brandeburg, ubi Dominus plura operatur miracula, viginti dierum indulgentiam concedit. Anagnie XII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 334. fol. 226; Mss. Vall. I. 53.* — « QVONIAM VT AIT. »

3880. — *Anagniae 22 Martii.*
« Abbati sancti Petri, et sancti Angeli foris portam, et sancti Severini prioribus Perusinis. » Vt monachos sanctae Mariae Vallis pontis, Perusinae dioecesis, inducant ad abbatem eligendum, alioquin ipsi provideant. Anagnie XI. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 296. fol. 217.* — « SVA NOBIS PREPOSITVS. »

3881. — *Anagniae 22 Martii.*
« R. archidiacono Glascuensi. » Dispensat cum eo super defectu natalium ut ad honores et dignitates ecclesiasticas promoveri valeat. Anagnie XI. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 322. fol. 223.* — « EXPOSVISTI NOBIS. »

3882. — *Anagniae 22 Martii.*
« Episcopo Wigorniensi. » Vt contra priorem Wigorniensem, qui ab officio et beneficio a Papa suspensus fuit eo quod litteris falsis nomine ipsius Papae usus fuerat, officii sui debitum exequatur. Anagnie XI. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 277. fol. 210, (haec calamo deleta est).* — « PRIOREM WIGORNIENSEM. »

3883. — *Anagniae 23 Martii.*
« (Pelagio) Episcopo Albano (*sic*) Apostolice Sedis Legato. » Vt A. principissam Anthiochiae et nobilem virum Rupinum principem Anthiochae crucesignatum a C. baiulo regni Armeniae in vinculis detentum habeat commendatos. Anagnie X. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 305. fol. 219; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 7.* — « CVM NOBILIS VIR. »

3884. — *Anagniae 23 Martii.*
« Vniversis Christi fidelibus per Marsicanam diocesim constitutis. » Vt subveniant Raphaeli magistro Hospitalis de Pesclocanale in opere infirmorum, et subventoribus indulgentiam decem dierum concedit. Ana-

gnie X. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 306. fol. 220; Mss. Vallicell. I. 53.* — « QVONIAM VT AIT. »

3885. — *Anagniae 23 Martii.*

« Preposito et capitulo Lausanensibus. » Tricesimum canonicorum numerum episcopi consensu ab eis statutum confirmat. Dat. ut supra (Anagnie X. Kal. Aprilis anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 307. fol. 220.* — « ECCLESIARVM VTILITATI. »

3886. — *Anagniae 24 Martii.*

« Maditensi et Andramitensi episcopis, et decano Troiano. » Vt observari faciant compositionem inter praelatos et clerum ex una parte, et barones et fideles imperii Constantinopolitani ex altera initam, super libertatibus et possessionibus et aliis iuribus, et a Papa confirmatam. Anagnie VIIII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 301. fol. 219; Mss. Vall. I. 53.* — « QVIA TENEMVR. »

3887. — *Anagniae 24 Martii.*

« Eisdem. » Vt « illos qui nondum compositionem compleverunt eandem ut ipsam compleant per censuras appellatione postposita compellatis, non obstante constitutione concilii generalis qua cavetur ne quis ultra duas dietas extra suam diocesim ad iudicium trahi possit. » Anagnie VIIII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 302. fol. 219; Mss. Vall. I. 53.* — « QVIA TENEMVR. »

3888. — *Anagniae 24 Martii.*

« Rectori et populo Pipernensibus. » Vt iuxta concordiam inter eos et nobiles viros castri Sunnini, mediante R(omano) sancti Angeli diacono Card. Campaniae Maritimaeque Rectore reformatam, permittant homines eiusdem castri ire ad molendina Fossae novae, neque eos versus Maritimam et ad alias partes transeuntes in strata publica offendere praesumant sub poena quingentarum librarum. Anagnie VIIII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 338. fol. 227; Mss. Vall. I. 53.* — « GRAVE GERIMVS. »

3889. — *Anagniae 26 Martii.*

« Capitulo Primiriacensi. » Duodecimum canonicorum numerum in eorum ecclesia a bon. mem. Wilelmo episcopo Numensi loci patrono et dioecesano statutum confirmat. Anagnie VII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 312. fol. 221.* — « SOLET ANNVERE. »

3890. — *Anagniae 26 Martii.*

« Episcopo Wigorniensi. » Declarat quod suspendendo priorem Wigorniensem ab officio et beneficio, eo quod quibusdam litteris falsis nomine Papae usus fuerit, nullam eidem episcopo ademit potestatem ut officii debitum exequatur. Anagnie VII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 314. fol. 222; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « PRIOREM WIGORNIENSEM. »

3891. — *Anagniae 26 Martii.*

« (Stephano) Cantuariensi archiepiscopo sancte Romane Eccl. Cardinali. » Arguit eum quod provinciam suam non visitet. Dat. ut supra (Anagnie VII. Kal. Aprilis anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 315. fol. 222; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 49.* — « MIRAMVR PLVRIMVM. »

3892. — *Anagniae 27 Martii.*

« Eidem (Cantuariensi archiepiscopo sancte Romane Ecclesie Cardinali). » Mandat ei ut appellationes ad Sedem Apostolicam iuxta morem antecessorum suorum defendat. Anagnie VI. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 319. fol. 222.* — « DE PVRITATE VIDETVR. »

3893. — *Anagniae 27 Martii.*
Leoni Ravellensi episcopo annuit et ecclesiam Ravellensem tuendam suscipit omnesque eius bona et possessiones, iura ac privilegia confirmat. Anagniae VI. Kal. Aprilis indict. X. incarnat. dom. an. 1222 (!). pont. anno sexto. — *Vghelli Ital. sacra I. 1187; Potthast 590. n. 6807; Horoy H-i opp. omn. IV. 125. n. 150.* — « CVM EX INIVNCTO. »

3894. — *Anagniae 28 Martii.*
« Episcopo et decano Grationopolitanis. » Vt si capitulum eiusdem ecclesiae de ordinanda eadem nequiverit concordare, ipsi, maiore et saniore parte capituli concordante, competentem personarum numerum iuxta facultates ipsius ecclesiae instituant in eadem. Anagnie V. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 316. fol. 222.* — « CVM SICVT ACCEPIMVS. »

3895. — *Anagniae 28 Martii.*
« Ph. Subdiacono nostro, priori sancti Petri, et archidiacono Spoletanis. » Mandat, privent quosdam iudices Reatinos ab officiis publicis propter statuta iniqua contra constitutionem F(riderici) imperatoris super libertate ecclesiastica edita. Anagnie V. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 317. fol. 222; Mss. Vallicell. I. 53; Rodenberg Epist. Select. 134. n. 191.* — « GRAVE GERIMVS. »

3896. — *Anagniae 28 Martii.*
« (Stephano) Cantuariensi archiepiscopo sancte Romane Ecclesie Cardinali. » Ecclesiam de Cranebroc in Sussexiae solitudine constitutam, quae ad ipsius archiepiscopi spectat donationem, in proprios usus concedit, competenti assignata personae idoneae vicaria. Dat. ut supra (Anagnie V. Kal. Aprilis anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 318. fol. 222; Mus. Brit. Add. mss. 15352.* — « QVONIAM NOSTER. »

3897. — *Anagniae 28 Martii.*
« Archiepiscopo Acheruntino. » Vt P. episcopo quondam Anglonensi ecclesiam sancti Iohannis de castro Pistitii et alia ecclesiastica beneficia, quae idem P. in eodem castro ante episcopatum obtinuit, ob reverentiam beati Petri conferat. Anagnie V. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 321. fol. 223.* — « LICET EX INIVNCTO. »

3898. — *Anagniae 28 Martii.*
« P(etro) Compostellano archiepiscopo. » Concedit ei ut, si ad onera pontificalia supportanda propter suas infirmitates insufficientem se cognoscit, cedere possit ecclesiam in manibus episcopi, decani et cantoris Auriensium. Anagnie V. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 323. fol. 223.* — « SICVT EX TVARVM. »

Scriptum est super hoc eisdem, ut archiepiscopi predicti cessione recepta faciant ipsi de bonis Compostellane ecclesie honorifice provideri.

3899. — *Anagniae 28 Martii.*
« Episcopo Suessano. » Mandat, moneat episcopum Gaietanum ut monachos et clericos ab abbate et conventu sancti Erasmi Gaietani canonice praesentatos ad ordines promoveat, quod si idem episcopus acquiescere noluerit, ipse, monachis et clericis praedictis diligenter examinatis, auctoritate apostolica ordinare procuret. Anagnie V. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 327. fol. 224.* — « DILECTI FILII. »

3900. — *Anagniae 28 Martii.*
« Archiepiscopo Bituricensi. » Mandat ut statutum quorumdam capitulorum saecularium canonicorum civitatis et dioecesis Bituricensiis, quo canonici noviter instituendi de caetero in ecclesiis eorumdem careant fructibus suarum praebendarum per biennium, irritum et inane decernat. Ana-

gnie V. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 329. fol. 224; Horoy H-i opp. omn. IV. 127. n. 152.* — « Ad avdientiam nostram. »

3901. — *Anagniae 28 Martii.*
« Archipresbytero et clericis sancti Petri de Vigatulis. » Quaternarium clericorum numerum a Parmensi episcopo loci dioecesano in eorum ecclesia statutum confirmat. Anagnie V. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 336. fol. 226.* — « Ivstis petentivm. »

3902. — *Anagniae 28 Martii.*
« Decano et subdecano maioris ecclesie, et subdecano sancte Radegundis Pictavensibus. » Vt, iuxta aliud mandatum apostolicum succentori Pictavensi et coniudicibus suis traditum, compellant per censuram ecclesiasticam vicecomitissam de Ventador et filios eius restituere libertati E. militem filium vicecomitis de Ventador germanum fratrem cantoris Turonensis, quemadmodum defunctus vicecomes, positus in extremis, iniunxit dictae vicecomitissae et filiis suis, et ipsi, praestito iuramento, id se facturos promiserunt. Anagnie V. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 341. fol. 227; Horoy H-i opp. omn. IV. 128. n. 153.* — « Dilectvs filivs. »

3903. — *Anagniae 28 Martii.*
« Episcopo et canonicis Verulanis. » Ad exemplar Lucii et Innocentii Romanorum Pontificum, ecclesias quas in castris Montis sancti Iohannis et Stranguragalli iure dioecesano tenent, ecclesiam quoque sancti Nycolai de Civitella, quam iure fundationis possident, una cum earum possessionibus ipsis confirmat. Anagnie V. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 345. fol. 229.* — « Ivstis petentivm. »

3904. — *Anagniae 28 Martii.*
« Episcopo, et archidiacono Nigripontensibus. » Vt amovendos curent abbatem et monachos monasterii de Dalphino Cisterciensis ordinis, qui interdicti sententiam latam a I(ohanne) tituli sanctae Praxedis Cardinali Ap. Sed. Legato in O. de Rocca dominum Athenarum contempserant, proviso etiam ut ipsi monachi restituant quidquid habuerunt de bonis quae a bonae mem. Fermopilensi episcopo in eius obitu et ab excommunicatis et interdictis recipere praesumpserunt. Anagnie V. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 351. fol. 230; Mss. Vall. I. 53.* — « Etsi proniores esse. »

3905. — *Anagniae 28 Martii.*
« Episcopo Wigorniensi. » Ius instituendi et destituendi in ecclesia Wigorniensi priorem ipsi confirmat. Anagnie V. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 359. fol. 233.* — « Cvm a nobis petitvr. »

3906. — *Anagniae 28 Martii.*
« Eidem. » Concedit ei facultatem largiendi coemeteria capellis suae dioecesis, dum, ex diversis casibus ingruentibus, deferri nequeunt ad matrices ecclesias humanda corpora defunctorum. Anagnie V. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 360 a. fol. 233.* — « Qvod internorvm. »

3907. — *Anagniae 28 Martii.*
« Episcopo et Capitulo Cathalaunensibus. » Vt E. presbyterum, iuxta aliud apostolicum mandatum quo Parisiensem episcopum et collegas suos monitores deputaverat, recipiant in canonicum, alioquin cantori, succentori et magistro Gerardo canonico Parisiensibus dat in mandatis ut eos, nisi aliquid rationabile obiectum fuerit et probatum, auctoritate apostolica ad id compellant. Anagnie V. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 441. fol. 253; Horoy H-i opp. omn. IV. 123. n. 149 (24 Martii).* — « Dilectvs filivs. »

Scriptum est super hoc eisdem executoribus. — *Reg. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

3908. — *Anagniae 29 Martii.*

« Fratri Francisco, et aliis fratribus Minoris ordinis. » Concedit eis ut tempore generalis interdicti in suis ecclesiis, clausis ianuis, excommunicatis et interdictis exclusis, submissa voce divina officia celebrare possint. Anagnie IIII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 313 (Potth. 331). fol. 222; Mss. Vallicell. I. 53; Wadding Ann. Minor. II. 50; Sbaraleae Bull. Franc. I. 9. n. 10; Potthast 590. n. 6808; Horoy H-i opp. omn. IV. 129. n. 154.* — « Devotionis vestre. »

3909. — *Anagniae 29 Martii.*

« Decano, subdecano et cancellario Lincolniensibus. » Vt circa abusum qui in ecclesia Beverlacensi Eboracensis dioecesis inolevit, quod quidam capellani et alii clerici mensam comunem habentes cibos suos alias faciunt ad libitum deportari et pauperes iure debito defraudantur de reliquiis discumbentium, ordinent quod secundum Dominum fuerit ordinandum. Anagnie IIII. Kalendas Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 320. fol. 223.* — « Ad avdientiam nostram. »

3910. — *Anagniae 29 Martii.*

« Episcopo, decano et capitulo Xanctonensibus. » Vt tempore generalis interdicti divina officia clausis ianuis etc. celebrare possint, dummodo causam ipsi non dederint interdicto. Anagnie IIII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 324. fol. 223; Horoy H-i opp. omn. IV. 127. n. 151 (28 Martii).* — « Devotionis vestre. »

3911. — *Anagniae 29 Martii.*

« Ordinis Predicatorum, Fratrum Minorum et de Scis Milicie sancti Iacobi prioribus Vlixbonensis diocesis. » Circa abusum N. episcopi et praelatorum civitatis et dioecesis Vlixbonensium, qui morientes compellunt ad tertiam vel aliquam partem bonorum suorum relinquendam ipsorum ecclesiis, eisdem ecclesiastica denegantes sacramenta, nisi hoc fecerint, mandat ut, vocatis qui fuerint vocandi, illud fieri iubeant quod secundum Deum et institutiones canonicas viderint expedire. Dat. ut supra (Anagnie IIII. Kal. April. anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 325 (Potth. 323). fol. 224; Mss. Vall. I. 53; Wadding Ann. Min. II. 51; Ripolli Bull. Praedic. VII. 4. n. 39; Sbaralea Bull. Franc. I. 9. n. 9; cf. Bzovius Ann. eccl. an. 1222. n. 2; Potthast 590. n. 6809; Horoy H-i opp. omn. IV. 129. n. 155.* — « Ex parte vniversitatis. »

3912. — *Anagniae 29 Martii.*

« Abbati et conventui Cluniacensibus. » Vt Landricum monachum a prioratu de Danziano ab ipso abbate iniuste amotum ad claustrum revertentem benigne recipiant. Dat. ut supra (Anagnie IIII. Kal. Aprilis anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 326. fol. 224.* — « Cvm Landricvs. »

3913. — *Anagniae 29 Martii.*

« Episcopo, abbati sancti Victoris et cantori Parisiensibus. » Mandat ut, quod de Fossatis, de Ermeriis Praemonstratensis et de Ioiaco Cisterciensis ordinum abbates in Foremonasterio pro eius reformatione statuerunt, observari faciant. Anagnie IIII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 328. fol. 224.* — « Svpplicavit nobis. »

3914. — *Anagniae 29 Martii.*

« Abbati et conventui monasterii sancti Angeli in Petra Cisterciensis ordinis Constantinopolitane diocesis. » Monasterium de Rufiano, quod, remotis monacis graecis Ecclesiae Romanae rebellibus, P(elagius) Alba-

nensis episcopus tunc Apost. Sedis in partibus Romaniae Legatus ipsis contulit, usque ad quinquennium committit gubernandum, ita tamen quod si ultra hoc tempus non potuerint illud ordinare, id a patriarcha et capitulo Constantinopolitanis adimpleatur. Anagnie IIII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 330. fol. 224.* — « Cvm vniversvm cisterciensem. »

In eundem modum scriptum est super hoc patriarche et capitulo Constantinopolitanis.

In eundem modum archiepiscopo Nycomediensi, et sancte Marie de Blakerna et sancti Georgii de Mangana decanis Constantinopolitanis.

3915. — *Anagniae 29 Martii.*

« Conventui monasterii Terre maioris. » Annuam perceptionem viginti auri unciarum de baiulatione sancti Severi pro eorum vestibus, nec non unam staminiam, unum scapularem et unum parem farabularum a singulis recipiendis, prout eorum abbas ordinavit, confirmat. Anagnie IIII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 337. fol. 227.* — « Ex parte vestra. »

3916. — *Anagniae 30 Martii.*

« Eboracensi archiepiscopo et Karleolensi et Oxoniensi episcopis. » Vt audiant causam matrimonii inter Alanum connestabularium regni Scotiae et eius uxorem, qui sunt consanguinei, sicut retulerunt Iacobus capellanus et poenitentiarius Papae et quamplures regni Scotiae episcopi, quibus antea causam ipsam ipse Papa commiserat. Anagnie III. Kalendas Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 331. fol. 225; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. Add. mss. 15352; Theiner Mon. Hiber. 20. n. 48; Potthast 590. n. 6810; Horoy H-i opp. omn. IV. 130. n. 156.* — « Olim dilectvs filivs. »

3917. — *Anagniae 30 Martii.*

« Sarnensi episcopo, et magistro Vrsoni canonico Salernitano. » Vt Paulum canonicum Acherensem a capitulo Acherensi de licentia felicis recordationis archiepiscopi Salernitani electum in pastorem, examinata eius electione, si canonice et sine impressione aliqua potentiae laicalis electum invenerint, confirment, eique faciant munus consecrationis maxime per suffraganeos ecclesiae Salernitanae impertiri. Anagnie III. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 339. fol. 227.* — « Dilecti filii. »

3918. — *Anagniae 30 Martii.*

« Canonicis Verulanis. » Sextum decimum canonicorum numerum ab Alexandro Papa in eorum ecclesia statutum confirmat. Anagnie III. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 344. fol. 229.* — « Ivstis petentivm. »

3919. — *Anagniae 30 Martii.*

Preposito et capitulo Verdensibus. » Ordinationem ab eis factam cum consensu episcopi Verdensis loci dioecesani, videlicet quod proventus unius praebendae ad reparationem eorum ecclesiae impendantur, confirmat. Anagnie III. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 346. fol. 229.* — « Ex parte vestra. »

3920. — *Anagniae 30 Martii.*

« Nobili viro M. comiti Cephalonensi. » Eius personam una cum bonis et possessionibus, ac praesertim iis quae ab H. et P. imperatoribus Constantinopolitanis eidem concessae fuerunt, sub protectione recipit. Anagnie III. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 347. fol. 229; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Fidei ac devotionis. »

3921. — *Anagniae 31 Martii.*

« Electo, I. preposito, et scolastico sancti Wilelmi Bremensibus. » Vt electionem decani

sancti Ansarii Bremensis confirment. Anagnie II. Kal. Apr. an. sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 340. fol. 227.* — « Ex parte capitvli. »

3922. — *Anagniae 31 Martii.*

Praepositum capitulumque S. Viti Frisingensis cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem ecclesias de Anzingen, de Synzhausen, de Purckhausen et de Chynhausen eis confirmat. Anagniae II. Kal. Aprilis anno sexto. — *Meichelbeck Hist. Frisng. I. 11. 576; Potthast 590. n. 6811; Horoy H-i opp. omn. IV. 131. n. 157.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

3923. — *Anagniae 1 Aprilis.*

« Viviano clerico. » Quum nota servilis conditionis obiecta pro sua receptione in Metensi capitulo non fuerit probata, indulget ut libere possit ad sacros ordines promoveri et ad omnes legitimos actus admitti. Anagnie Kalendis Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 333. fol. 226.* — « Cvm olim pro receptione. »

3924. — *Anagniae 1 Aprilis.*

« Thebano, et Atheniensi archiepiscopis, et episcopo Nigripontensi. » Vt nisi G. princeps Achaiae, G. natus et vassalli eius Papae mandatis in aliis litteris eis transmissis paruerint, eos excommunicent, alioquin ab eorum officiorum executione suspensi infra duos menses ad Apostolicam Sedem veniant. Anagnie Kalendis Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 335. fol. 226; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 12.* — « Cvm de discretione. »

In eundem modum scriptum est archiepiscopo Corinthiensi, et episcopo Coronensi et electo Mothonensi contra O. de Rocca dominum Athenarum et vassallos eius. — *Reg. Vat. l. c.*

3925. — *Anagniae 3 Aprilis.*

Mabiliae abbatissae monasterii s. Cosmae de Talliacotio eiusque sororibus annuit et praefatum monasterium patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Anagniae (*Pott. et Horoy* Verulis) III Non. Apr. ind. IX. (!) incarn. dom. an. 1221. pont. anno sexto. — *Gattula Hist. abbat. Cassin. II. 805; Potthast 590. n. 6812; Horoy H-i opp. omn. IV. 132. n. 158.* — « Qvotiens illvd a. »

3926. — *Anagniae 5 Aprilis.*

« Francisco et aliis fratribus Minoris ordinis. » Iis concedit ut tempore interdicti celebrare possint clausis ianuis. Anagnie Nonis Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 357. fol. 233; (similis alii epist. diei 5 Apr. n. 3908); Mss. Vall. I. 53.* — « Devotionis vestre. »

— *Verulis 12 Aprilis, sq.*

« Anno Dom. incarn. 1222 mense Aprilis X. indict. papa Honorius et cardinales habuerunt colloquium apud Verulam, civitatem Campaniae, cum (Friderico) imperatore, ubi multa tractata sunt de recuperanda Terra Sancta. » — *Breve chron. de rebus Sicul. ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. 1. II. 896. (Cf. supra post diem 21 Februarii) et Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 4.* — « Fridericus imperator anno 1221 (*leg.* 1222) III. Id. Apr... receptus et hospitatus fuit in Casaemario, sequenti die Verulas intravit, et plures dies cum papa Honorio moratur ibidem de succursu Terrae Sanctae et frequenter et publice tractans. » — *Chartar. Casaemariense in Rondinini Monast. de Casaemario 50.* — « Anno 1222. Colloquium inter Honorium papam et Fridericum imperatorem in Epiphania Domini (*i. e.* 6 Ian.) in Verone indictum est, ad quod multi de universis provinciis tam ecclesiastici quam seculares viri, inter quos etiam Fridericus Sereni Montis et Vilhelmus Cillenensis praepositi XIV. Kal. Nov. (i. e. Oct. 19) profecti sunt. Sed.... colloquium in aliud tempus dilatum. » — *Chron. Montis Sereni ed. Mader 139 (ed. Mencken in Scr. rer. Germ. II. 265; ed. Eckstein 129). - Potthast 590. post. n. 6812.*

3927. — *Verulis 17 Aprilis.*
« Magistro et fratribus domus Milicie Templi. » Mandat ut contra fratres domus sanctae Mariae Theutonicorum, quorum ordinem ipsorum merito et precibus F(riderici) Romanorum imperatoris confirmavit, indignationem conceptam propter albos mantellos, super quibus deferendis specialem impetrarunt a Sede Apostolica indulgentiam, deponant, et ambulent cum eisdem in spiritu charitatis et vinculo unitatis. Verulis XV. Kal. Maii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 349. fol. 230; Mss. Vall. I. 53; De Wal Recherches I. 375; Hennes UB. I. 64. n. 60; Strehlke Tab. 322. n. 368; Potthast 591. n. 6814; Horoy H-i opp. omn. IV. 135. n. 160; Rodenberg Epist. Select. 134. n. 192.* — « QVANTO VOS AMPLIORI. »

3928. — *Verulis 19 Aprilis.*
« Magistro et fratribus domus sancte Marie Teutonicorum Ierosolimitanis. » Ducentas uncias auri annuas ad pondus Baruli a Friderico imperatore eis concessas in civitate Brundusii cum privilegio dato Cataniae Dec. 1221 de redditibus suis sive de baiulatione sive de Sicla specialiter pro emendis albis mantellis ad usum fratrum militum, ipsis confirmat. Verulis XIII. Kal. Maii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 348. fol. 230; Strehlke Tab. 148. n. 151; Potthast 591. n. 6815; Horoy H-i opp. omn. IV. 137. n. 161.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3929. — *Verulis 24 Aprilis.*
« Vniversis archiepiscopis et episcopis per Theutoniam constitutis. » Nuntiat se Fridericum imperatorem transfretare volentem in protectionem una cum uxoris et filii sui personis, cum imperio, regno et omnibus iuribus suis recipere: quare nemo ipsum praesumat perturbare et huiusmodi praesumptores per censuras ecclesiasticas compescant. Verulis VIII. Kal. Maii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 352. fol. 231; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 5; Rodenberg Epist. Select. 136. n. 194.* — « SINCERA DEVOTIO. »

3930. — *Verulis 24 Aprilis.*
« (Peregrino?) Brundusino, et (Tancredo) Ydrontino archiepiscopis et (Richerio) Melfiensi et Botontino episcopis. » Si quempiam electum Fridericus imperator suspectum habeat, si tunc is in Apulia fuerit, de suspicionis causa una cum ordinario suo cognoscant, aliis quae ad confirmationem vel infirmationem electionis pertinent, ordinario reservatis. Dat. ut supra (Verulis VIII. Kal. Maii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 353. fol. 231; Mss. Vall. I. 53; Rodenberg Epist. Select. 136. n. 195.* — « PRESENTIVM VOBIS. »

In eundem modum scriptum est (Lucae) Cusentino et (Landoni) Regino archiepiscopis, (Guilielmo?) Bissinianensi, et (Rogerio?) Militensi episcopis. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. (Rainaldo) Capuano, et (Petro) Neapolitano archiepiscopis, (Theodino) Theanensi et (Iohanni) Sancte Agathe episcopis. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. (Berardo) Panormitano et (Berardo) Messanensi archiepiscopis, (Iacobo?) Pactensi et (Vrso) Agrigentino episcopis. — *Reg. Vat. l. c.*

3931. — *Verulis 25 Aprilis.*
« P(elagio) Albanensi episcopo Apost. Sedis Legato. » Scribit se colloquium nuper habuisse cum imperatore Friderico pro negotio Terrae Sanctae, et aliud colloquium disposuisse in Lombardia in civitate Veronae circa festum beati Martini proximum celebrare tam pro ipsius imperatoris passagio, quam aliis negotium contingentibus ordinandis, ad quod invitat Iohannem regem Ierosolimitanum, et ipse legatus vel veniat vel nuntios mittat. Hoc autem ei notum facit, quod idem imperator in iam celebrato colloquio publice in conspectu multitudinis praelatorum, principum et baronum iuravit

se iter transfretandi arrepturum termino quem ei duxerit Papa praefigendum. Verulis VII. Kal. Maii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 355. fol. 232; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 2; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 240; Potthast 591. n. 6816; Horoy H-i opp. omn. IV. 137. n. 162; Rodenberg Epist. Sel. 137. n. 196.* — « CELESTIS ALTITVDO. »

In eundem modum scriptum est eidem Legato, quod cum ad ipsum colloquium invitatus sit Iohannes rex Ierosolimitanus, ipse ad terrae custodiam vigilanter intendat. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. scriptum est Iohanni regi Ierosolimitano ut ad colloquium supradictum apud Veronam celebrandum veniat. — *Reg. Vat. l. c.*

3932. — *Verulis 26 Aprilis.*

« (Petro) episcopo Firmano. » Mandat ei ut priori et fratribus ecclesiae sancti Salvatoris Firmani poenam infligat pro violatione sententiae excommunicationis quam in ipsum priorem et conventum et parrochianos dictae ecclesiae, occasione cuiusdam causae super exemptione ecclesiae memoratae, ipse episcopus protulerat. Verulis VI. Kal. Maii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 360 b. fol. 233.* — « CVM PRIOR SANCTI SALVATORIS. »

— *27 Aprilis.*

« Honorius pp. III. quinto Kalendas Maii mane consecrato altari....... post vesperas coram se convocato conventu monasterium s. Dominici (de Sora) nostrae ecclesiae Casaemarii counivit et incorporavit et nos de eodem praesentibus cardinalibus investivit.... » — *Chart. Casaem. in Rondinini Monast. de Casaem. 45; Potthast 591. post n. 6816.*

3933. — *Verulis 30 Aprilis.*

« R. cruce signato capellano Karissimi in Christo filii nostri illustris regis Vngarie. » Eius personam una cum bonis suis recipit sub protectione, specialiter autem quartam partem reddituum de Bursa ipsi confirmat. Verulis II. Kal. Maii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 405. fol. 244; Theiner Mon. Hung. I. 33. n. 66; Mon. Hung. hist. dipl. VI. 184; cf. Fejér Cod. dipl. III. I. 393; Potthast 591. n. 6817.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3934. — *Verulis 30 Aprilis.*

Abbati et priori de Sikador Quinqueeccles. dioc. mandat, ut litem inter priorem fratresque hospitalis Hierosolymitani de Hungaria ex parte una et abbatem de Sasarda eiusd. dioc. ex altera propter quasdam decimas pendentem fine debito terminent. Verulis II. Kal. Maii anno sexto. — *Farlati Illyr. sacr. III. 253; Fejér l. c. 383; Potthast 591. n. 6818; Horoy H-i opp. omn. IV. 140. n. 164.* — « DILECTI FILII PRIOR. »

« Honorius papa Romam (?) revertitur, quam postmodum exiens venit Alatrum. — *Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. It. VII. 995. (ap. Vghelli Ital. sac. - ed. 1647 - III. 981). Potthast 591. post n. 6818.*

3935. — *Alatri 2 Maii.*

Plebano S. Iuliani Castellanae dioc. mandat, ut litem inter monasterium S. Georgii maioris Venetiarum et canonicos Iustinopolitanae ecclesiae audiat et decidat. Alatri VI. Non. Maii anno sexto. — *Cornelius Eccles. Venet. VIII. 233; Potthast 591. n. 6819; Horoy H-i opp. omn. IV. 140. n. 165.* — « DILECTVS FILIVS ABBAS. »

3936. — *Alatri 3 Maii.*

(Gotfrido) de Agmunde et (Reginberto) de Gersten abbatibus et (Altmanno) praeposito S. Floriani Saltzburg. et Pataviens. diocc. mandat, ut causam inter (Ditmarum) abbatem conventumque de Sytansteten ex parte una, et Meinhardum Rapotonemque de Prunsperch ex altera super terris, silvis et rebus aliis vertentem, partibus convocatis, fine debito terminent. Alatri V. Non. Maii anno sexto. — *Raab UB. v. Seitenstetten (Font.*

rer. Austr. 2. Abth. XXXIII.) *37; Potthast 591. n. 6820; Horoy H-i opp. omn. IV 141. n. 166.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

3937. — *Alatri 4 Maii.*
Eisdem mandat, ut inter abbatem conventumque de Sitansteten et F. in Busech ac quosdam alios Pataviensis dioc. super terris, silvis et rebus aliis litigantes iudicium faciant. Alatri IV. Non. Maii anno sexto. — *Raab. l. c. 38; Potthast 591. n. 6821.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

3938. — *Alatri 4 Maii.*
Le pape Honorius à la demande de la prieure et des religieuses de Boneffe prend leurs personnes et leurs biens sous la protection du Saint-Siége. Alatri IV. Non. Maii anno sexto. — *Annal. de la societé archéologique de Namur IV. 128; cfr. Wauters Table chronologique III. 575; Potthast Append. 2092. n. 6821 a. - 26082.*

3939. — *Alatri 5 Maii.*
« Petro de Vico clerico Capuano. » Licet I. pater suus in minoribus ordinibus constitutus eum de soluta genuerit, suis et aliorum de ipso laudabile testimonium perhibentium precibus annuens, despensat cum eo super defectu natalium. Alatri III. Nonas Maii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 356. fol. 232-233.* — « CVM LICET. »

3940. — *Alatri 5 Maii.*
Vniversos fideles per ducatum Spoletanum constitutos monet et hortatur ut in fidelitate sedis apostolicae firmiter persistant, eisque sub poena 1000 marcarum inhibet, ne ad mandatum imperatoris nec alterius ex parte ipsius milites seu pedites in cuiusquam mittant auxilium. Alatri III. Non. Madii anno sexto. — *Ficker Forschungen IV. 335. not. 2; Potthast Append. 2092. n. 6821 b-26083.* — « CVM NIHIL QVOD. »

3941. — *Alatri 8 Maii.*
« Decano, precentori, et magistro Iohanni Romano canonico Eboracensibus. » Vt nuntium Oddonis Bobonis subdiaconi et capellani ipsius Papae, « qui grata nobis impendit iugiter obsequia famulatus, » inducant in possessionem rectoriae ecclesiae sancti Felicis dioecesis Eboracensis, quam Hugo Beneventanus archiepiscopus obtinebat. Alatri VIII. Idus Maii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 438. fol. 252.* — « QVI NONNVMQVAM. »

3942. — *(Alatri 8 Maii).*
Jm Auftrage des Papstes Honorius verhandelt Cardinal Iohann von Colonna mit den am päpstlichen Hofe erschienenen Prälaten. — *Göttinger gel. Anzeigen 1874. p. 168; Potthast Append. 2092. n. 6824^a - 26084.*

3943. — *Alatri 9 Maii.*
Praeposito, custodi et scholastico Augustensibus mandat, ut causam inter abbatem conventumque in Wessenbrun et C. militem et S. fratrem eius de Fronhoven, qui istis boves, pecudes et res alias per violentiam abstulerant, vertentem fine debito terminent. Alatri VII. Id. Maii anno sexto. — *Mon. Boica VII. 389; cf. Leutner Histor. Wessofont. I. 238; Potthast 592. n. 6825; Horoy H-i opp. omn. IV. 142. n. 167.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

3944. — *Alatri 9 Maii.*
Procuratorem et cancellarium (Azzonis) marchionis Anconae monet, rogat et hortatur, ut Firmano episcopo contra homines Maceratae et Podii S. Iuliani castrum Firmanae ecclesiae ab ipsis destructum iam par biennium reficere nolentes potenter et viriliter assistant. Alatri (XII, *sed legerim*) VII. Id. Maii anno sexto. — *Compagnoni Reggia Picena I. 94; Potthast Append. 2092. n. 6825^a - 26085.* — « CVM SVPRA IVS. »

3945. — *Alatri 9 Maii.*
Ecclesiam S. Mauricii Augustae sub speciali protectione suscipit eidemque ecclesiam de Miminhusen confirmat. Alatri VII. Id. Maii anno sexto. — *Lang Regesta IV. 742; Potthast Append. 2092. n. 6825^b -26086.*

3946. — *Alatri 11 Maii.*

« Abbati et conventui de Monte beati Iohannis Baptiste Magdeburgensibus. » Advocatiam bonorum consistentium citra Fluvium album, quam a nobili viro B. Magdeburgensi burgtravio redimerunt, et Magdeburgensis archiepiscopus ipsis donavit, eisdem confirmat. Alatri V. Id. Maii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 358. fol. 233.* — « Cvm a nobis petitvr. »

3947. — *Alatri 13 Maii.*

« (Guilelmo) archiepiscopo Remensi Apostolice Sedis Legato. » Mandat ut eos episcopos legationis suae, crucesignatos contra haereticos Albigenses, qui in suis dioecesibus concessionem vicesimae obtinuisse dicuntur, compellat ad tenendum de ea tot stipendiatos milites contra haereticos antedictos, quot de ipsa vicesima poterunt iusta aestimatione teneri. Alatri III. Idus Maii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 382. fol. 237; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 47; Bouquet Rec. XIX. 720; Potthast 592. n. 6827; Horoy H-i opp. omn. IV. 194. n. 169.* — « Cvm qvidam episcopi. »

3948. — *Alatri 13 Maii.*

« Vniversis communitatibus civitatum, burgorum, castrorum et villarum per regnum Francie consistentium. » Vt contra haereticos Provinciae, qui in cunctorum christianorum obbrobrium et specialiter regni Franciae, quod belli gloria consuevit gentes alias anteire, maxime extolluntur, insurgant. Alatri III. Idus Maii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 383. fol. 238; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 44; Bouquet l. c. 719; Potthast 592. n. 6826; Horoy H-i opp. omn. IV. 142. n. 168.* — « Ex grandi indignatione. »

In eundem modum Vniversis comitibus et baronibus et militibus per regnum Francie constitutis. — *Reg. Vat. l. c.; Potth. l. c.; Horoy l. c.*

3949. — *Alatri 13 Maii.*

Vniversis fidelibus suis per ducatum Spoletanum constitutis significat, nihil in praeiudicium Apostolicae Sedis super ducatu Spoletano cum imperatore dispositum esse in colloquio nuper habitu cum eodem « licet super hoc importunis precibus fuerimus requisiti. » Monet eos, ut in fidelitate Sedis Apostolicae persistant, nec ad mandatum imperatoris nec alterius ex parte ipsius milites seu pedites in cuiusquam mittant auxilium etc. Addit quaedam de spiritu rebellionis Viterbiensium. Alatri III. Idus Maii anno sexto. — *Ficker Forschungen IV. 334. n. 301; Potthast Append. 2092. n. 6827ª - 26087.* — « Cvm nichil qvod. »

3950. — *Alatri 14 Maii.*

« Ph(ilippo) regi Francorum illustri. » Eum monet ut haereticos circa partes Albigensium intra terminos regni sui cum ipsorum fautoribus potenter et celeriter expugnet; et terram illam totam, quam ab ipso in feudum immediate tenuit comes Montisfortis, in dominio suo accipiat, quum eam comes ipse non sufficiat defensare et iam obtulerit eam eidem regi, sicut per solemnes nuntios et fidedignos Nemausensem et Biterrensem episcopos innotuit: notum facit se Raymundum quondam comitem Tolosanum et filium eius cum eorum fautoribus dudum excommunicasse, et ad huius negotii promotionem tam de vicesima quae colligetur, et indulgentiis hiis qui crucem contra huiusmodi haereticos susceperint faciendis, quam de protectione pro terris ipsius regis, quamdiu vacaverit huic negotio Iesu Christi, auxilium impendet. Alatri II. Idus Maii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 393. fol. 240; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 44; Bouquet Rec. XIX. 720; Teulet Layettes I. 544. n. 1534; gallice scripta ap. Vaissète Hist. de Languedoc III. 220; Potthast 592. n. 6828; Horoy H-i opp. omn. IV. 144. n. 170.* — « Nosti (*omit. Teulet*) fili Karissime. »

3951. — *Alatri 16 Maii.*
« (Gervasio) episcopo Sagiensi et Maiori archidiacono Remensi et decano Ambianensi. » Vt circa electionem (Theobaldi) thesaurarii ecclesiae Rothomagensis in episcopum eiusdem ecclesiae, diligentissime inquirant, advocatis medicis fidelibus et in hoc peritis, an verum sit eum leprae morbo esse infectum. Alatri XVII. Kal. Iun. anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 379. fol. 237; Horoy H-i opp. omn. IV. 151. n. 177 (sine die).* — « CVM EXAMINATIONEM. »

3952. — *Alatri 17 Maii.*
« Abbati et conventui Caricampi Cisterciensis ordinis. » Monasterium ipsorum inter Ambianensem et Morinensem dioeceses constitutum, quum uterque dioecesanorum in ipso iurisdictionem habere se asserat, ad suas manus Papa advocat, et donec ad quem episcopum pertineat discutiatur, ipsis inhibet ne cuiquam eorum interim intendant. Alatri XVI. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 360c. fol. 233; Horoy H-i opp. omn. IV. 150. n. 175.* — « CVM SICVT AVDIVIMVS. »

3953. — *Alatri 17 Maii.*
« Episcopo Morinensi. » Nuntiat monasterium Caricampi, de cuius iurisdictione est quaestio inter ipsum et episcopum Ambianensem, ad se advocasse, et donec ad quem pertineat discussum fuerit, eidem monasterio inhibuisse ne interim cuiquam eorum intendant. Dat. ut supra (Alatri XVI. Kal. Iunii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 361. fol. 233; Horoy H-i opp. omn. IV. 169. n. 174.* — « CVM SICVT AVDIVIMVS. »

In eundem modum scriptum est episcopo Ambianensi. — *Reg. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

3954. — *Alatri 17 Maii.*
« Vniversis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. » Concedit indulgentiam quadraginta dierum iis qui visitaverint ecclesiam sancti Mauritii Magdeburgensem et subsidia contulerint pro consumatione ipsius fabricae, cuius fundamenta iecerunt nobili structura et ope suntuoso Hugo Hostiensis episcopus et L. sanctae Praxedis presbyter cardinalis tunc Apostolicae Sedis Legati. Alatri XVI. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 362. fol. 234; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 41; Rodenberg Epist. Select. 138. n. 197.* — « DIVINE BENIGNITATIS. »

3955. — *Alatri 17 Maii.*
« (Gernoldo?) electo Brandeburgensi. » Conservatur ei praebenda ecclesiae Brandeburgensis quam ante suam ad regimen ipsius ecclesiae assumptionem obtinebat. Dat. ut supra (Alatri XVI. Kal. Iunii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 363. fol. 234.* — « LICET TVIS EXIGENTIBVS. »

3956. — *Alatri 17 Maii.*
« Capitulo Magdeburgensi, » Vt in electione decani archiepiscopum expectent usque ad mediam quadragesimam, quum is in negotiis imperii circa partes Italiae hoc tempore occupetur. Dat. ut supra (Alatri XVI. Kal. Iunii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 364. fol. 234; Rodenberg Epist. Select. 139 n. 198.* — « CVM ECCLESIA VESTRA. »

3957. — *Alatri 17 Maii.*
« Archipresbytero et clericis ecclesie de Arolis. » Senarium canonicorum numerum a Parmensi episcopo in eorum ecclesia, pensatis eius facultatibus, statutum confirmat. Alatri XVI. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 380. fol. 237.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3958. — *Alatri 17 Maii.*
« Archipresbytero et clericis ecclesie sancti Petri de Carignano. » Quaternarium

canonicorum numerum a Parmensi episcopo in eorum ecclesia statutum confirmat. Dat. ut supra (Alatri XVI. Kal. Iunii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 381. fol. 237.* — « Ivstis petentivm. »

3959. — *Alatri 17 Maii.*

« Capitulis et toti clero Remensis provincie. » Declarat onus persolvendae vicesimae eis ab archiepiscopo Remensi Ap. Sed. Legato et a suffraganeis suis esse non auctoritate ordinaria sed apostolica impositum; quare nihil duxit immutandum, licet Suessionensis et Cameracensis decani et magister Stephanus Suessionensis canonicus, eorum nuntii, super hoc Papae vehementer institerint: ceterum districtius inhibet, ne archiepiscopi vel episcopi eorum, oneris huiusmodi occasione, in eos sibi vindicare novam aut insolitam potestatem praesumant. Alatri XVI. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 385. fol. 238; Mss. Vall. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 721; Potthast 592. n. 6830; Horoy H-i opp. omn. IV. 147. n. 172.* — « Non moveatvr. »

3960. — *Alatri 17 Maii.*

« Henrico de Paragnano subdiacono nostro. » Conceduntur ei terrae Medicinae et Argellatae tamdiu ab ipso tenendae quamdiu fuerit de Romani Pontificis voluntate, sub annuo censu triginta marcarum argenti quas Camerae Apostolicae in festo Resurrectionis persolvet. Alatri XVI. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 414. fol. 246.* — « Talem te exhibere. »

3961. — *Alatri 18 Maii.*

« Capitulo et clero Brandeburgensibus. » Praeficit in eorum pastorem magistrum Gerlandum, et mandat ut ei intendant. Alatri XV. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 365. fol. 234; Mss. Vall. I. 53.* — « Dilecti filii. »

In eundem modum scriptum est Vniversis vassallis ministerialibus aliisque fidelibus Brandeburgensis ecclesie. — *Reg. Vat. l. c.*

3962. — *Alatri 18 Maii.*

« Potestati et Populo Papiensibus spiritum consilii sanioris. » Invehit in eos quod collectam gravem et importabilem ecclesiis imposuerint quas eorum Communi creditoribus assignaverint, et statuta quaedam contra libertatem ecclesiasticam promulgaverint: mandat ut eorum episcopo, clericis et ecclesiis pessessiones cum fructibus suis restituant, et editas constitutiones revocent, alioquin sciant se mandavisse archiepiscopo Mediolanensi et episcopo Laudensi ut eos excommunicent eorumque terram interdicto subiciant. Alatri XV. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 373. fol. 235; Mss. Vall. I. 53.* — « Si meditatione debita. »

3963. — *Alatri 18 Maii.*

« (Matthaeo) patriarche Constantinopolitano. » Arguit eum de malo ecclesiae suae regimine, quod praedicationi minime insistebat, missarum solemnia rarissime celebrabat, excommunicatis communicabat, et cum Venetis inierat contra nationes alias illicitas pactiones: eundem hortatur ut se corrigat sollicite incumbens officio pastorali, ne Pontifex evangelistae opus adimplens securem infructuosae arbori apponere cogatur. Alatri XV. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 374. fol. 236; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 22 mutila; Potthast 595. n. 6861. (1222. XV. Kal. Iulii); Horoy H-i opp. omn. IV. 152. n. 178.* — « Timemvs ne de te. »

3964. — *Alatri 18 Maii.*

« (Norandino) Veronensi et (Rolando) Ferrariensi episcopis. » Vt inquirant an quaedam terrae sint de comitatu comitissae Matildis vel spectent ad potestatem et populum Bononienses, super quibus vertitur

causa inter nobilem comitem Albertum et Iohannem monachum sanctae Mariae de Monte plano procuratores Pontificis ex parte una, et dictos potestatem et populum Bononienses ex altera, quae commissa fuerat sub certa forma episcopo Florentino. Alatri XV. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 384. fol. 238.* — « CVM CAVSAM QVE. »

In eundem modum scriptum est episcopo Florentino ut in huiusmodi negotio usque ad novum mandatum non procedat.

3965. — *Alatri 18 Maii.*

« (Guilelmo) archiepiscopo Remensi Apostolice Sedis Legato. » Eius prudentiam commendat, quod super vicesima pro negotio Albigensium a quibusdam capitulis anno praeterito satisfactionem amicabilem receperit, eidem iniungens quod duobus sequentibus annis similiter procedat, eandem tamen integre solvi faciens. Alatri XV. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 386. fol. 238; Mss. Vall. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 722; Potthast 592. n. 6831; Horoy H-i opp. omn. IV. 148. n. 173. (17 Maii).* — « LICET TIBI DEFERENTES. »

3966. — *Alatri 18 Maii.*

« Eidem. » Datur ei facultas absolvendi ab excommunicatione eos qui in illam inciderunt propter fraudem commissam circa vicesimam pro negotio fidei vel Terrae Sanctae, aut occasione concubinarum, seu pro capis manicatis, sotuleribus rostratis aut manicis consutitiis, ea tamen conditione ut res defraudatae et quae pro satisfactione impendent ad Terrae Sanctae et Provinciae negotium applicentur. Dat. ut supra (Alatri XV. Kal. Iunii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 387. fol. 238; Mss. Vall. I. 53.* — « VT AD SVBVENTIONEM. »

3967. — *Alatri 18 Maii.*

« (Gervasio) episcopo Sagiensi, et Maiori archidiacono Remensi et decano Ambianensi. » Vt T(heobaldi) Rothomagensis ecclesiae thesaurarii personam et suam in eiusdem ecclesiae episcopum concordem electionem examinent, eamque si canonice de persona idonea invenerint celebratam, confirment. Alatri XV. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 390. fol. 239; Bessin Conc. Rothomag. II. 45; Potthast 592. n. 6832; Horoy H-i opp. omn. IV. 150. n. 176.* — « DILECTI FILII DECANVS. »

3968. — *Alatri 19 Maii.*

« Abbati de Sichem (*Potth.* Sichen) Cisterciensis ordinis, Halberstadensis diocesis. » Committitur ei correctio et cura monasterii monialium de Sacravalle Cisterciensis ordinis, tam in spiritualibus quam in temporalibus. Alatri XIIII. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 372. fol. 235; Manrique Ann. Cisterc. IV. 450; Potthast 592. n. 6834; Horoy H-i opp. omn. IV. 153. n. 179.* — « DILECTE IN CHRISTO. »

3969. — *Alatri 19 Maii.*

« (Petro) Senonensi archiepiscopo Apostolice Sedis Legato. » Quum vicesima colligi sine mora non possit, et mora valde periculosa sit, mandat ut pecuniam dandam stipendiariis mutuo sine dilatione recipiat, et decertantibus pro fidei negotio transmittat. Alatri XIIII. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 378. fol. 237; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 47; Bouquet Rec. XIX. 722; Potthast 592. n. 6833; Horoy H-i opp. omn. IV. 154. n. 180.* — « CVM VICESIMAM. »

In eundem modum (Simoni) Bituricensi archiepiscopo Apostolicae Sedis Legato. — *ll. cc.*

In e. m. (Guilelmo) Remensi archiepiscopo Apostolicae Sedis Legato. — *ll. cc.*

3970. — *Alatri 19 Maii.*

Compositionem inter abbatem S. Vincentii et abbatem de Arena Wratislavienses mediante prae-

posito Glogaviensi super ecclesia S. Laurentii in Kalisch factam confirmat. Alatri XIV. Kal. Iunii anno sexto. — *Grünhagen Regesten I. 116. n. 256; Potthast 592. n. 6835.*

3971. — *Alatri 19 Maii.*

Arbitrium quod abbas de Andreov inter abbatem S. Vincentii Wratislaviensis ac quosdam monachos ordinis S. Benedicti et fautores eorum super monasterio S. Vincentii et rebus aliis tulerat, iterum confirmat. Alatri XIV. Kal. Iunii anno sexto. — *Grünhagen l. c. n. 257; Potthast 592. n. 6836.*

3972. — *Alatri 20 Maii.*

« (Hildebrando) episcopo Fesulano. » Inhibet, ne a monasterio Vallis Vmbrosae immediate Apostolicae Sedi subiecto obedientiam exigere praesumat, et ab eius molestatione et gravamine conquiescat. Alatri XIII. Kalendas Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 367. fol. 234; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 36.* — « Si in tvis. »

3973. — *Alatri 20 Maii.*

« Abbati et conventui Vallis Vmbrose. » Vt episcopo Fesulano contra Apostolicae Sedis privilegia non obediant, sed libertatem atque exemptionem ab Apostolica Sede eis indultas inviolabiliter observent. Alatri XIII. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 368. fol. 234.* — « Intelleximvs qvod. »

3974. — *Alatri 20 Maii.*

« (Simoni) archiepiscopo Bituricensi Ap. Sedis Legato. » Vt in ecclesiis suae dioecesis nisi canonici ad commonitionem suam curaverint iuxta facultates ipsarum personas assumere, ipse personas instituat usque ad numerum consuetum, dummodo ad id ipsarum ecclesiarum suppetant facultates. Alatri XIII. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 370. fol. 235; Horoy H-i opp. omn. IV. 158. n. 185.* — « Ex parte tva. »

3975. — *Alatri 20 Maii.*

« Scolastico Suessionensi. » Redditum triginta librarum Suessionensis monetae a decano et capitulo Suessionensibus de consensu Suessionensis episcopi pro ipsorum ecclesiae Scolastria assignatum confirmat. Alatri XIII. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 375. fol. 236; Horoy H-i opp. omn. IV. 158. n. 184.* — « Ivstis petentivm. »

3976. — *Alatri 20 Maii.*

« Abbati sancti Nichasii, cantori et R. canonico Remensibus. » Vt praepositum Sicliniensem ab excommunicationis sententia in eum lata a magistro scolarum Noviomensi et coniudicibus suis occasione cuiusdam praebendalis beneficii, absolvant, et si duo recepti sint in eodem beneficio vigore litterarum apostolicarum, alteri alibi provideant. Alatri XIII. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 377. fol. 237; Horoy H-i opp. omn. IV. 159. n. 186.* — « Prepositvs Sicliniensis. »

3977. — *Alatri 20 Maii.*

« (Guilelmo) archiepiscopo Remensi Ap. Sed. Legato. » Scribit ei de statuto facto in Concilio generali contra R. comitem Tolosanum pro negotio fidei in partibus Provinciae, ut nemo debeat a subventione praedicti negotii retardari: mandat quatenus, si Philippus rex Francorum negotium ipsum assumpserit, solemniter publicet abiudicationem terrae factam dicto R. quondam comiti Tolosano, et eius filio spem provisionis per Ecclesiam faciendae adimat. Alatri XIII. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 486. fol. 265; Mss. Vall. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 155. n. 181.* — « Intelleximvs qvod aliqvi. »

In eundem modum scriptum est regi Francorum. — *Reg. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

3978. — *Alatri 20 Maii.*
Abbatem et conventum S. Petri in Wessinsbrunen sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam Phetinae eis confirmat. Alatri XIII. Kal. Iunii anno sexto. — *Mon. Boica VII. 389; cf. Leutner Hist. Wessofont. I. 238; Potthast 592. n. 6837; Horoy H-i opp. omn. IV. 156. n. 182.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

3979. — *Alatri 20 Maii.*
Abbatem conventumque monasterii de Rode cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem possessiones de Lomunsheim, de Kurle, de Merbure, de Streiflo, de Endelstorp et de Crombach eis confirmat. Alatri XIII. Kal. Iunii anno sexto. — *G. D. Franquinet Bered. inventaries der oorkonden.... van de abdij Kloosterrade (Maastricht 1869. 8.°) 38. n. 31.* (male ad an. 1221); *Potthast 593. n. 6838; Horoy H-i opp. omn. IV. 157. n. 183.* — « CVM A NOBIS. »

3980. — *Alatri 21 Maii.*
« (Guilelmo) archiepiscopo Remensi Ap. Sed. Legato. » Vt H. archidiacono Remensi ius procurationis, ratione visitationis in archidiaconatu suo de iure communi, et in Remensi provincia ex antiqua consuetudine ratione archidiaconatus, illibatum conservet. Alatri XII. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 376. fol. 237; Horoy H-i opp. omn. IV. 160. n. 187.* — « DILECTO FILIO. »

3981. — *Alatri 22 Maii.*
« (Guilielmo) episcopo Parisiensi. » Vt liceat sibi moniales delinquentes ad alia loca tranferre, ac rebelles per censuram ecclesiasticam coercere. Alatri XI. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 369. fol. 235; Horoy H-i opp. omn. IV. 162. n. 189.* — « PETITIO TVA. »

3982. — *Alatri 22 Maii.*
« Archipresbytero et clericis plebis sancti Martini de Matriculo. » Quaternarium clericorum numerum ab episcopo Parmensi loci dioecesano in eorum ecclesia statutum confirmat. Alatri XI. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 371. fol 235.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3983. — *Alatri 22 Maii.*
« Rectori et clericis ecclesie sancti Petri de Calestano. » Quaternarium clericorum numerum ab episcopo Parmensi in eorum ecclesia statutum confirmat. Dat. ut supra (Alatri XI. Kal. Iunii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 371 a. fol. 235.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3984. — *Alatri 22 Maii.*
« Abbati Corbeiensi. » Eius electionem in abbatem monasterii Corbeiensis, adprobatam, examinatione praemissa, nomine Papae, a sancti Eligii Noviomensi et sancti Iohannis in Vineis abbatibus et a magistro Iohanne de Firmitate canonico sancti Iohannis in Vineis Suessionensis, ratam habet. Alatri XI. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 389. fol. 239; Horoy H-i opp. omn. IV. 161. n. 188.* — « ELECTO TE OLIM. »

3985. — *Alatri 23 Maii.*
« Abbatibus et fratribus universis ordinis Premonstratensis. » Quum nonnulli, post professionem ab eis eorum ordini factam, ab ecclesiis suis malivole recedentes eorum domos incendere ac alias graviter eos damnificare praesumant, concedit ut canonicos et conversos suos rebelles sub custodia tenere possint ut eis aut domibus eorum molestias vel iacturas inferre nequeant. Alatri X. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 400. fol. 243.* — « CVM SICVT. »

3986. — *Alatri 23 Maii.*
« (Angelo) episcopo Venetensi. » Vt incendiarios suae dioecesis, qui propter paupertatem vel corporis impotentiam Sanctam Sedem adire nequeunt, ipse absolvere va-

leat. Alatri X. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 408. fol. 244.* — « Ex parte tva. »

3987. — *Alatri 23 Maii.*

« Abbati de Becto. » Vt clericis, quibus provisum sit in beneficio competenti, ipse solvere pensiones non cogatur quas sub conditione, donec eisdem provideretur, promiserat. Alatri X. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 409. fol. 244.* — « Exhibita nobis. »

3988. — *Alatri 24 Maii.*

« Vniversis prioribus, obedientiariis, nec non aliis ad monasterium sancti Laurentii de Aversa spectantibus. » Quum Mathaeus quondam abbas monasterii sancti Laurentii de Aversa in manibus Papae abbatiam renuntiaverit, mandat ut priori et conventui eiusdem monasterii obediant. Alatri VIIII. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 391. fol. 239.* — « Cvm Mathevs. »

3989. — *Alatri 24 Maii.*

Praepositum, fratres et ecclesiam S. Mariae de Curewalde ord. Praemonstr. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque possessiones ac bona eiusdem ecclesiae, quorum plurima nominatim recenset, iura atque privilegia confirmat. Alatri IX. Kal. Iunii indict. XII (!) incarn. dom. anno 1212 (!) pont. anno sexto. — *Mohr Cod. dipl. I. 273. n. 191; cf. Eichhorn Episc. Curiens. 353; Mohr Regest. von Schanfigg 50. n. 8; Potthast 593. n. 6840; Horoy H-i opp. omn. IV. 162. n. 190.* — « Religiosam vitam eligentibvs. »

3990. — *Alatri 25 Maii.*

« Abbati Casinensi. » Vt Maximo subdiacono et notario Papae vel nuntio eius de quibusdam unciis auri ei debitis satisfaciat, vel saltem ecclesiam sancti Micheaelis de Oliveto cum pertinentiis suis ipsi detinendam ad certum tempus assignet. Alatri VIII. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 430. fol. 249.* — « Miramvr plvrimvm. »

3991. — *Alatri 26 Maii.*

« Decano et capitulo Beati Martini Leodiensibus. » Ecclesias de Milnehēt cum pertinentiis suis, de Femala, de Breste, de Vfei et de Martins eis ab archiepiscopo Coloniensi et episcopo Leodiensi de consensu capitulorum suorum ad eorum inopiam sublevandam collatas confirmat. Alatri VII. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 388. fol. 238-239; Horoy H-i opp. omn. IV. 146. n. 171 (16 Maii).* — « Reparationi ecclesiarvm. »

3992. — *Alatri 26 Maii.*

« Priori de Monte Leprosorum, archidiacono, et cantori Rothomagensibus. » Vt sententiam excommunicationis latam ab episcopo Baiocensi in priorem et conventum ac procuratorem monasterii Cadomensis, eo quod ipsum episcopum noluerunt in eorum monasterio recipere nec ei consueta obsequia exhibere, faciant firmiter observari, quia ipse Pontifex innovando quoddam privilegium Alexandri PP. non intellexit iuri episcopi Baiocensis derogare. Alatri VII. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 394. fol. 240; Horoy H-i opp. omn. IV. 167. n. 193.* — « Cvm olim innovassemvs. »

3993. — *Alatri 26 Maii.*

« (Vicedomino) episcopo, abbati sancti Savini, et preposito sancte Eufemie Placentinis. » Mandat ut in potestatem et consiliarios civitatis Cremonensis excommunicationis et in civitatem ipsam interdicti sententias promulgent, donec satisfaciant monasterio sancti Xixti Placentino super spoliatione duarum partium castri et curtis Guastallae, et curtis Luciariae: totius quaestionis processum enarrat a tempore Innocentii PP. (III),

qui causam episcopo Regino commisit, ac diversis temporibus interlocuti sunt in eadem episcopus Mutinensis, deinde episcopus Parmensis, postea episcopus Brixiensis, demum (Hugolinus) episcopus Ostiensis tunc in illis partibus Apost. Sedis Legatus. Alatri VII. Kal. Iunii anno sexto. *Reg. Vat. lib. 6. epist. 396. fol. 241; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 36; Ficker Forschungen IV. 335. n. 302; Potthast Append. p. 2092. 6841a - 26088.* — « CONQVERENTE OLIM. »

3994. — *Alatri 26 Maii.*
« Iacobo archidiacono Corinthiensi. » Decimas abbatiae de Panagia a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis tunc Apostolicae Sedis Legato ei concessas confirmat. Alatri VII. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 398. fol. 243.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

3995. — *Alatri 26 Maii.*
« Iac. archidiacono, et G. cantori Corinthiensibus. » Redditus thesaurariae, quae in ecclesia Corinthiensi erat, a I(ohanne) tituli sanctae Praxedis tunc Apostolicae Sedis Legato concessi eisdem confirmantur. Dat. ut supra (Alatri VII. Kal. Iunii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 399. fol. 243.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

3996. — *Alatri 26 Maii.*
« Nobili viro Lowelino domino Norwallie. » Confirmat statutum quod ipse in terra suae ditioni subiecta cum consensu Henrici regis Anglorum fecerat, consentientibus quoque Stephano Cantuariensi archiepiscopo S. R. E. Cardinali et Pandulpho Norwiciensi electo Apostolicae Sedis Legato, contra abusum in eius terra introductum, ut illegitimi succederent in haereditates sicut et legitimi, ordinando ut David filius suus quem ex Iohanna filia cl. mem. regis Angliae uxore sua legitima suscepit, haereditario iure in omnibus bonis suis ei succedat. Alatri VII. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 407. fol. 244; Mss. Vall. I. 53.* — « CVM A NOBIS PETITVR.

3997. — *Alatri 26 Maii.*
Monasterium S. Danielis de Venetiis cum omnibus bonis tuendum suscipit et specialiter lacum cum molendino a (Marco) Castellano episcopo eidem collatum ipsi confirmat. Alatri VII. Kal. Iunii anno sexto. — *Cornelius Eccles. Venet. IV. 196; Potthast 593. n. 6841; Horoy H-i opp. omn. IV. 173. n. 191.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

3998. — *Alatri 27 Maii.*
« Arusiensi et Wendelfullensi (*Potth.* Wendelsusensi) episcopis. » Mandat, ut cessionem archiepiscopi Lundensis, si officium pastorale propter insanabilem corporis infirmitatem exercere nequeat, recipiant, proviso ut de bonis eiusdem ecclesiae ipse sustentetur, et capitulo Lundensi iniungant ut ad electionem novi pastoris procedant. Alatri VI. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 393. fol. 240; Suhm Hist. af Danmark IX. 756; Potthast 593. n. 6842; Horoy H-i opp. omn. IV. 173. n. 198.* — « VENERABILIS FRATER. »

3999. — *Alatri 27 Maii.*
« (Lucae) archiepiscopo Cusentino et (Andreae) episcopo sancti Marci. » Vt M. quondam abbati monasterii sanctae Mariae de Matiñ, translato monasterio, provideant ut commode substentetur, ipse vero quae habet de bonis ipsius monasterii abbati et conventui sine difficultate resignet. Alatri VI. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 403. fol. 243.* — « NE DILECTVS FILIVS. »

4000. — *Alatri 27 Maii.*
« Preposito sancti Iohannis Angeliacensi, et archipresbytero de Corma Regali Xanctonensis diocesis et magistro Constantino

Natali canonico Xanctonensi. » Hiis mandat ut, si invenerint decanum Engolismensem litteras apostolicas super provisione He(nrico) de Vilars decano et capitulo Engolismensibus missas contempsisse et easdem recipere recusasse, ipsum per censuram ecclesiasticam ad Curiam citent. Alatri VI. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 412. fol. 246; Horoy H-i opp. omn. IV. 168. n. 194.* — « Dilectvs filivs. »

4001. — *Alatri 27 Maii.*

« Maiori et Burgensibus de Rupella. » Eos mandat non teneri ad duas pravas consuetudines: « una siquidem hec est quod si forte indigena vel extraneus prodigalitatis vitio vel incuria seu quocumque casu alio dissipaverit vel amiserit omnia bona sua, bona uxoris sue quantumcumque laudabilis et honeste tam mobilia quam immobilia pro sue voluntatis libito alienat: » alia consuetudo haec est: « quod si vir ducat uxorem que fide coniugii violata, committat adulterium manifeste, vel exinde publica fama laboret, nihilominus medietatem omnium bonorum que fuerit vir adeptus, impudenter exigit et improbe apprehendit, que potius privanda esset omnibus viri bonis. » Alatri VI. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 416. fol. 246; Mss. Vall. I. 53; Decret. H-i III. lib. 5. tit. 8.* De adulter. *c. 1. ed. Ciron. 281; Decret. Gregorii IX. lib. I. tit. 4.* De consuetud. *c. 10. Boehmer Corp. II. 31 (an. 1223); Richter Corp. II. 40; Potthast 675. n. 7842 (absque nota chronologica); Horoy H-i opp. omn. IV. 169. n. 195; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. IV. c. X. p. 41.* — « Qvia error cvi. »

4002. — *Alatri 27 Maii.*

« P(hilippo) illustri regi Francie. » Vt P. de Lotzac praeposituram Brivatensem, qua spoliatus fuerat de mandato suo ab A(rchembaldo) domino de Borbonio conestabulo Alverniae, reddi faciat. Alatri VI. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 432. fol. 250; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 724; Potthast 593. n. 6844; Horoy H-i opp. omn. IV. 172. n. 197.* — « Creator hvmani generis. »

4003. — *Alatri 27 Maii.*

« (Berardo) Vivariensi, et (Gerardo) Valentinensi episcopis, et sacriste Romanensi Viennensis diocesis. » Committitur eis causa appellationis a P. de Lotzac praeposito Brivatensi interpositae super praepositura Brivatensi qua, pendentibus citationibus coram Lemovicensi episcopo et de Bosceto Cisterciensis ordinis et sancti Theofredi abbatibus, spoliatus fuerat per nobilem virum A(rchembaldum) dominum Borbonensem comestabulum Alverniae de mandato Philippi regis Franciae. Alatri VI. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 5. epist. 435. fol. 251; Mss. Vall. I. 53; Bouquet l. c. 723; Potthast 593. n. 6843; Horoy H-i opp. omn. IV. 170. n. 196.* — « Ad nostram avdientiam. »

4004. — *Alatri 28 Maii.*

« Abbati Aquicinctensi. » Vt monachos et conversos suos, qui propter violentam manuum iniectionem in excommunicationem incurrerunt, absolvere possit. Alatri V. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. epist. 392. fol. 239.* — « Tve religionis. »

4005. — *Alatri 28 Maii.*

« Nobili viro Wilelmo marchioni Montisferrati. » Obligat Cameram Apostolicam ad solvendum ei quindecim millia marcarum pro se et militibus suis in subsidium Terrae Sanctae profecturis, quae (Hugolinus) episcopus Hostiensis, dum in Lombardia legationis officio fungebatur, ei crucis signaculum assumenti promisit. Alatri V. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 397. fol. 242; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 6.* — « Cvm venerabilis. »

4006. — *Alatri 28 Maii.*
« (Thomae) Agriensi, (Briccio) Waciensi et (Alexandro) Waradiensi episcopis. » Vt se informent super sponsalibus contractis inter B(elam) natum (Andreae) regis Vngariae et filiam Ascari, cui ille a patre per Graeciam transeunte adhuc impubes in matrimonium promissus vellet ut Papa eum absolveret et licentiam eidem tribueret matrimonium contrahendi cum alia de qua maior possit utilitas regno Franciae (*Horoy corrigit* Hungariae) provenire. Alatri V. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 401. fol. 243; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 43; Fejér Cod. dipl. III. 1. 384; Theiner Mon. Hung. I. 33. n. 67; Potthast 593. n. 6845; Horoy H-i opp. omn. IV. 173. n. 199.* — « Ex parte nobilis viri. »

4007. — *Alatri 30 Maii.*
« Acconcio subdiacono et capellano nostro Ap. Sedis Legato. » Indulget ut, inquisitis omnibus inquirendis, et si cognoverit quod hoc evidens utilitas exposcat, episcopum Scandonensem concedat Nonensi ecclesiae, cuius pastor privatus est lumine oculorum, et Scandonensi capitulo licentiam tribuat alium sibi pastorem eligendi. Alatri III. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 402. fol. 243.* — « Dilecti filii. »

4008. — *Alatri 30 Maii.*
« (Hugolino) archiepiscopo Beneventano. » Vt Matheum quondam abbatem sancti Laurentii de Aversa ad sigillum dictae abbatiae per censuram ecclesiasticam resignandum, et se de administratione rerum monasterii memorati nullatenus intromittendum compellat. Alatri III. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 404. fol. 243; Mss. Vall. I. 53.* — « Grave gerimvs. »

4009. — *Alatri 30 Maii.*
« Corbiniacensi, et Corensi abbatibus, et priori Corbiniacensi Eduensis diocesis. » Irritas denuntient litteras a Landrico de Barziaco Cluniacensi monacho impetratas post impositum sibi a Papa silentium in causa contra abbatem Cluniacensem, per quem amotus fuerat a regimine cuiusdam prioratus. Alatri III. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 406. fol. 244.* — « Cvm Landricvs. »

4010. — *Alatri 30 Maii.*
« (Felici) episcopo Clugensi, abbati de Candiano Paduane diocesis et priori sancte Crucis de Venetiis. » Vt nobilem mulierem N. de Venetiis, quae post votum castitatis in manibus episcopi Castellani pubblice emissum, et deinde iterum factum in manibus (Hugolini) episcopi Hostiensis dum legationis officium fungebatur, contraxit cum nobili viro Henrico Dandulo de Venetiis matrimonium, de quo postmodum filium procreavit, nunc pristinum votum servare volentem, non obstante sententia prolata per Concordiensem episcopum et primicerium sancti Marci de Venetiis, a viro non permittant molestari. Alatri III. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 410. fol. 244.* — « Presentata nobis. »

4011. — *Alatri 30 Maii.*
S. Andreae, Glasguensi et Dunkeldensi episcopis et abbatibus, prioribus..., et aliis ecclesiarum praelatis per S. Andream, Glasguensem et Dunkeldensem dioceses constitutis mandat, ut illos qui possessiones monasterii de Neubotle Cisterc. ord. irreverenter invaserint *etc.*, excommunicent *etc.* Alatri III. Kal. Iunii anno sexto. — *Registrum S. Marie de Neubotle 202. n. 236; Potthast 593. n. 6846; cf. Horoy H-i opp. omn. IV. 174. n. 200.* — « Non absqve dolore. »

4012. — *Alatri 31 Maii.*
« Remensi, et Senonensi archidiaconis, et magistro P. de Collemedio capellano nostro Parisius commoranti. » Quum super causa inter (Guilelmum) episcopum, officialem

ipsius et cancellarium Parisienses ex parte una, et universitatem magistrorum et scolarium Parisiensium ex altera vertentem, post decisionem latam a (Stephano) archiepiscopo Cantuariensi et (Herveo) Trecensi ac (Guillelmo) Lexoviensi episcopis lites magis exarsissent, et Cenomanensi episcopo et suis coniudicibus processum commisisset, mandat ut excommunicationis sententiae ratae non habeantur, et quaedam ordinat, quae mandat ut inviolabiliter observari faciant. Alatri II. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 411. fol. 245; Mss. Vall. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 724; Notices et extraits XXI. II. 185; Potthast 593. n. 6847; Horoy H-i opp. omn. IV. 174. n. 201.* — « INIMICO HOMINE. »

4013. — *Alatri 31 Maii.*

« Abbati sancti Martini de Gemellis, decano et G. archidiacono Ambianensibus. » Quum G. praepositus ecclesiae sancti Audomarii Morinensis dioecesis magistrum W. canonicum Ariensem in clericum suum admittens eidem de bonis ipsius ecclesiae annuum redditum tredecim librarum assignasset donec in praebendali sibi beneficio provideretur, et postmodum, R. Pontivensi archidiacono sublato de medio qui praebendam scolasticam obtinebat, dictus praepositus eundem magistrum investivisset, sed decanus et capitulum eiusdem ecclesiae ipsum ad eam admittere denegassent; mandat Pontifex, eundem recipi faciant in canonicum predictae ecclesiae sancti Audomarii, et de anno in annum praebenda scolastica sibi detur, donec assecutus fuerit beneficium praebendale. Alatri II. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 418. fol. 247; Horoy H-i opp. omn. IV. 178. n. 203.* — « DILECTVS FILIVS. »

4014. — *Alatri 31 Maii.*

Abbati et conventui monasterii Populeti Cisterc. ord. (Tarraconens. dioec.), quibus ad mandatum apostolicum abbates de Cardona et Bellopodio et prior de Galter Vrgellens. dioec. licentiam tribuerant, ut terras quasdam per 40 annos absque decimarum et primiciarum onere ab ipsis possessas dare vicinis agricolis excolendas sine onere memorato etc. eis liceret, hanc licentiam confirmat. Alatri II. Kal. Iunii anno sexto. — *I. Finestres y de Monsalvo Hist. de el real monast. de Povlet II. (Cervera 1753. 4°) 429; Potthast Append. 2092. n. 6847 a. - 26089.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

4015. — *Alatri 1 Iunii.*

« (Iacobo) Taurinensi et (Hugoni) Vercellensi episcopis. » Vt solemniter excommunicent A. potestatem et populum Mediolanenses, qui archiepiscopum Mediolanensem exulare coegerant et contra eum nequiter conspirabant pro eo quod manutenere nitebatur ecclesiasticam libertatem. Alatri Kalendis Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 415. fol. 246; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 36; Rodenberg Epist. Select. 139. n. 199.* — « VENERABILIS FRATER. »

4016. — *Alatri 1 Iunii.*

« (Bernardo) Ebredunensi archiepiscopo. » Praecipiat abbati et conventui sancti Victoris Massiliensis ut usque ad festum sancti Lucae proximo venturum, per se vel per procuratores suos coram Papa compareant, responsuri super inquisitione in eos facta de iis quae in dicto monasterio contra beati Benedicti regulam attemptantur. Alatri Kalendis Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 423. fol. 248; Horoy H-i opp. omn. IV. 181. n. 205.* — « MIRAMVR PLVRIMVM. »

4017. — *Alatri 1 Iunii.*

Abbati Casaemarii eiusque fratribus significat, se unire monasterio eorum monasterium S. Dominici de Sora cum omnibus ecclesiis, pascuis, molendinis etc. et statuere, ut per eos idem monasterium informetur secundum Cisterciensis or-

dinis instituta. Alatri Kal. Iunii indict. IX (!) incarn. dom. an. 1222. pont. anno sexto. *Manrique Ann. Cisterc. IV. 222; Rondinini Monast. de Casaemario 46; Potthast 593. n. 6849; Horoy H-i opp. omn. IV. 179. n. 204.* — « CVSTODES ET AVCTORES (*Rondin.* cultores). »

4018. — *Alatri 2 Iunii.*

« Abbati et conventui Clarevallensibus. » Vt in alienis causis non teneantur testimonium perhibere, nisi forte super hoc impetratae a Sede Apostolica litterae plenam de hac indulgentia fecerint mentionem. Alatri IIII. Nonas Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 413. fol. 246.* — « CVM IN CASTRIS CLAVSTRALIBVS. »

4019. — *Alatri 2 Iunii.*

« Vniversis Christi fidelibus ad Halberstadensem ecclesiam consecrationis sue die accedentibus. » Cum C. quondam episcopus Halberstadensis diem consecrationis Halberstadensis ecclesiae pro multorum Sanctorum reverentia, quorum in ea reliquias posuit, celebrare statuerit solemnem, iis qui eodem die cum devotione ad eandem ecclesiam accedent, quadraginta dierum indulgentiam concedit. Alatri IIII. Nonas Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 422. fol. 248; Mss. Vallicell. I. 53.* — « QVONIAM VT AIT. »

4020. — *Alatri 3 Iunii.*

« (Guilielmo) episcopo Wigorniensi. » Vt, si viderit expedire, restituat priorem ecclesiae Wigorniensis ad officium et beneficium quibus fuerat a Papa privatus, eo quod falsis litteris usus fuerat. Alatri III. Nonas Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 420. fol. 247; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « CVM PRIOREM WIGORNIENSIS. »

4021. — *Alatri 3 Iunii.*

« (Guilielmo) episcopo et capitulo sancti Andree. » Vt pro fratribus de Neubotl Cisterciensis ordinis privilegia apostolica firmiter observantes, circa malefactores eorum et in causis sine morae dispendio iustitiam exhibeant et officii debitum exequantur. Alatri III. Non. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 425. fol. 248; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « QVERELAM DILECTORVM FILIORVM. »

4022. — *Alatri 3 Iunii.*

« (Vgrino) archiepiscopo Colocensi (*in Decr. H-i* Coloniensi) » Indulget ut R(ainaldum) praepositum Waradiensem ad ecclesiam Vltrasilvanam electum, et a rege et regina Vngarorum nec non ab illustribus illarum regionum praelatis commendatum, non obstante macula quae in altero suorum oculorum observatur, si alias est idoneus, confirmet. Alatri III. Non. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 426. fol. 248; Katona Hist. crit. V. 395; Fejér Cod. dipl. III. 1. 385; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austriac. 2. Abth. XV). 15. n. 16; Theiner Mon. Hung. I. 34. n. 68; Decret. H-i III. lib. I. tit. 5.* De corpore vit. *c. 1. ed. Ciron. 49; Potthast 594. n. 6850. et in Append. p. 2092; Horoy H-i opp. omn. IV. 183. n. 207 (2 Iunii).* — « BENIGNE NVPER (*in Decret. H-i incipit:* Postulasti magistro). »

4023. — *Alatri 4 Iunii.*

« Archiepiscopis et episcopis in quorum diocesibus monasteria et prioratus Cluniacensi (Duniacensi *Ciron.*) monasterio subiecta consistunt. » Ne proferant in monachos dicti ordinis sententias excommunicationis contra privilegia apostolica. Alatri II. Nonas Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 424. fol. 248; Decret. H-i III. lib. 5. tit. 12.* De privil. et exc. privil. *c. 1. ed. Ciron. 288; Decr. Gregorii IX. lib. 5. tit. 33.* De privil. et excess. priv. *c. 26. Boehmer Corp. II. 820 (an. 1216); Richter Corp. II. 832; Potthast 675. n. 7847 (absque

signo chronologico); Horoy H-i opp. omn. IV. 182. n. 206 (2 Iunii); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. tit. XXXIII. c. XXVI. p. 867. — « QVANTO AMPLIVS. »

4024. — *(Romae?) 5 Iunii.*

Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum ecclesiam S. Sabinae ad celebrandum et domos ad inhabitandum, sicut saeculares clerici habuerunt, de consensu specialiter tituli eiusdem ecclesiae presbyteri cardinalis concedit. Romae (?) Non. Iunii anno sexto. — *Ripolli Bullar. Praed. I. 15. n. 29; Potthast 594. n. 6851; Horoy H-i opp. omn. IV. 184. n. 208. (3 Iunii).* — « QVIA OMNIBVS EX. »

4025. — *Alatri 6 Iunii.*

« Nobili viro A(rchembaldo) domino de Borbonio Conestabulo Alvernie. » Vt P. de Lotzac praepositurам Brivatensem, qua iniuste eum regia fultus potestate spoliaverat, et fructus ex ea perceptos restituat. Alatri VIII. Id. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 433. fol. 250; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 726; Potthast 594. n. 6853; Horoy H-i opp. omn. IV. 185. n. 210.* — « AD NOSTRAM AVDIENTIAM. »

4026. — *Alatri 6 Iunii.*

« (Roberto) episcopo Claromontensi. » Iniungit ei ne amplius quasdam ecclesias ad capitulum Brivatense spectantes indebitis exactionibus molestare praesumat, occasione iuris episcopalis quod ei adiudicavit Innocentius Papa. Dat. ut supra (Alatri VIII. Idus Iunii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 434. fol. 250; Horoy H-i opp. omn. IV. 186. n. 211.* — « LICET SECVNDVM APOSTOLVM. »

4027. — *Alatri 6 Iunii.*

Prioribus et subprioribus ordinis Praemonstratensis concedit, ut de saecularibus negotiis cognoscere nullatenus teneantur. Alatri VIII. Id. Iun. anno sexto. — *Le Paige Bibl. Praemonstr. 654; Potthast 594. n. 6852; Horoy H-i opp. omn. IV. 185. n. 209.* — « CVM AD HOC. »

4028. — *Alatri 7 Iunii.*

« Decano Patracensi. » Redditus, quos ratione officii cantoriae habuerat in ecclesia Argolicensi, ei collatos a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis presbytero cardinali tunc Apostolicae Sedis Legato in partibus Romaniae, ipsi confirmat. Alatri VII. Idus Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 417. fol. 247.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

4029. — *Alatri 7 Iunii.*

« Magistro Wilelmo de Aria. » In causa, quae inter ipsum et capitulum ecclesiae sancti Audomarj Morinen. dioec. vertebatur super praebenda scolastica ecclesiae ipsius, intellectis meritis appellationis quam ipse interposuerat contra processum abbatis sancti Auberti et suorum coniudicum et ex actis Insulensis decani et collegarum ipsius per fidelem relationem Egidii SS. Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, processum eundem sententiabiliter retractat, et mandat ne ab aliquo super hoc ipse molestetur. Alatri VII. Idus Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 419. fol. 247; Horoy H-i opp. omn. IV. 187. n. 213.* — « INTELLECTIS PERFECTE. »

Super hoc scriptum est abbati sancti Martini de Gemellis, decano et archidiacono Ambianensibus, ne dictum magistrum molestari permittant. — *Reg. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

4030. — *Alatri 7 Iunii.*

Abbatem conventumque S. Martini Praemonstr. ord. Laudunens. dioc. cum omnibus bonis sub. b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem eis possessiones de Burchi, de Parmile *etc.* ac ecclesias de Sammoucy, de Cestropoy *etc.* confirmat. Alatri VII. Id. Iun. anno sexto. — *Hugo Annal. Praemonstr. I. prob. 47; Potthast 594. n. 6854; Horoy H-i opp. omn. IV. 187. n. 212.* — « CVM A NOBIS. »

4031. — *Alatri 8 Iunii.*
« Vniversis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint. » Conceditur indulgentia viginti dierum subsidia erogantibus ad reparationem ecclesiae Eboracensis pro maiori parte ruinam minitantis. Alatri VI. Idus Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 427. fol. 249; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « Si olim filii. »

4032. — *Alatri 8 Iunii.*
« De Cumba et de Stamleia abbatibus Conventrensis diocesis et archidiacono Conventrensi. » Mandat hiis ut religiosi Eboracensis dioecesis privilegia, quae falsa creduntur vel suspecta contra dignitatem et iura archiepiscopi et ecclesiae Eboracensis, inspicienda et examinanda ipsis ostendant. Alatri VI. Idus Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 428. fol. 249; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « Venerabilis fratris. »

4033. — *Alatri 8 Iunii.*
« Abbati et conventui sancte Praxedis de Vrbe. » Confirmat donationem Metochii Mileas cum suis pertinentiis Constantinopolitanae dioecesis, pertinentis quondam ad monasterium de Kehiriam, quam I(ohannes) tit. sanctae Praxedis tunc Apost. Sedis Legatus in partibus Romaniae eis fecerat. Alatri VI. Idus Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 429. fol. 249; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 19.* — « Cvm a nobis petitvr. »

4034. — *Alatri 9 Iunii.*
« (Stephano) archiepiscopo Cantuariensi sancte Romane Ecclesie Cardinali. » Committit ei quaestiones, quas amicabiliter sopiendas curabit, super obventionibus et rebus aliis subortas inter episcopum et conventum Wigornienses. Alatri V. Idus Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 421. fol. 247; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « Cvm inter venerabilem. »

4035. — *Alatri 10 Iunii.*
« (Bertholdo) patriarche Aquilegensi et (Conrado) episcopo Triestiensi. » Mandat Pontifex ut I. canonicum Polensem, qui pro falsitatis vitio circa litteras Innocentii Papae commisso, a patriarcha Gradensi ab omni officio et beneficio sententialiter auctoritate apostolica privatus fuit, et a Iohanne de Prato ac sancti Petri de Silva abbatibus a Pontifice delegatis excommunicatus extitit, et a G. et B. capellanis ipsius Pontificis in custodiam positus fuit: ratum habens quod super hoc factum fuit ab L. subdiacono et capellano qui praedictas sententias confirmavit: relegationis poena in aliquo monasterio detrudant ad poenitentiam agendam perpetuam: inhibet episcopo et archidiacono Veclensibus ne occasione litterarum ad ipsos per eundem falsarium contra B. praepositum Rubinensem obtentarum, ullo modo procedant. Alatri IIII. Idus Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 431. fol. 250.* — « Cvm dilectvs filivs. »

4036. — *Alatri 10 Iunii.*
« Nobilibus viris Stephano et Oddoni fratri eius dominis de Sarmineto. » Confirmat compromissum et laudum Cardinalis SS. XII. Apostolorum inter ipsos Stephanum et Oddonem ex una parte, et commune Nimphae ex altera, super quibusdam possessionibus positis in Liynitone, qui est a capite sancti Romani, et aliis bonis in territorio Nimphano. Alatri IIII. Idus Iunii anno sexto. — *Arch. Basil. Lateran. Q. 2. A. 13. Origin. cum sigillo plumbeo.* — « Cvm a nobis petitvr. »

4037. — *Alatri 12 Iunii.*
« (Petro) episcopo Ruthenensi et priori sancti Pauli Vivariensis diocesis et B. Fantol canonico Ruthenensi. » Vt, si A(rchembaldus) dominus de Borbonio comestabulus Alverniae Papae mandatum non adimpleverit,

P. de Lotzac ad praeposituram Brivatensem, qua a dicto domino spoliatus fuerat, restituant. Alatri II. Idus Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 436. fol. 251; Mss. Vall. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 726; Potthast 594. n. 6856; Horoy H-i opp. omn. IV. 188. n. 214.* — « AD NOSTRAM AVDIENTIAM. »

4038. — *Alatri 12 Iunii.*
« (Angelo) patriarche Gradensi. » Attentis quae ab Henrico procuratore suo et ab Hermachora procuratore primicerii et canonicorum ecclesiae sancti Marci de Venetiis sunt proposita, adiudicatur ei ius metropoliticum in eadem ecclesia, primicerio, et canonicis supradictis. Alatri II. Idus Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 437. fol. 251.* — « AVDITIS ET INTELLECTIS. »

4039. — *Alatri 12 Iunii.*
« Abbati de Lapide sancti Michaelis Halberstadensis diocesis. » Mandat, ut per ecclesiasticas censuras compellat canonicas et clericos iurisdictioni abbatissae Quidelinburgensis subiectos, ut eidem obediant, quos ipsa plerumque, sed frustra, propter inobedientias et culpas eorum ab officio beneficioque suspendit. Alatri II. Idus Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 448. fol. 255; deest inter Decret. H-i III. ed. Ciron. 76; Decret. Gregorii IX. lib. I. tit. 33.* De maior. et obed. *c. 12. ap. Boehmer Corp. II. 184; Richter Corp. II. 194; Kettner Antiq. Quedlinb. 230; Erath Cod. diplom. Quedlinb. 138; Lünig Spic. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) c. VII. Aebtiss. 206. n. 45; Leuckfeld Antiq. Michaelsteinens. 104; Potthast 594. n. 6857 (Maii 31 aut Iun. 12); Horoy H-i opp. omn. IV. 189. n. 215 (31 Maii vel 12 Iunii); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. XXXIII. c. XII. p. 201.* — « DILECTA IN CHRISTO. »

4040. — *Alatri 13 Iunii.*
(Hugoni) Ostiensi episcopo apostolicae sedis legato, qui, cum nunquam speretur « quod monasterium s. Petri in Coelo aureo de Papia per nigros valeat monachos reformari » congruum esse consideravit, « si Mortariensis ecclesia ord. s. Aug. ad praedictum monasterium ...... transferatur, cum canonici eiusdem ecclesiae laudabile habeant testimonium, » mandat, ut super hoc procedat, prout viderit procedendum. Alatri Id. Iun. anno sexto. — *Pennottus Cleric. canon. histor. 205; cf. Robolini Notizie IV. I. 101; Potthast 594. n. 6857 a; Horoy H-i opp. omn. IV. 189. n. 216.* — « BENIGNE TVAS RECEPIMVS. »

4041. — *Alatri 15 Iunii.*
« Vniversis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. » Concedit indulgentiam quadraginta dierum visitantibus ecclesiam Halberstadensem, die qua C. episcopus quondam Halberstadensis multas sanctorum reliquias, quas de civitate Constantinopolitana olim attulerat, ibi collocavit. Alatri XVII. Kal. Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 442. fol. 254; Mss. Vall. I. 53; Rodenberg Epist. Select. 170. n. 200.* — « IMMENSA DEI BENIGNITAS. »

4042. — *Alatri 15 Iunii.*
« (Pontio) episcopo, decano et archidiacono Attrebatensibus. » Mandat ut conversas monasterii sancti Nicolai de Arrovasia ordinis sancti Augustini, de quibus, diversis in diversis ipsius ordinis domibus commorantibus, suspicio mala oritur, in una de memorati monasterii cellulis congregent, et ibidem faciant eas sub clausura regulariter vivere. Alatri XVII. Kal. Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 451. fol. 256; Horoy H-i opp. omn. IV. 191. n. 217 (14 Iunii).* — « SVA NOBIS ABBAS. »

4043. — *Alatri 15 Iunii.*
« Vniversis Christi fidelibus per Yspaniam constitutis. » Vt Iacobi regi Aragonum contra Mauros, si hii guerram dicto regi fecerint, personarum et rerum auxilium impendant, et indulgentiarum praemia eisdem pol-

licetur. Alatri XVII. Kal. Iunii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6 epist. 456. fol. 347; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. 1222. n. 53; Potthast 594. n. 6858; Horoy H-i opp. omn. IV. 191. n. 218.* — « SVSCEPTE SERVITVTIS. »

4044. — *Alatri 15 Iunii.*

El papa concedió al Obispo Don Berenguer de Barcelona y su iglesia no poder ser visitanda, aun por comision apostólica, sino cuando la mayor parte del Capitulo impetrase y pidiese la visita. Alatri XVII. Kal. Iul. anno sexto. — *Villanueva Viage liter. XVII. 208; Potthast 594. n. 6859.*

4045. — *Alatri 16 Iunii.*

« Vrsariensi Cisterciensis ordinis, et Celle nove abbatibus, et priori Celle nove Auriensis diocesis. » Vt ad (Alfonsum) regem Portugalensem accedentes, litteras ei apostolicas exponant pro archiepiscopo Bracarensi, ut ipsi in hiis in quibus ante vel post excommunicationem offenderit, satisfaciat: gravissimae super hoc negotio ipsius Honorii Papae III litterae ad memoratum regem, dat. Alatri XVI. Kal. Iulii incipientes « Et si venerabili » de verbo ad verbum referuntur. Alatri XVI. Kal. Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 4. epist. 439. fol. 252; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 50-52 refert epistolam ad regem Portugalensem, quod faciunt et Potthast 594 n. 6860, et Horoy H-i opp. omn. IV. 192. n. 219.* — « NOVERITIS NOS. »

4046. — *Alatri 16 Iunii.*

« (Stephano) archiepiscopo Bracharensi. » Vt regem Portugalensem et complices suos, si sibi et aliis personis ecclesiasticis de damnis et iniuriis satisfecerint, possit ab excommunicatione absolvere. Dat. ut supra (Alatri XVI. Kal. Iulii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 440. fol. 253; Mss. Vall. I. 53; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 52.* — « VT REX PORTVGALENSIS. »

4047. — *Alatri 16 Iunii.*

« Cantuariensi archiepiscopo et episcopo Saresbiriensi. » Vt inquirant super matrimonio inter Wilelmum marescallum Angliae comitem Pendr̃ et unam de sororibus regis Anglorum contrahendo, super quo (Pandulfus) episcopus tum electus Norwiciensis, dum legationis officio ibi fungebatur, et nobilis vir iustitiarius Angliae tractatum habuerunt; et si regi et regno expedierit, ipsum adimpleri faciant. Alatri XVI. Kal. Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 458. fol. 258; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « EXHIBITA NOBIS. »

4048. — *Laterani 21 Iunii.*

« (Briccio) episcopo Vaciensi, et abbati Egriensi, Cenadiensis diocesis, et preposito Vaciensi. » Mandat ut inquirant et infra quatuor menses referant, an b. m. W(ilelmus) episcopus Albensis, sequutus tyrannidem A. praedecessoris sui, monasterium beatae Mariae de Clus violenter aggressus, privilegium ipsi ab Apostolica Sede concessum igne combussisset et eius regale privilegium aqua delevisset, qua de re abbas et conventus praefati, amissis privilegiis, iniuriatorum suorum a calumniis nequiverunt postmodum se tueri, et monasterium ipsum ad summam inopiam est deductum. Laterani XI. Kal. Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 460. fol. 258; Mss. Vall. I. 53; Fejér Cod. dipl. III. I. 386; Schuller Archiv I. 66; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (font. rerum Austr. 2. Abth. XV). 16. n. 17; Theiner Mon. Hungar. I. 34. n. 69; Fuxhoffer Monast. (ed. 2). I. 209; Potthast 595. n. 6862; Horoy H-i opp. omn. IV. 195. n. 220.* — « GRAVEM DILECTORVM FILIORVM. »

4049. — *Laterani 21 Iunii.*

Abbatissae et conventui monasterii de Avenis. Personas et monasterium earum cum omnibus suis bonis, tam praesentibus quam futuris, sub beati

Petri et sua protectione suscipit. Laterani XI. Kal. Iulii anno sexto. — *Bibl. Nat. Paris. Mss. lat. f. Moreau t. CXXIX. p. 119; Horoy H-i opp. omn. IV. 196. n. 221.* — « SOLET ANNVERE. »

4050. — *Laterani 22 Iunii.*
Abbatibus et fratribus universis ordinis Praemonstratensis inhibet, ne quisquam eorum in pertractandis alienis causis praesumat existere procurator. Laterani X. Kal. Iul. anno sexto. — *Emonis Chronic. in Matthaei Vet. aevi anal. II. 78; ed. Feith (Utr. 1866). 105; Potthast 595. n. 6863; Horoy H-i opp. omn. IV. 197. n. 222.* — « CVM RELICTIS SECVLI. »

4051. — *Laterani 23 Iunii.*
De Gratia Dei et S. Leonardi de Calmis et de Ruppella (Rochelle) abbatibus Xantonens. dioc. mandat, ut causam inter Henricum regem Anglorum et fratres militiae Templi, quibus Henricus (II) et Ricardus (I) reges Angliae in villa sua de Ruppella quasdam domos donaverant, qui autem facta gratia abutentes quascumque domos vel possessiones aut homines poterant infra circumquaque proprietatem regiam apprehendere sibi in regis praeiudicium usurpabant, et statim imponentes signa sua taliter usurpatis non permittebant exinde regi debita et consueta servitia provenire, concordia vel iudicio terminent. Laterani IX. Kal. Iulii anno sexto. — *Rymer Foed. I. 1. 88; Arcère La Rochelle 11. 662; Potthast 595. n. 6864; Horoy H-i opp. omn. IV. 197. n. 223.* — « CARISSIMVS IN CHRISTO. »

4052. — *Laterani 25 Iunii.*
« Abbati et conventui sancti Victoris Massiliensis. » Quod, quamdiu cives Massilienses excommunicationis et interdicti sententiis, quas episcopus Massiliensis, eorum culpis exigentibus, in eos protulerat, subiacebunt, aut se transferant ad unum vel etiam ad plures de eorum prioratibus, aut interim in ipso monasterio remanentes, nec pulsent campanas, nec celebrent coram excommunicatis et interdictis, nec decedentes tradant ecclesiasticae sepulturae. Laterani VII. Kal. Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 454. fol. 256; Horoy H-i opp. omn. IV. 202. n. 227.* — « SIGNIFICAVIT NOBIS. »

4053. — *Laterani 25 Iunii.*
St(ephano) Cantuariensi S. R. E. cardinali et (Waltero) Eboracensi (Eborum *Dugd.*) archiepiscopis et eorum suffraganeis aliisque ecclesiarum praelatis per Cantuariensem et Eboracensem (Eborum *Dugd.*) provincias constitutis mandat, ut abbates et fratres Cisterciensis ordinis a praestatione decimarum omnino servent immunes. Laterani VII. Kal. Iulii anno sexto. — *Frey UB. des Kl. Otterberg 88. in n. 119; Dugdale Monast. Anglic. V. 536. n. 15; Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. 1. 55. in n. 54; Rossel UB. der Abtei Eberbach II. 1. 75. in n. 313; Potthast 595. n. 6865; Horoy H-i opp. omn. IV. 199. n. 224.* — « CVM ABBATES CISTERCIENSIS. »

4054. — *Laterani 25 Iunii.*
Hugoni de Leziniaco comiti Marchiae et Isabellae uxori eius Pictavens. dioc. ob infestatas Henrici regis Anglorum terras olim excommunicatis, dein absolutis nunc denuo excommunicationis minas intentat, nisi infra festum S. Andreae proximo futurum dotem (Iohannae) sororis dicti regis (quam scilicet in uxorem ducere negaverat) et castra de Campniaco et Merpisii cum fructibus inde perceptis praefato regi reddant. Laterani VII. Kal. Iulii anno sexto. — *Rymer Foed. I. 1, 88; Bouquet Rec. XIX. 726; F. Marvaud Études histor. sur la ville de Cognac II. (Niort 1870. 8°). 291; Potthast 595. n. 6866; Horoy H-i opp. omn. IV. 200 n. 225.* — « INTELLEXIMVS EX RELATIONE. »

4055. — *Laterani 25 Iunii.*
Abbate et conventu Casaemarii petentibus inhibet, ne possessiones de eleemosyna apostolica eorum monasterio acquisitae ab aliquo alienentur. Laterani VII. Kal. Iul. anno sexto. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 224; Rondinini Monast. de Casaemario 34; Potthast 595. n. 6867; Horoy H-i*

opp. omn. IV. 201. n. 226. — « Vestris inclinati precibvs. »

4056. — *Laterani 26 Iunii.*

« A. de Amelon Gesborne Ildesemensis diocesis, et sancti Michaelis abbatibus et decano Sancte Crucis Ildesemensibus. » Vt S(igfridum) episcopum Ildesemensem, qui multa de bonis Ildesemensis ecclesiae distraxit et alias gravavit ea onere debitorum et nuper regimen cessit, compellant esse contentum pensione per ipsos moderanda, ne C(onradus) Ildesemensis episcopus, qui suscepit eandem ecclesiam gubernandam, luere quod non fecit et solvere quod non rapuit compellatur. Laterani VI. Kal. Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 444. fol. 254.* — « Si bonvm est. »

4057. — *Laterani 26 Iunii.*

« (Frederico) Halberstadensi et (Conrado) Ildesemensi episcopis et nobilibus viris H. duci Saxonie, comiti Palatino Reni, comiti Ascarie et ministerialibus Madeburgensis ecclesie. » Laudat eos de iuramento quod fecerant de pace in terris suis servanda. Dat. ut supra (Laterani VI. Kal. Iulii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 445. fol. 254; Mss. Vall. I. 53; Rodenberg Epist. Select. 140. n. 201.* — « Gratvm gerimvs. »

4058. — *Laterani 27 Iunii.*

« (Iacobo) episcopo Astensi. » Philippum sancti Constantii monachum in abbatem sancti Petri de Saviliano Taurinensis dioec. electum, si idoneum et canonice electum invenerit, quum propter loci paupertatem et viarum pericula commode ad Papae praesentiam venire non possit, ipse confirmet. Laterani V. Kal. Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 443. fol. 254.* — « Dilecti filii. »

4059. — *Laterani 27 Iunii.*

« (Roberto) illustri Constantinopolitano Imperatori. » Acceptis litteris suis per H. Dominici Sepulchri Constantinopolitanum priorem, eum laudat quod per ministerium I(ohannis) tit. sanctae Praxedis Ap. Sed. Legati inveteratam et recidivam materiam dissentionis et scandali inter ecclesiam Constantinopolitanam et imperium extinxerit: optat ipsum de inimicis fidei orthodoxae feliciter triumphare, et omnes, qui contra eum et imperium Graecis adhaeserint, excommunicationis mucrone percellit, et Huberto comiti de Blandraco et sociis eius in subsidium imperii venientibus eandem Terrae Sanctae indulgentiam concedit. Laterani V. Kal. Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 446. fol. 254; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 14-15; Potthast 595. n. 6868; Horoy H-i opp. omn. IV. 203. n. 228 cum initio:* Imperialis celsitudinis. — « Vt honorem transitorivm. »

4060. — *Laterani 27 Iunii.*

« Vniversis comitibus, baronibus et aliis magistratibus, militibus Latinis in Constantinopolitano imperio constitutis. » Vt pacem servent ad invicem et imperatorem defendant, alias excommunicationis mucrone percutientur qui contra praedictum imperatorem Graecis adhaeserint ipsisque praestiterint auxilium; iis vero qui Huberto comiti de Blandraco et sociis eius in subsidium imperii venerint eamdem concedit indulgentiam quae statuta fuit in subsidium Terrae Sanctae transfretantibus. Dat. ut supra (Laterani V. Kal. Iulii. anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 447. fol. 255; Mss. Vallic. I. 53.* — « Qvandiv in timore. »

4061. — *Laterani 27 Iunii.*

« (Conrado) episcopo Portuensi Apost. Sedis Legato. » Provideat quod comitatum Amiliani, a clarae mem. P. rege Aragonum in manu Apostolicae Sedis positum, et qui est R. quondam comiti Tolosano obligatus, I. regi Aragonum eiusdem P. filio conservetur. Laterani V. Kal. Iulii anno sexto. —

Reg. Vat. lib. 6. epist. 449. fol. 255. — « Karissimvs in Christo filivs. »

4062. — *Laterani 27 Iunii.*

« Abbati de Tilieto Cisterciensis ordinis Aquensis diocesis. » Vt electionem M. in abbatem monasterii sancti Gaudentii de sancto Stephano Albensis dioecesis, si de persona idonea et canonice celebratam invenerit, confirmet. Laterani V. Kal. Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 453. fol. 256; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « Dilecti filii. »

4063. — *Laterani 28 Iunii.*

« Abbati, et priori sancti Iohannis in Vineis et decano Suessionen. » Moneant episcopum et capitulum ecclesiae Cathalaunensis ad recipiendum Rogerum clericum in canonicum et fratrem, eidem praebendam, si qua ad praesens vacat, vel primo vacaturam conferentes, praesertim quum b. m. H. diaconus et plures archidiaconi nec non plures alii canonici Cathalaunensis ecclesiae pro eo supplicaverint. Laterani IIII. Kal. Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 450. fol. 256; Horoy H-i opp. omn. IV. 204. n. 229.* — « Dilectvs filivs. »

4064. — *Laterani 28 Iunii.*

« Nobili viro Savarico de Maloleone. » Concedit ei ne, durantibus inimicitiis in quas incidit pro defendendo Henricum regem Anglorum, trahatur in causam per litteras apostolicas extra dioecesim Xanctonensem nec etiam in terram Hugonis comitis Marchiae, quae in ipsa dioecesi continetur. Laterani IIII. Kal. Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 452. fol. 256; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « Svpplicavit nobis. »

4065. — *Laterani 28 Iunii.*

« Magistro et fratribus Hospitalis Cruciferorum Bononiensis. » Iis concedit ut, si de bonis, quae in emphiteusim tenent, per ignorantiam vel per negligentiam statutis temporibus canonem non soluerint, propter hoc a iure dominii non cadant. Laterani IIII. Kal. Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 461. fol. 258; Mss. Vall. I. 53.* — « Indempnitati vestre. »

4066. — *(Laterani Iun. fin.).*

(Arnaldo) archiepiscopo Narbonensi intimat, se certiorem esse factum, - R(aimundum) filium quondam R(aimundi) comitis Tolosae nuncios solemnes esse transmissurum facturos pro ipso apostolicae beneplacitum voluntatis. Sollicitat eum et hortatur, det operam ut terra ita purgetur ab haereticis et ità ecclesiis fiat restitutio ablatorum et cum A(malrico) comite Tolosano taliter componatur, « quod ad audiendos iam dicti nobilis nuncios aures apostolicas inclinare merito debeamus: ita quod ipsi nuncii falsa pro veris non valeant suadere. » Sine nota chronologica. Finis deest. — *Vaissette Mém. à l'hist. de Languedoc III. pr. 382; Bouquet Rec. XIX. 727; Potthast 595. n. 6869; Horoy H-i opp. omn. IV. 205. n. 230.* — « Recepimvs litteras nobilis. »

4067. — *Laterani 1 Iulii.*

« (Iohanni) episcopo Elyensi et de Bedeford, et de Huntedoñ archidiaconis Lincolniensis diocesis. » Vt litteras nomine Papae confectas, quarum tenorem eis transmittit, falsas nuntient, nisi abbas et conventus de Theokebir̃ Wigorniensis dioecesis pro iis sufficientem praestiterint cautionem. Laterani Kal. Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 455. fol. 257; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « Presentivm vobis. »

4068. — *Laterani 1 Iulii.*

« (Berengario) Barchinonensi episcopo. » Vt canonicis suis inhibeat ne beneficia ad episcopalem mensam spectantia sibi collata seu etiam conferenda, sine sua vel successorum suorum auctoritate, conferre praesumant. Laterani Kal. Iulii anno sexto. —

Reg. Vat. lib. 6. epist. 457. fol. 257. — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

4069. — *Laterani 2 Iulii.*
« (Henrico) episcopo Autisiodorensi et archidiacono Senonensi. » Quum R. quondam abbas conventus Pulteriensis, quem episcopus Trecensis et collegae ipsius propter quaedam crimina, quibus infamatus fuerat, ab administratione abbatiae removerunt, pendente eius appellatione coram R(omano) sancti Angeli diacono cardinali, spontaneus in manibus Pontificis renuntiaverit, mandat ut electionem Hugonis in abbatem ipsius loci, si canonica fuerit, confirment. Laterani VI. Nonas Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 482. fol. 263.* — « CVM OLIM DILECTI FILII. »

4070. — *Laterani 4 Iulii.*
« Archiepiscopis et episcopis per regnum Vngarie constitutis. » Mandat eis ut, quamvis Andrea rex Vngariae Belam filium suum coronari fecerit in regem, tamen ipsi viventi obsequium non subtrahatur, quum esse non debeat ut, eo vivente, alius dominet in regno, rebellesque tam in regno quam extra regnum per censuram ecclesiasticam compescant. Laterani IIII. Non. Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 464. fol. 259; Mss. Vall. I. 53; Fejér Codex dipl. III. I. 388; Theiner Mon. Hungariae I. 35. n. 70; Potthast 595. n. 6870; Horoy H-i opp. omn. IV. 206. n. 231.* — « QVIA KARISSIMVS. »

4071. — *Laterani 5 Iulii.*
« Canonicis ecclesie sanctorum Cosme et Damiani in Silice de Vrbe. » Confirmatur donatio eis facta a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis olim Apost. Sedis Legato in partibus Romaniae de Metochio Tosipa Calcedonensis dioecesis, quondam Graecorum tempore ad monasterium sanctae Mariae de Hytria Constantinopolis pertinente. Laterani III. Non. Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 462. fol. 259; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 19.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4072. — *Laterani 5 Iulii.*
Willelmum dictum archiepiscopum Pictaviensis diocesis, qui iunctis cum Hugone de Leziniaco viribus Henricum regem Anglorum dominum suum graviter laeserat et propterea erat excommunicatus, monet ut praefato regi, « cuius homo ligius esse debes », infra festum S. Andreae proximum de damnis et iniuriis irrogatis satisfaciat, ne eidem iterum fiat obnoxius sententiae. Laterani III. Non. Iul. anno sexto. — *Rymer Foed. I. 1. 88; Bouquet Rec. XIX. 727; Potthast 596. n. 6871; Horoy H-i opp. omn. IV. 207. n. 232.* — « CARISSIMVS IN CHRISTO. »

4073. — *Laterani 5 Iulii.*
Abbatissae ac monialibus monasterii Iesu Christi Cisterc. ord. Papiens. dioc., quas Papiensis episcopus e monasterio S. Christophori Papiensis ad praefatum coenobium transtulerat, hanc translationem confirmat. Laterani III. Non. Iul. anno sexto. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 226; Potthast 596. n. 6872; Horoy H-i opp. IV. 209. n. 233.* — « REFERENTIBVS VOBIS DIDICIMVS. »

4074. — *Laterani 6 Iulii.*
« Episcopo Esino et abbati sancti Savini Esine diocesis. » Mandat ut ab Aesinis civibus iuratoriam ac aliam sufficientem pignoratitiam cautionem recipiant quod Ecclesiae mandatis parebunt. Laterani II. Non. Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 459. fol. 258; Theiner Cod. Dipl. Dom. Temp. S. Sedis I. 71. n. 114; Potthast 596. n. 6874; Horoy H-i opp. omn. IV. 210. n. 235.* — « CVM CIVES ESINI. »

4075. — *Laterani 6 Iulii.*
« Archiepiscopo, decano et capitulo Patracensibus. » Eorum exemptionem ab ecclesia Constantinopolitana, factam a I(ohan-

ne) tit. sanctae Praxedis olim Apost. Sedis Legato in partibus Romaniae, ratam habet. Laterani II. Non. Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 473. fol. 261.* — « EA QVE PER APOSTOLICE SEDIS. »

In eundem modum scriptum est episcopo et capitulo Maditensibus, inhibens ne Constantinopolitana ecclesia in ipsa vel Avidensi ecclesia sibi subiecta vel aliis in earum diocesibus constitutis etc. iurisdictionem exerceat.

4076. — *Laterani 6 Iulii.*

Abbatem et priorem Vallis Dei Cisterc. ord. a commissionum apostolicarum sollicitudine eximit. Laterani II. Non. Iul. anno sexto. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 229; Potthast 596. n. 6873; Horoy H-i opp. omn. IV. 210. n. 234.* — « A NOBIS HVMILITER. »

4077. — *Laterani 7 Iulii.*

« Karissime in Christo filie Yoles illustri regine Vngarie. » Eius personam una cum omnibus bonis suis praesentibus et futuris recipit in protectionem, specialiter autem Banatum cum pertinentiis suis, Comitatum de Warastin, Comitatum Sumugiensem, Comitatum de Zala et Comitatum de Cerem cum suis pertinentiis et alia quae ab Andrea rege Vngariae viro suo ei in dotalitium concessa fuerunt, confirmat. Laterani Nonis Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 463. fol. 259; Fejér Cod. Dipl. III. 1. 388; Theiner Mon. Hungar. I. 35. n. 71; Mss. Vall. I. 53; Potthast 596. n. 6875; Horoy H-i opp. omn. IV. 211. n. 236.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

4078. — *Laterani 7 Iulii.*

« Iohanni canonico Ferentinati. » Vt L. procuratorem Petri nati nobilis viri Iacobi Iohannis Capucii civis Romani nec non basilicae Principis Apostolorum canonici in possessionem inducat ecclesiae de Mordona, quam episcopus Norwicensis ei contulit. Laterani Nonis Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 474. fol. 261.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

4079. — *Laterani 7 Iulii.*

« De Sancto Albano, et de Radinges abbatibus Lincolniensis et Saresbiriensis diocesum. » Vt electionem Riccardi in abbatem Westmonasterii, si de persona idonea canonice celebratam invenerint, confirment. Laterani Nonis Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 476. fol. 261; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « DILECTI FILII CONVENTVS. »

4080. — *Laterani 8 Iulii.*

« (Rainerio) patriarche et capitulo Antiochenis. » Cum consuetudo quaedam in eorum inoleverit partibus, ne Suriani et Armeni contra Francigenas nec conrra ipsos Franci ad testimonium admittantur, mandat ut, non tantum Graecos sed etiam Surianos et Armenos et generaliter fideles omnes ad testificandos idoneos producere possint pro recuperandis ecclesiae proprietatibus. Laterani VIII. Idus Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 467. fol. 259; Mss. Vall. I. 53.* — « VESTRE STATVM ECCLESIE. »

4081. — *Laterani 8 Iulii.*

« Abbati sancti Viti et priori sancti Xisti Pisanis. » Sententiam Egidii sanctorum Cosmae et Damiani diaconi cardinalis confirmans, mandat ut publice nuntient Barth. presbyterum dictum priorem sancti Petri ad Vincula excommunicationis ac suspensionis sententiis non teneri, quas Barth. archipresbyter et collegae ipsius propter incisionem litterarum apostolicarum in eum protulerunt. Laterani VIII. Idus Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 475. fol. 261.* — « CORAM DILECTO FILIO. »

4082. — *Laterani 9 Iulii.*

« Episcopo Tyburtino. » Ei et suis successoribus ecclesiam sancti Laurentii de Su-

blacu ad usum mensae episcopalis concedit. Laterani VII. Idus Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 465. fol. 259.* — « AVCTORITATE PRESENTIVM. »

4083. — *Laterani 11 Iulii.*

« Maiori capitulo Cisterciensium. » Vt monasteria Casaemarii et sancti Dominici (de Sora), cuius bona a Friderico imperatore et rege Siciliae monasterio Casaemarii concessa fuerunt, unum habeantur. Laterani V. Idus Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 468. fol. 260.* — « CVM EX DEVOTIONE. »

4084. — *Laterani 13 Iulii.*

« Conrado Scolari. » Quum « dilectus filius nobilis vir Iordanus de Columpna te solutus genuerit de soluta, nos attendentes in te generositatem sanguinis a quo ducis originem ac insignia proprie indolis que in adolescente sic radiant ut virum videantur egregium polliceri, auctoritate tibi presentium indulgemus ut huiusmodi defectus natalium tibi quoad spiritualia nihil obsit. » Laterani III. Idus Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 472. fol. 260.* — « DIGNVM EST ILLVM. »

4085. — *Laterani 14 Iulii.*

« Sancti Michaelis Bucceleonis, sancte Marie de Blackerna et sancti Georgii decanis Constantinopolitanis. » Mandat ut constitutiones a P(elagio) Albanensi episcopo et a I(ohanne) tituli sanctae Praxedis olim Apostolicae Sedis Legatis pro ecclesiarum statu editas observari faciant. Laterani II. Idus Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 479. fol. 262.* — « EX PARTE CLERI. »

4086. — *Laterani 14 Iulii.*

« Sancti Michaelis Bucceleonis, sancte Marie de Blackerna, et sancti Georgii de Mangano decanis Constantinopolitanis. » Vt quae attemptata fuerunt contra ordinationes I(ohannis) tit. sanctae Praxedis Apost. Sedis Legati in partibus Romaniae, in statum pristinum revocent. Dat. ut supra (Laterani II. Idus Iulii anno sexto). — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 480. fol. 262.* — « CVM EA QVE. »

4087. — *Laterani 14 Iulii.*

« Berardo archiepiscopo Messanensi. » Fit ordinatio in causa quae inter ipsum archiepiscopum et archimandritam monasterii sancti Salvatoris de Lingua Messanensis circa subiectionem, obedientiam et reverentiam ac quaedam iura episcopalia ab eodem archiepiscopo petita verebatur. Laterani II. Idus Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 485. fol. 264.* — « PETENTE TE OLIM. »

4088. — *Laterani 15 Iulii.*

« Magistro et fratribus Hospitalis sancti Sansonis Constantinopolitanis. » Concedit quod equi et arma eis oblata cedant in eorum usus, cum pro defensione imperii, quod multipliciter infestatur a Graecis, oporteat eos existere praemunitos. Laterani Idibus Iulii anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 469. fol. 260.* — « SOLET ANNVERE. »

4089. — *Laterani 16 Iulii.*

« (Rainerio) patriarche Antiocheno. » Vt compellat subditos suos contribuere ad procurationes Legatorum et Nuntiorum Sedis Apostolicae. Laterani XVII. Kal. Augusti anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 470. fol. 260.* — « CVM INSTANTIA VESTRA. »

4090. — *Laterani 18 Iulii.*

« Magistro Bartholomeo de Anagnia scriptori nostro. » Dispensatur cum eo super defectu natalium, ita ut huiusmodi defectus quoad spiritualia ei nihil obsit. Laterani XV. Kal. Augusti anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 471. fol. 260.* — « NEC NOVVM EST. »

4091. — *Laterani 19 Iulii.*
« (Rainerio) patriarche Antiocheno. » Vt in prosecutione causae quam super Beritensi et Sydoniensi episcopatibus, quos ad suam ecclesiam asserit pertinere, habet adversus Ierosolimytanam et Tyrensem ecclesias, praescriptio non currat. Laterani XIIII. Kal. Augusti anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 477. fol. 262.* — « Svpplicasti nobis. »

4092. — *Laterani 19 Iulii.*
« Vniversis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. » Confirmat quasdam indulgentias visitantibus statutis diebus basilicam sanctae Mariae Maioris de Vrbe, iam concessas a Xisto PP. III. in die consecrationis Basilicae et a Clemente PP. III. in solemnitate consecrationis eiusdem, quando lapidem altari maiori superposuit consecratum ab ipso, et alias de novo concedit. Laterani XIIII. Kal. Augusti anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 481. fol. 262; Mss. Vall. I. 53 (16 Iulii); Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 38; Bull. Rom. ed. Taurin. III. 383. n. 60; Potthast 596. n. 6876; Horoy H-i opp. omn. IV. 211. n. 237.* — « Devotio qvam habemvs. »

4093. — *Laterani 20 Iulii.*
« Abbati et conventui sancti Vincentii Laudunensis. » Concedit eis novalium decimas in illis territoriis in quibus decimas veteres obtinent. Laterani XIII. Kal. Augusti anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 478. fol. 262; Horoy H-i opp. omn. IV. 213. n. 239.* — « Non facimvs cviqvam. »

4094. — *Laterani 20 Iulii.*
« Archipresbytero et canonicis ecclesie sancte Marie Maioris. » Confirmat eis monasterium Megalacio Squisictensis dioecesis in imperio Romaniae a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis olim Apost. Sedis Legato concessum. Laterani XIII. Kal. Augusti anno sexto. — *Arch. della Basilica Liberiana (originale).* — « Ivstis petentivm. »

4095. — *Laterani 20 Iulii.*
Praeposito et capitulo Hamburgensibus confirmat abbatis de Reddengeshusen aliorumque arbitrium, quo causam inter (Gerardum) archiepiscopum Bremensem et canonicos Hamburgenses agitatam terminaverant. Laterani XIII. Kal. Aug. anno sexto. — *Staphorst Hamburg. Kirchengesch. I. 649. ad an. 1223; Lappenberg Hamburg. UB. I. 394. n. 447; Potthast 596. n. 6877; Horoy H-i opp. omn. IV. 212. n. 238.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

4096. — *Laterani 21 Iulii.*
Praeposito, decano et capitulo Hamburgensibus. Compositionem inter canonicos Hamburgenses et archiepiscopum Bremensem super confectione seu receptione crismatis amicabiliter initam confirmat. Laterani XII. Kal. Aug. anno sexto. — *Lappenberg l. c. n. 448; Potthast 596. n. 6878; Horoy H-i opp. omn. IV. 213. n. 240.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

4097. — *Laterani 23 Iulii.*
« Stephano de Columpna subdiacono, et Petro Gregorii scriptori nostris Parisius commorantibus. » Mandat ut per ecclesiasticam censuram cogant (Blancam) Campaniae comitissam ad solvendam Paulo Iohannis Mocerii civi Romano pecuniam quam pro b. mem. Waltero comiti Bremensi se reddituram promiserat. Laterani X. Kal. Augusti anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 483. fol. 263; Bouquet Rec. XIX. 728; cf. Iubainville Comt. de Champagne V. 183. n. 1438; Potthast 596. n. 6879; Horoy H-i opp. omn. IV. 214. n. 241.* — « Dilectvs filivs. »

4098. — *Laterani 23 Iulii.*
« Vniversis Christi fidelibus per Angliam constitutis. » Vt fratribus militiae Templi auxilientur in construendo quodam castro

christianis valde necessario, quod castrum Peregrinum vulgariter appellatur. Laterani X. Kalendas Augusti anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 484. fol. 263; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « PREMIORVM MERENTVR ESSE. »

4099. — *Laterani.*

Gosuino, Reinero, Iohanni, Gerardo, Henrico, Balduino et Godefrido canonicis S. Petri in Lovanio ius praesentandi ad ecclesiam b. Petri in Lovanio parochialem presbyterum, instituendi custodem in ipsa et ius instituendi capellanos in capellis b. Michaelis et s. Quintini de Hovis etc. confirmat. Laterani anno sexto (1221 Iul. 24 - 1222 Febr. 28; Iun. 21 - Iul. 23). — *Ioh. Molani Hist. Lovaniens. ed. F. X. de Ram I. (Bruxellis 1861. 4°). 150; Potthast Append. 2092. n. 6879 a - 26090.*

4100.

« Magistro et fratribus Hospitalis sancte Marie Teutonicorum Ierosolimitanis. » Mandat, sine speciali mandato Romani Pontificis nemo eos audeat excommunicare, et si ab aliquo excommunicati fuerint, non omittant ecclesias frequentare aut servitio eorum domus vel divinis officiis interesse. Dat. etc. (absque signo chronologico) — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 350. fol. 230; Strehlke Tab. p. 334. n. 405; Potthast 662. n. 7696; Horoy H-i opp. omn. III. 872. n. 6 (Epist. sine die).* — « CVM VOS TAMQVAM. »

« Istos dominus Honorius Papa III consecravit: archiepiscopum Beneventanum, episcopum Norwicensem, episcopum Ortanum, episcopum Belvacensem. — *Reg. Vat. lib. 6. (7. Rayn.) fol. 262; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 38.*

REGESTA

DOMINI HONORII PAPAE III

ANNVS SEPTIMVS

[1222-1223]

[An. 1222]

4101. — *Laterani 29 Iulii.*
(Titulus in margine partim tantum legitur hisce verbis) « .... et clero Vrbis.... sancte Marie Maioris. » Confirmat et amplificat indulgentias eidem basilicae a Sixto (III) et Clemente (III) Romanis Pontificibus concessas, et ordinat ut eius dedicationis dies solemniter celebretur. Laterani IIII. Kal. Augusti anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 231. fol. 77; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 22.* — « QVE REVERENTIA QVE. »

4102. — *Laterani 3 Augusti.*
« Hugoni episcopo Amiclensi. » Suspensionem quam incurrerat ob excommunicationem in eum latam a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis presb. Card. tunc Apost. Sedis Legato, eo quod remansit in terra interdicta proprii corporis infirmitate detentus, et Egidio clerico excommunicato et interdicto, licet extra terram eandem, beneficium contulerat, eidem relaxat. Laterani III. Non. Augusti anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 3. fol. 1; Mss. Vallicell. I. 53.* — « EX TVA INSINVATIONE. »

4103. — *Laterani 3 Augusti.*
« Archiepiscopo Corinthiensi, episcopo Lacedemonensi et decano Mothonensi. » Vt Amiclensem episcopum crucesignatum, quum propter senectutis incomoda et proprii debilitatem corporis nequeat personaliter exequi votum suum, sufficienti ab eodem cautione recepta quod tempore generalis passagii iuxta facultates suas in subsidium Terrae Sanctae quosdam dirigat bellatores, a voto peregrinationis absolvant. Dat. ut supra (Laterani III. Non. Augusti anno septimo). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 4. fol. 1.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4104. — *Laterani 6 Augusti.*
« Leoni archidiacono Amiclensi. » Concedit ei ut ad suum archidiaconatum restituatur ad preces Amiclensis episcopi, qui « nobis exposuit, quod cum tu ad terram interdictam de licentia ipsius accesseris percepturus prebende tue proventus quibus sustentareris in exilio ubi propter interdictum cum aliis clericis morabaris, dilectus filius noster I(ohannes) tituli sancte Praxedis presbyter Cardinalis tunc Apost. Sedis Legatus ex hoc te asserens excommunicationis sententiam incurrisse archidiaconatu

tuo ab eadem absolutum sententia te privavit. » Laterani VIII. Idus Augusti anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 5. fol. 1.* — « Venerabilis frater noster. »

4105. — *Laterani 9 Augusti.*

« Priori et conventui Thessalonicensibus ordinis Dominici Sepulchri. » Constitutionem archiepiscopi Thesalonicensis (sic) qua, inductis quibusdam saecularibus canonicis in ecclesia sancti Demetrii, ubi tunc eorum dumtaxat ordinis canonici habebantur, statuit ut haberent de possessionibus ipsius ecclesiae certam partem, a B(enedicto) Portuensi et P(elagio) Albanensi episcopis tunc in partibus Romaniae Legatis Sedis Apostolicae approbatam et ab Innocentio Papa (III) ratam habitam, confirmat. Laterani V. Idus Augusti anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 1. fol. 1.* — « Cvm a nobis petitvr. »

4106. — *Laterani 9 Augusti,*

« Eisdem. » Ecclesiam sancti Lucae de Stiro a B(enedicto) Portuensi episcopo, tunc tit. sanctae Susannae presb. Card. Apost. Sedis Legato, de assensu B. marchionis Montisferrati dictae ecclesiae patroni, ipsis cum omnibus pertinentiis concessam confirmat. Dat. ut supra (Laterani V. Idus Augusti anno septimo). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 2. fol. 1.* — « Cvm a nobis petitvr. »

4107. — *Laterani 16 Augusti.*

« Episcopo et capitulo Tripolitanis. » Mandat ut in canonicum recipiant magistrum Everandum diaconum eorum ecclesiae asisium, eidemque, quum se facultas obtulerit, in praebendali beneficio provideant. Laterani XVII. Kal. Septembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 7. fol. 2.* — « Officii nostri debitam. »

Scriptum est super hoc monitoribus patriarche et abbati Montis Syon Ierosolimitanis et Symoni canonico Liddensi ut supradictos episcopum et capitulum ad id moneant attentius et efficaciter inducere non postponant.

4108. — *Laterani 16 Augusti.*

« Archiepiscopo Regino, et Militensi, et Pactensi episcopis. » Vt per censuras ecclesiasticas compescant archimandritam et conventum sancti Salvatoris de Lingua Messanensi si provisioni Papae, quoad quaestionem super diversis articulis inter ipsos et Messanensem archiepiscopum ortam, contraire praesumerent. Laterani XVII. Kal. Septembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 9. fol. 2.* — « Cvm svper diversis. »

4109. — *Laterani 17 Augusti.*

« (Bonaventurae) Ariminensi, (Petro) Firmano, et (Ottoni) Vrbinati episcopis. » Vt a Fanensibus civibus, contra quos excommunicationis sententia de mandato Pontificis lata fuit, et per Anconitanum episcopum et suos coniudices singulis diebus dominicis et festivis usque ad satisfactionem congruam eamdem innovari praeceperat, « pro destructione civitatis et ecclesie Forosimphroniensis et Fanensium eiectione militum ac suorum spoliatione bonorum »; nunc, supplicante Fanensi episcopo, qui apud Sedem Apostolicam mora protracta pulsavit, satisfacere volentibus, ab omnibus et singulis ipsorum recipiant de stando mandatis ecclesiae iuramentum, quatuor milium librarum Ravennatum pignora et viginti obsides de melioribus civitatis eligendos faciant Ariminum deportari, nec non de damnis Forosimphroniensi ecclesiae et eius electo illatis inquirant et Papae referant. Laterani XVI. Kal. Septembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 6. fol. 1; Mss. Vallicell. I. 53; Rodenberg Ep. Sel. II. 141. n. 203.* — « Pro destrvctione civitatis. »

4110. — *Laterani 23 Augusti.*

« Beatrici regine Castelle illustri. » Confirmat donationem eidem factam a F. rege

Castellae viro suo, « de Carrioñ, de Logronio, de Belforado, de Penna fideli, de Castro Seriz, de Pancorvo, de Fonte pudia, de Monte alegre, de Palentiola, Astudello, Villa franca, et Roa villas et castella cum pertinentiis eorumdem. » Laterani X. Kal. Septembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 8. fol. 2; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Solet annvere sedes. »

4111. — *Laterani 26 Augusti.*

« (Melendo) episcopo, archidiacono et sacriste Oxomensibus. » Vt quoslibet praestimonii de Miranda et eius fructuum in ecclesia Pampilonensi detentores, ad ea omnia assignanda procuratori magistri Wilelmi Papae capellani, cui dictum praestimonium ab I. episcopo Pampilonensi collatum fuit, per censuras ecclesiasticas compellant. Laterani VII. Kal. Septembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 10. fol. 2.* — « Et si nos svscepte. »

4112. — *Laterani 27 Augusti.*

« (Remigio) Pampilonensi episcopo. » Vt « prestimonium de Miranda quod habuimus ab ecclesia Pampilonensi dilecto filio magistro Wilelmo capellano nostro dudum ad instantiam nostram cum in minori essemus constituti officio » ab I. episcopo Pampilonensi bon. mem. collatum, cum universis fructibus perceptis ex eo integraliter eidem assignet, ipsumque de cetero faciat pacifica possessione gaudere, alioquin episcopo et archidiacono et sacristae Oxomensibus dat in mandatis ut ad id eum compellant. Laterani VI. Kal. Septembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 10. fol. 2.* — « Et si nos svscepte. »

In eundem modum scriptum est eisdem executoribus quod si dictus episcopus preceptum Apostolicum non curaverit adimplere eum ad id appellatione postposita compellant. Dat. ut supra

(Aug.-Sept.)

Iohannes rex Ierosolymorum, qui postmodum de filia sua (Iolante) cum imperatore contraxit, veniens de partibus transmarinis cum (Hermanno) magistro domus hospitalis Ierosolymitani, Romam vadunt ad Honorium papam, qui tunc graviter patiebatur in crure. — *Richardi de S. Germano Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 995 (ap. Vghelli Ital. sacr. (1647) III. 982; ap. Pertz Mon. Germ. hist. Scr. XIX. 342. ad. a. 1223); Potthast 596. post n. 6879.*

4113. — *Laterani 7 Septembris.*

« Decano, et thesaurario Tyrasonensibus, et sacriste Tutelanensi Tyrasonensis diocesis. » Vt Gundisalvo familiari et nuntio Papae respondeant super iis quae eis ipse Papa mandavit in litteris dat. Viterbii VIII. Idus Maii anno quarto, quae ad verbum referuntur, videlicet ut inquirerent quoad pecuniam ad Pampilonensem ecclesiam pertinentem, quam Wilelmus quondam episcopus Pampilonensis apud Seguntiam et in quibusdam aliis locis deposuerat, et fructus praestimonii de Miranda ab electo et capitulo Pampilonensibus magistro Wilelmo capellano et familiari Papae debitos sub sequestro deponerent usque ad ipsius Papae beneplacitum. Laterani VII. Idus Septembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 11. fol. 3.* — « Dvdvm vobis litteras. »

4114. — *Laterani 9 Septembris.*

« (Conrado) episcopo Portuensi Apostolice Sedis Legato. » Super depredatione, sacrilegiis et aliis excessibus perpetratis a R(aimundo) filio R(aimundi) quondam comitis Tolosani in monasterio sancti Pontii de Thomeriis, mandat ut eundem R(aimundum) et eius complices, ad abbati et monachis praedictis ablata omnia restituenda, ut tenentur, et de damnis et illatis iniuriis ad satisfaciendum eisdem competenter compellat. Laterani V. Idus Septembris anno sep-

timo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 12. fol. 3; Mss. Vallicell. I. 53.* — « GRAVEM DILECTORVM FILIORVM. »

4115. — *Laterani 19 Septembris.*

Abbatissae et monialibus monasterii s. Mariae de Gattaiola (*Horoy* Gattoiola) Lucan. dioc. privilegium protectionis ab Hugone Ostiensi et Velletrensi episcopo apostolicae sedis legato eis « datum Perusii apud monasterium s. Petri (monast. s. Petri *omitt. Potth.*) III. Kal. Aug. anno 1219 » approbat et confirmat. XIII. Kal. Octobris anno septimo. — *Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 10. n. 11; Potthast 596. n. 6879 a: Horoy H-i opp. omn. IV. 217. n. 1.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

4116. — *Laterani 19 Septembris.*

Abbatissae et monialibus monasterii s. Mariae Senensis extra portam de Camullia iuxta stratam Romanam, privilegium protectionis ab (Hugone) episcopo Ostiensi Apost. Sed. Legato eis « datum Perusii apud monasterium s. Petri (monast. etc. *deest in Potth.*) IV. Kal. Aug. anno 1219 » confirmat. Laterani XIII. Kal. Octobris anno septimo. *Sbaralea l. c. 11. n. 12; Potthast 596. n. 6879 b; Horoy H-i opp. omn. IV. 220. n. 2.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

4117. — *Laterani 21 Septembris.*

« Eidem (Conrado episcopo Portuensi Apostolice Sedis Legato). » Vt inquirat super iniuriis quae monasterio sancti Pontii de Thomeriis intulisse dicuntur haeredes Pontii de Olargio et quidam alii, qui praedia quaedam et possessiones in feudum a dicto monasterio obtinentes pro defensione eiusdem, modo de defensoribus persecutores et destructores sunt effecti, et quidquid super hoc decreverit observari faciat. Laterani XI. Kal. Octubris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 13. fol. 3; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 226. n. 4 ex mss. du Theil.* — « CONQVERENTIBVS DILECTIS FILIIS. »

4118. — *Laterani 24 Septembris.*

« R(oberto) Constantinopolitano imperatori illustri. » Significat se magistrum G. canonicum Constantinopolitanum nuntium eius consueta benignitate recepisse; gratias agit quod se devotum Papae voluntati offerat; consolatur eum pro tribulationibus quas in imperii gubernatione patitur, eique in omnibus opportunitatibus favorem suum promittit. Laterani VIII. Kal. Octubris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 15. fol. 4; Mss. Vall. I. 53; fragm. incip.* « licet in regimine » *apud Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 20. 21, Potthast 596. n. 6880, et Horoy H-i opp. omn. IV. 227. n. 5.* — « DILECTVM FILIVM MAGISTRVM. »

4119. — *Laterani 24 Septembris.*

« A. Samathie archidiacono Petragoricensi. » Vt, non obstante constitutione concilii generalis, alia quaedam beneficia cum archidiaconatu retinere possit. Laterani VIII. Kal. Octubris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 26. fol. 7; Horoy H-i opp. omn. IV. 228. n. 6. ex mss. du Theil.* — « EX LITTERIS VENERABILIS. »

4120. — *Laterani 24 Septembris.*

Abbatissae et monialibus S. Mariae de Monte Lucio privilegium protectionis ab Hugone Ostiensi et Velletrensi episcopo apost. sedis legato ei « datum Perusii ap. monast. s. Petri (mon. s. Petri *deest in Potth.*) IV. Kal. Aug. anno 1219 » approbat et confirmat. Lat. VIII. Kal. Octobris anno septimo. — *Sbaralea 1. c. 13. n. 13; Potthast 596. n. 6879 c; Horoy H-i opp. omn. IV. 222. n. 3. (19 Sept.)* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

4121. — *Laterani 26 Septembris.*

« Nobili viro Theodoro Cuminiano (*Potth.* Cominian.) spiritum consilii sanioris. » Non obstantibus iniuriis ab eo Romanae Ecclesiae illatis in captione I(ohannis) tit. sanctae Praxedis presbyteri Cardinalis, quia tamen ipsum devote tractavit et in liberatione

ipsius se honoravit decenter, ait se eius personam diligere, quare eius saluti et quieti consulens eum exhortatur, ut pacis foedera ineat cum R(oberto) imperatore Constantinopolitano. Laterani VI. Kal. Octubris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 14. fol. 4; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. nn. 17, 18; Potthast 597. n. 6881; Horoy H-i opp. omn. IV. 229. n. 7.* — « Licet enormiter nos. »

4122. — *Laterani 27 Septembris.*

« Eidem (Roberto Constantinopolitano imperatori illustri). » Vt nemo nisi Papae Legatus, absque Sedis Apostolicae mandato possit eum excommunicare. Laterani V. Kal. Octubris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 17. fol. 5; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Dignvs es et tvis. »

4123. — *Laterani 28 Septembris.*

« Eidem (Roberto Constantinopolitano imperatori illustri). » Ius praesentationis in triginta duabus praeposituris, quas P(etrus) tit. sancti Marcelli presbyter Cardinalis in civitate regia ordinavit, B(enedictus) tit. sanctae Susannae presbyter Card. Apost. Sedis Legatus ad septenarium numerum redegit et I(ohannes) tit. sanctae Praxedis tunc Ap. Sedis Legatus fere omnes ad triginta duas reformavit, eo modo quo imperatores eius praedecessores habuerunt, eidem confirmat. Laterani IIII. Kal. Octubris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 16. fol. 4; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Hiis qve ad exaltationem. »

4124. — *Laterani 30 Septembris.*

« Abbati Stragonensi, preposito et decano Wischegradensibus Pragensis diocesis. » Mandat ut conferant decanatum Pragensem Arnoldo qui, suis exigentibus culpis, auctoritate Apostolica eodem privatus fuerat. Laterani II Kal. Octubris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 18. fol. 5; Mss. Vallicell. I. 53; Erben Reg. Bohem. I. 309. n. 666; cf. Palacky Reise 23. n. 93; Potthast 597. n. 6882* (*incipit:* Consideratis laboribus). — « Ad instar arche. »

4125. — *Laterani 30 Septembris.*

« St(ephano) de Columpna (H. de Columna *Horoy*) subdiacono, et Petro Gregorii scriptori nostris et Rog. de Collemedio canonico Anagnino Parisius commorantibus. » Super decanatu Ariensi, quem R. in manibus Iac. capellani et poenitentiarii Papae libere resignavit, et ipse Papa contulit magistro Wilelmo de sancto Germano capellano suo, episcopo Morinensi et collegis ipsius executoribus deputatis; audita relatione magistri Bartholomaei subdiaconi et capellani Pontificis super praetensionibus capituli Ariensis, mandat ut octo libris de redditibus ipsius praebendae deductis, quum totidem de decanatu poterit idem capitulum percipere, omnes omnino proventus eiusdem praebendae a tempore Apost. collationis procuratori supradicti magistri faciant integre assignari. Laterani II. Kal. Octubris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 22. fol. 6; Horoy H-i opp. omn. IV. 230. n. 8. ex mss. du Theil.* — « Cvm bone memorie. »

4126. — *Laterani 4 Octobris.*

« (Eberhardo) Salzeburgensi archiepiscopo. » Vt magistro Arnuldo capellano ipsius archiepiscopi in congruo personatu seu beneficio competenti, quod recipientem et donantem deceat, ob reverentiam beati Petri et Sedis Apostolicae liberaliter provideat. Laterani IIII. Non. Octubris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 19. fol. 5.* — « Si apostolice sedis. »

4127. — *Laterani 5 Octobris.*

Mutinensi episcopo indulget, ut ad correctionem canonicam clericorum suae diocesis, qui fornicationibus et adulteriis aliisque criminibus dediti

clericalem honestatem inhoneste vivendo diffamant, omni appellatione remota procedat. Laterani III. Non. Oct. anno septimo. — *Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 76. n. 743; Potthast 597. n. 6883.* — « BENIGNITATE IVRIS PLVRIMI. »

4128. — *Laterani 7 Octobris.*

Abbatem et conventum Marpacenses tuendos suscipit, specialiter autem villam de Hamerstat, terras, prata et alia bona quae possident, eis et per eos monasterio confirmat. — Laterani Non. Oct. anno septimo. — *Würdtwein Nova subs. XIII. 262; Potthast 597. n. 6884; Horoy H-i opp. omn. IV. 232. n. 9.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4129. — *Laterani 9 Octobris.*

« Episcopo et capitulo Tripolitanis. » Vt magistro Everardo diacono, eorum ecclesiae asisio, praebendam canonicalem conferant, eique stallum in choro et locum in capitulo assignent; alioquin dat litteris in mandatis patriarchae Ierosolimitano, episcopo Acconensi, et abbati Montis Syon Ierosolimitano ut eos ad id compellant. Dat. ut supra (Laterani VII. Idus Octubris anno septimo). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 21. fol. 5.* — « DIGNVM EST VT. »

In eundem modum scriptum est eisdem executoribus, ut si dicti episcopus et capitulum preceptum apostolicum contempserint adimplere, eos ad id cogant. Dat. ut supra.

4130. — *Laterani 10 Octobris.*

« Abbati et conventui Montis Aragonis (Haragonum *Horoy*). » Indulget ut ecclesia de Larraga, post mortem Iaquinti subdiaconi Papae et canonici basilicae Principis Apostolorum, cui in beneficium ab ipsis concessa fuit, ad eorum ecclesiam libere revertatur. Laterani VI. Idus Octubris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 20. fol. 5; Bibl. Nation. Paris. mss. lat. f. Moreau t. MCLXXXIII. p. 187; Horoy H-i opp. omn. IV. 232. n. 10 (8 Octob.).* — « DILECTVS FILIVS IAQVINTVS. »

4131. — *Laterani 11 Octobris.*

Praeposito et conventui de Insula s. Michaelis apud Vlmam capellam s. Andreae sitam in villa Stozin. (Stolzingen *Kuen*) necnon et alia bona confirmat. Laterani V. Id. (kal. *Kuen*) Oct. anno septimo. — *Kuen Collect. script. V. 11. 308; Wirtemberg. UB. III. 140. n. 663; Pressel Vlmisches UB. I. 42. n. 29; Potthast 597. n. 6885; Horoy H-i opp. omn. IV. 333. n. 11.* — « CVM A NOBIS. »

4132. — *Laterani 11 Octobris.*

Episcopo Constantiensi mandat, faciat ut piae ac legitimae canonicorum decedentium voluntates, sicut iustum fuerit, observentur. Laterani V. Id. Oct. anno septimo. — *Neugart Episcopatus Constant. I. 11. 617. n. 28; Potthast Append. 2092. n. 6885a - 26091.* — « EX INSINVATIONE DILECTORVM. »

4133. — *Laterani 12 Octobris.*

« (Conrado) Portuensi episcopo Apost. Sedis Legato. » De pace ineunda inter comitem Montisfortis et Raimundum filium quondam comitis Tolosani, et quomodo super hoc negotio Ph(ilippo) regi Francorum scripserit; epistolae tenor, quam Pontifex sub hoc ipso die eidem regi destinavit, ad verbum refertur. Laterani IIII. Idus Octubris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 23. fol. 6; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 234. n. 12.* — « CVM KARISSIMVS IN CHRISTO. »

Scriptum est eidem regi iuxta predictum modum. — *Reg. Vat. l. c.*

4134. — *Laterani 14 Octobris.*

« B. archiepiscopo Larisseno. » Indulget ut, iuxta provisionem I(ohannis) tit. sanctae Praxedis presbyteri Cardinalis tunc Ap. Sedis Legati, dum ab ecclesia Larissena ab hostibus occupata exulabitur, curam gerat Davaliensis, Fermopilensis et Carmensis ecclesiarum, nec non monasterii de Dyasito Thebani ut ibi hospitium habeat, donec in ecclesia sua secure valeat residere. Late-

rani II. Idus Octubris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 24. fol. 6; Mss. Vall. I. 53.* — « HIS QVE PER LEGATOS. »

4135. — *Laterani 24 Octobris.*

« (Conrado) episcopo Portuensi Apostolice Sedis Legato. » Supplicante Diensi episcopo, mandat ei ut inquirat de vita, obitu et miraculis Stephani quondam episcopi Diensis, qui ab octo annis tot et tantis coruscat miraculis quod ad tumulum eius occurrunt de diversis mundi partibus peregrini. Laterani VIIII. Kal. Novembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 25. fol. 7; Horoy H-i opp. omn. IV. 235. n. 13 ex mss. du Theil.* — « ET SI NON IMMERITO. »

4136. — *Laterani 27 Octobris.*

Honorio approbando l'erettione del santo luogo, o monasterio del Terzo passo, il ricevè sotto la protettione della sede apostolica, e confermò ad instanza della badessa Carentia e delle monache sue al detto monasterio in perpetuo tutto, che gli era stato da diversi pii fedeli conceduto. Laterani VI. Kal. Nov. anno septimo. — *Campi Histor. di Piacenza II. 127; Potthast 597. n. 6886.*

4137. — *Laterani 29 Octobris.*

« (Conrado) episcopo Portuensi Apost. Sedis Legato. » Vt in negotio pacis cum Almarrico comite Tolosano, quoad postulationes factas a cancellario dicti comitis et ab archidiacono Narbonensi procuratore ipsius Apost. Legati, qui apud Sedem Apostolicam venerunt, mandat ut faciat per se ipsum prout iuris vel equitatis ratio suadebit, alias ad ea quae ad negotium pacis et fidei pertinent, intendat fideliter et prudenter comiti supradicto impendens consilium et auxilium opportunum. Laterani IIII. Kal. Novembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 27. fol. 7; Mss. Vall. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 235. n. 14 ex mss. du Theil (28 Octob.).* — « CVM DILECTI FILII. »

4138. — *Laterani 29 Octobris.*

« Abbati sancti Salvatoris de Monte Amiato Clusine diocesis. » Vt confirmet Bon. quondam abbatem de Serena, virum utique providum et honestum ac disciplinis regularibus informatum, in abbatem monasterii sancti Sepulchri de Aquapendente, iuxta provisionem ab E. Clusino electo auctoritate apostolica factam. Dat. ut supra (Laterani IIII. Kal. Novembris anno septimo). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 28. fol. 7.* — « EX PARTE DILECTORVM. »

4139. — *Laterani 31 Octobris.*

« (Gebhardo) episcopo Pataviensi. » Gratulatur de devotione et fiducia quam Patavienses eius regimini concesserunt, « unde nunciis tuis quos de diligentia et sollicitudine commendamus cum Pataviensis capituli et ven. fratris nostri Salzeburgensis archiepiscopi metropolitani tui, ac aliorum litteris benigne receptis, fraternitatem tuam monemus et exhortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus gerens cum humilitate et mansuetudine impositum ipsius sollicitudinis tibi onus sic in ea te habeas quod non assumpsisse illam dominandi cupidine sed proficiendi ecclesie supradicte desiderio videaris. » Laterani II. Kal. Novembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 29. fol. 7; Mss. Vall. I. 53.* — « ACCEPIMVS ET GAVDEMVS. »

Scriptum est super hoc (Eberhardo) Salzeburgensi archiepiscopo verbis competenter mutatis: « quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus et tu ipsum ad hoc efficaciter moneas et inducas et quantum cum Deo poteris sibi ad manutenendum iura Pataviensis ecclesie cum ab eo requisitus fueris viriliter et prudenter assistas. Dat. ut supra. »

In eundem modum scriptum est capitulo Pataviensi: « ut ergo vobis eidem intendentibus liberius vestris profectibus et Pataviensis ecclesie incrementis intendat

universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus ei tamquam episcopo et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes recipiatis eius salubria monita et inviolabiliter observetis. Alioquin sententiam quam ipse rationabiliter tulerit in rebelles ratam habebimus, et faciemus auctore Domino inviolabiliter observari. Dat. ut supra. »

In e. m. scriptum est universis prelatis et subditis in Pataviensi diocesi constitutis, « excepto quod non fit mentio de litteris eorum. »

In e. m. scriptum est populo Pataviensi et universis ministerialibus Pataviensis ecclesie in Pataviensi diocesi constitutis.

In e. m. scriptum est clero Pataviensi.

4140. — *Laterani 31 Octobris.*

(Stephano) abbati et conventui Casinensibus monasterium s. Mariae de Virgiottis Constantinopolitan., quod Benedictus Portuensis episcopus tunc tit. S. Susannae presb. card. apostolicae sedis legatus monasterio concesserat Casinensi, confirmat. Laterani I (*sic!* II?) Kal. Nov. anno septimo. — *Potthast 597. n. 6887; cf. in hoc Reg. t. I. pag. 98. n. 564. ad diem 5 Maii 1217.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

4141. — *Laterani 3 Novembris.*

Eisdem 3000 obulorum aureorum, qui camerae apostolicae a tempore I(nnocentii) pp. a monasterio debentur, ac 600 fiscatos « quos dum in minori essemus officio constituti, a nobis mutuo recepistis » remittit. Laterani III. Non. Nov. anno septimo. — *Gattula Hist. abbatiae Cassin. II. 443; Tosti Monte-Cassino II. 305; Potthast 597. n. 6888; Horoi H-i opp. omn. IV. 238. n. 16.* — « Si sedes apostolica. »

4142. — *Laterani 3 Novembris.*

Abbati et conventui Pontiniacensibus annuum redditum 50 marcharum sterlingorum a (Stephano) archiepiscopo Cantuariensi capituli sui accedente consensu eis collatum confirmat. Laterani III. non. Nov. anno septimo. — *Martene Thes. anecd. III. 1248; Potthast 597. n. 6889; Horoy H-i opp. omn. IV. 236. n. 15.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

4143. — *Laterani 5 Novembris.*

« (Gualtero?) episcopo, priori sancti Fridiani, et magistro Petro canonico Lucanis. » Quum iam ob violationem ecclesiasticae libertatis Parentius (civis Romanus) olim Lucanae civitatis potestas et cives qui ei consilium impenderunt excommunicati fuissent, et civitas praedicta interdicto supposita; nunc, quum de stando mandatis apostolicis nob. vir P(rudentius) eorundem Lucanorum potestas et nonnulli ex ipsis praestiterint iuramentum, mandat ut, a residuis omnibus simili iuramento recepto, eis qui excommunicatione tenentur beneficium absolutionis impendant et relaxent sententiam interdicti, ita tamen « ut tantummodo violatores sacrorum locorum et altaris precipue sancte Crucis ac eorum consiliarii, nec non spoliatores clericorum ac illi etiam qui tempore Parentii officiales erant, cum spoliaverint ac custodierint ecclesias, ad nostram presentiam cum vestris litteris personarum et viarum securitate habita transmittantur: » praeterea super satisfactione damnorum facienda nobili viro G. Lucano civi speciales eis litteras destinat. Laterani Nonis Novembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 30. fol. 8; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 35; Bull. Roman. ed. Taur. III. 384. n. 61; Potthast 597. n. 6891; Horoy H-i opp. omn. IV. 239. n. 18.* — « Lesa olim libertas. »

4144. — *Laterani 5 Novembris.*

Vniversos Christi fideles per Valentinam diocesim constitutos rogat et hortatur, ut elemosynis monasterium monialium de Comentio Cisterc. ord. sustentent, omnibusque hoc facientibus indulgentiam quinque dierum elargitur. Laterani Nonis Nov. anno septimo. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 226; Potthast 597. n. 9890; Horoy H-i opp.*

omn. IV. 238. n. 17. — « CVM MONASTERIVM MONIALIVM. »

4145. — *Laterani 9 Novembris.*

« (Hugoni Wallis) episcopo et capitulo Lincolniensibus. » Vt in fratrem et canonicum admittant magistrum Thebaldum scriptorem Papae eique praebendam si nunc vacat, vel quam primum se facultas obtulerit, in eorum ecclesia conferant. Laterani V. Idus Novembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 31. fol. 9. Musaeum Britann., add. mss. 15352.* — « NIMIS INHVMANE AGERE. »

Reg. Vat. addit: Scriptum est super hoc (Iohanni Pherd) episcopo Eliensi et abbati sancti Eadmundi Norwicensis diocesis ut eos ad id attentius moneant et inducant.

4146. — *Laterani 17 Novembris.*

« (Theobaldo) archiepiscopo Rothomagensi. » Quum ex parte ipsius fuerit expositum, quod « quedam monasteria et alie ecclesie in tua diocesi vacaverint ultra tempus a canone diffinitum, fraternitati tue de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus si est ita tam monasteria quam alias ecclesias tue diocesis iure tibi diocesana (*sic*) subiecta de personis idoneis non obstante frivole appellationis obiectu studeas ordinare et corrigere et reformare in eis que corrigenda et reformanda fuerint. » Laterani XV. Kal. Decembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 32. fol. 9; Horoy H-i opp. omn. IV. 243. n. 21 ex mss. du Theil.* — « CVM INSTANTIA NOSTRA. »

4147. — *Laterani 17 Novembris.*

« Eidem. » Vt ipse archiepiscopus neminem in ecclesia Rothomagensi in canonicum recipere compellatur, nisi constet eum de legitimo matrimonio esse natum. Dat. ut supra (Laterani XV. Kal. Decembris anno septimo). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 33. fol. 9; Horoy H-i opp. omn. IV. 244. n. 23 (19 Novemb).* — « QVIA NOBILITATI ROTHOMAGENSIS. »

4148. — *Laterani 17 Novembris.*

Abbati et conventui ecclesiae s. Mariae de Virgiotis mandat, ut, cum eorum ecclesia a Benedicto tit. S. Susannae presb. cardinale in partibus Romaniae apostolicae sedis legato monasterio collata sit Casinensi et haec collatio a curia confirmata, illos quos abbas et conventus dicti monasterii ad eorum partes duxerint destinandos, honeste recipiant illisque devote obediant. Laterani XV. Kal. Dec. anno septimo. — *Montfaucon Diar. Italicum 330; ap. Gattula Hist. abbatiae Cassin. II. 492; cf. eiusd. Access. 292; Potthast 597. n. 6892; Horoy H-i opp. omn. IV. 242. n. 19.* — « QVALITER BONAE MEMORIAE. »

4149. — *Laterani 17 Novembris.*

Vassallos ecclesiae s. Mariae de Virgiotis hortatur *in eundem modum.* Laterani XV. Kal. Dec. anno septimo. — *Gattula Ad. hist. abbatiae Cassin. accessiones 292; Potthast 597. n. 6893; Horoy H-i opp. omn. IV. 243. n. 20.* — « QVALITER BONAE MEMORIAE. »

4150. — *Laterani 19 Novembris.*

« Eidem (Theobaldo archiepiscopo Rothomagensi). » Vt absolvere possit illos qui de sua provincia pro cohabitatione illicita mulierum sententias G(ualae) tit. sancti Martini presbyteri tunc sanctae Mariae in Porticu diaconi, vel bon. mem. R(oberti) tituli sancti Stephani in Coelio Monte presbyteri Cardinalium Legatorum Apostolicae Sedis incurrisse noscuntur, iniuncta eis competenti poenitentia, nec non dispensandi cum illis qui vicesimam statuto tempore non solverunt dummodo exinde plenarie satisfaciant. Laterani XIII. Kal. Decembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 34. fol. 9; Horoy H-i opp. omn. IV. 244. n. 22 ex mss. du Theil.* — « DE DISCRETIONE TVA. »

4151. — *Laterani 20 Novembris.*
(Stephano) abbati et conventui monasterii Casinensis literas, quibus Alexander pp. (III. d. 19. Sept. an. 1178-1180) conditionem, sub qua P(etrus) abbas et conventus eiusdem monasterii fratribus militiae Templi domum quandam apud S. Germanum pro construendo oratorio concesserant, confirmaverat, denuo confirmat. Laterani XII. Kal. Dec. anno septimo. — *Gattula Hist. abb. Cassin. II. 495; Tosti Monte Cassino II. 303; Potthast 597. n. 6894; Horoy H-i opp. omn. IV. 245. n. 24.* — « LITTERAS FELICIS RECORDATIONIS. »

4152. — *Laterani 22 Novembris.*
« Illustri Regi Aragonum. » Vt G. Garsiae de Zagra professo ordinem militiae sancti Iacobi, qui cum militibus et rebus propriis contra Sarracenos militare proposuerat, permittat ei et suis necessaria vendi, et alias eis auxilium et favorem impendat. Laterani X. Kal. Decembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 35. fol. 9; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 53.* — « CVM SICVT ACCEPIMVS. »

In margine Reg. Vat. legitur: Scriptum est super hoc archiepiscopo Toletano et episcopo Seguntino, ut dictum regem ad id attentius moneant et inducant.

In eundem modum scriptum est episcopo et archidiacono Cesaragustanis.

4153. — *Laterani 23 Novembris.*
« Fratri Andree fundatori hospitalis et capelle sancti Mathei de Merulana. » Dictum hospitale in ius et proprietatem Ecclesiae Romanae admittit, statuens, ut sub speciali semper eius custodia et protectione consistat; ad indicium autem huius libertatis perceptae una libra cerae gratis oblata ab eodem hospitali Apostolicae Sedi annis singulis persolvatur. Laterani VIIII. Kal. Decembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7 epist. 37. fol. 10; Mss. Vallic. I. 53.* — « CVPIENTES SICVTI ET DEBEMVS. »

4154. — *Laterani 25 Novembris.*
« Abbati, et priori sancte Genovefe, et magistro S. canonico sancti Benedicti Parisiensibus. » Intimat eis ut magistro Ricc. (*Potth.* Ricco) Ebroicensi archidiacono in sacra pagina cupienti studere, proventus suos ecclesiasticos faciant integre ministrari, ita tamen ut cotidianas distributiones, quae tantum residentibus in ecclesiis, et hiis qui horis intersunt canonicis exhibentur, eidem non tribuant. Laterani VII. Kal. Decembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 36. fol. 10; Decret. H-i III. lib. 3. tit. 4* De praebendis *c. 1. ed. Cironius 186; inter Decret. Gregorii IX. lib. 3. tit. 5* De praebend. *c. 32. ap. Boehmer Corp. II. 444 (ad an. 1222). ap. Richter Corp. II. 463; Potthast 671. n. 7787 (sine temp. nota); Horoy H-i opp. omn. IV. 246. n. 26. ex mss. du Theil (24 Nov.); Friedberg Corp. Iur. Can. III. lib. II. tit. V. c. XXXII. p. 479.* — « LICET VOBIS DIREXERIMVS. »

4155. — *Laterani 25 Novembris.*
(Gebhardo) episcopo Pataviensi mandat, ut comitem R. de Ortemburc, R. et A. et quosdam alios Pataviensis dioc. advocatiae officio, quod in Pataviensi ecclesia obtinent, multipliciter abutentes eam indebite aggravando per censuram ecclesiasticam compellat. Laterani VII. (VIII. *Lang*) Kal. Dec. anno septimo. — *Mon. Boica XXIX. II. 339; cf. Lang Regesta II. 128; Potthast 597. n. 6895; Horoy H-i opp. omn. IV. 246. n. 25 (24 Nov.).* — « DILECTI FILII CAPITVLVM. »

4156. — *Laterani 8 Decembris.*
« Landoni servienti nostro. » Confirmat ei et suis successoribus vineam quandam positam in territorio Signino ad fossatum obscurum, ad Ecclesiae Romanae demanium pertinentem, quam G(regorius) tit. s. Anastasiae presbyter Cardinalis rector civitatis Signinae tempore tantum vitae suae eidem concessit sub annuo tamen censu unius denarii de senatu. Laterani VI. Idus De-

cembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 38. fol. 10; Theiner Cod. Dipl. dom. temp. S. Sedis I. 73. n. 122; Potthast 598. n. 6896; Horoy H-i opp. omn. IV. 247. n. 26.* — « DIGNVM EST VT. »

4157. — *Laterani 11 Decembris.*

« Rectori et fratribus hospitalis sancti Iohannis Baptiste ad Rippon. » Indulget ut de eorum terris habitis ante concilium generale, quas propriis manibus ac sumptibus colunt, seu de hortis aut de eorum animalium nutrimentis, nullus ab eis decimas exigere vel extorquere praesumat. Laterani III. Idus Decembris anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 39. fol. 10.* — « CVM DECIME DICANTVR. »

4158. — *Laterani 12 Decembris.*

Abbati et conventui monasterii de Mulenbrunnen Cisterc. ord. decimam villae de Werberc [Wurmberg], quam eis C(onradus) Spirensis episcopus contulerat, confirmat. Laterani II. Id. Decembris anno septimo. — *Wirtemberg. UB. III. 140. n. 664; Potthast 598. n. 6897; Horoy H-i opp. omn. IV. 248. n. 28.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

4159. — *Laterani 13 Decembris.*

Archiepiscopo Compostellano, episcopo Auriensi et abbati de Ossera Cisterc. ord. Auriens. dioc. mandat, moneant A(lfonsum) Portugaliae regem, qui incl. rec. V(rracae) reginae suae uxori concesserat legandi pro anima sua de bonis regni usque ad 30,000 aureorum facultatem, ex qua autem summa 1000 marabetinos ecclesiae Romanae regina reliquit, ut hanc summam solvat. Laterani Idib. Dec. anno septimo. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 228; Potthast 598. n. 6898; Horoy l. c. 248. n. 29.* — « SIGNIFICATVM EST NOBIS. »

4160. — *Laterani 14 Decembris.*

« Abbati sancti Dionisii Parisiensis diocesis. » Vt ipse suique successores ecclesiae suae pallas altaris benedicere possint. Laterani XVIIII. Kal. Ian. anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 67. fol. 18; Doublet Hist. de l'Abb. de S. Denis 555; Potthast 600. n. 6928 (14 Ian. 1223); Horoy l. c. 249. n. 30.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4161. — *Laterani 15 Decembris.*

« (Iacobo) episcopo et archidiacono Nitriensibus, et preposito sancti Thome Strigoniensi. » Vt inquirant contra M. archidiaconum Watiensem, qui dicitur archidiaconatum per symoniam et quam plures ecclesias parrochiales contra statuta concilii generalis obtinuisse, quemdam spurium suum, quem de quadam muliere suscepit quam sibi de facto matrimonialiter vel incestuose potius copulavit, in ecclesia praedicta canonicare praesumpsisse, et discordias inter fratres disseminans causis saecularibus temere se immiscet, aliaque plura exercet enormia. Laterani XVIII. Kal. Ianuarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 51. fol. 13; Mss. Vallic. I. 53; Fejér Cod. Dipl. III. 1. 389; Theiner Mon. Hung. I. 35. n. 72; Potthast 598. n. 6899; Horoy H-i opp. omn. IV. 249. n. 31.* — « DILECTI FILII MAGISTRI. »

4162. — *Laterani 15 Decembris.*

« (Thomae) episcopo Agriensi, et de Egris, et sancti Gochardi (*Pott.* Gothardi) abbatibus Cenadiensis et Geuriensis diocesum. » Occasione cuiusdam statuti in regno Vngariae noviter facti, videlicet ut omnes populi conveniant bis in anno, ubi etiam Vngarorum rex personaliter interesse tenetur, et difficilia et iniusta solent ab ipso rege postulari, mandat ut huiusmodi multitudinem intra iustitiae limites contineant, ita ut nihil contra regem vel coronam ipsius, vel contra personas principum aut bona ipsorum attemptare praesumant. Dat. ut supra (Laterani XVIII. Kal. Ianuarii anno septimo). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 52. fol. 13; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 42; Fejér l. c. 390; Thei-*

ner l. c. 36. n. 73; Potthast 598. n. 6900; Horoy H-i opp. omn. IV. 250. n. 32. — « QVANTO NVMEROSIOR AGGREGATVR. »

4163. — *Laterani 16 Decembris.*
« Abbati Casinensi. » Vt magistro Maximo subdiacono et notario Papae infra quindecim dies post susceptionem praesentium de XXIIII unciis auri sibi a suo praedecessore subtractis, de redditu XII unciarum auri quem ei Innocentius PP. (III) providit de proventibus ecclesiae sancti Michaelis Arcangeli de Oliveto annis singulis persolvendis et de quadraginta quatuor unciis cum integritate debita satisfaciat. Laterani XVII. Kal. Ianuarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 58. fol. 15.* — « IAM PRIDEM TIBI. »

4164. — *Laterani 17 Decembris.*
« Vniversis Xpi fidelibus accedentibus ad ecclesiam beati Petri Montis Sereni in die dedicationis eiusdem. » Viginti dierum indulgentiam concedit. Laterani XVI. Kal. Ianuarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 57. fol. 14; Mss. Vallic. I. 53; G. Köhler Das Kloster des h. Petrus auf d. Lauterberge bei Halle (Dresden 1857. 4°) 61; Potthast 598. n. 6901; Horoy H-i opp. omn. IV. 251. n. 33.* — « QVONIAM AD FVTVRAM. »

4165. — *Laterani 17 Decembris.*
« Spirensi episcopo imperialis aule cancellario. » Precibus annuens abbatis et conventus de Mulembruñ quoad ecclesiasticam sepulturam dandam Alberto militi de Lechimchan modo defuncto, iam propter incendium et homicidium excommunicationis vinculo innodato et in articulo mortis absoluto, indulget ut, satisfactione ab haeredibus defuncti super homicidio et incendio praestita competenti, faciat quod secundum Dominum et sine scandalo viderit faciendum. Laterani XVI. Kal. Ianuarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 60. fol. 15; Rodenberg Ep. Select. 145. n. 213.* — « DILECTORVM FILIORVM ABBAS. »

4166. — *Laterani 17 Decembris.*
Abbati et conventui Campililiensibus confirmat hospitale in Chremis et ius patronatus in Wilhelmspurg. Laterani XVI. Kal. Ian. anno septimo. — *Hanthaler Recensus I. 8; Potthast. 598. n. 6901 a.*

4167. — *Laterani 18 Decembris.*
« Iohanni clerico karissimi in Xpo filii nostri (Andreae) Vngarie regis illustris. » Attentis eius meritis et regis ipsius, in cuius servitio est assumptus, utilitate, concedit ei ut alia duo beneficia praeter ea quae nunc habet, obtinere possit. Laterani XV. Kal. Ianuarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 50. fol. 13; Fejér Cod. Dipl. III. 1. 392; Theiner Mon. Hung. I. 36. n. 74; Potthast 598. n. 6902; Horoy H-i opp. omn. IV. 253. n. 34.* — « DIGNVM EST VT. »
In eundem modum scriptum est pro magistro Gregorio clerico eiusdem regis. — *Reg. Vat. l. c.; Potthast l. c.*

4168. — *Laterani 19 Decembris.*
« Abbati et conventui Cisterciensibus. » Vt priorissam et conventum de Gratia Nostrae Dominae in ordinem Cisterciensem recipiant, paternam de ipsis curam et sollicitudinem iuxta praedicti ordinis providentiam habituri. Laterani XIIII. Kal. Ianuarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 40. fol. 10.* — « DILECTE IN CHRISTO FILIE. »

4169. — *Laterani 19 Decembris.*
« (Hermanno) magistro et fratribus Hospitalis sancte Marie domus Theutonicorum Ierosolimitani. » Libertates et immunitates ipsis et eorum domui concessas ab Odoacero (*Potth.* Otakaro) rege Boemorum, cuius privilegii tenor, acti Olomucen. an. 1222. 26 Aug., hic habetur insertus, confirmat. Laterani XIIII. Kal. Ianuarii anno

septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 80. fol. 21; Mss. Vallic. I. 53; Cod. tab. reg. Berol. 4. I. c. 12. fol. II. 123; Boczeck Cod. Morav. dipl. II. 144. Strehlke Tab. 161. n. 176; cf. Palacky Reise 23. n. 94; Erben Reg. Bohem. I. 310. n. 667; Potthast 598. n. 6904; cf. Rodenberg Ep. Select. 145. n. 214 qui sub die 19 Dec. 1222 privilegium Odoaceri regis refert.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4170. — *Laterani 19 Decembris.*

« Nobili viro N(icolao) comiti de Sopron, Geuriensis diocesis. » Eius personam, terram, familiam et omnia bona sua sub apostolica protectione recipit, statuens ut, postquam ipse in subsidium Terrae Sanctae erit profectus, integra maneant et quieta, donec de eius reditu vel obitu certissime cognoscatur. Laterani XIIII. Kal. Ianuarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 49. fol. 12; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 6; Theiner Mon. Hung. I. 36. n. 75; Mon. Hung. Hist. Dipl. VI. 185; Fejér Cod. dipl. III. 1. 352. n. 3 (anno VI); Potthast 598. n. 6905; Horoy H-i opp. omn. IV. 255. n. 36.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

Scriptum est pro eodem (Vgrino) archiepiscopo Colocensi et (Desiderio) episcopo Cenadiensi ne permittant ipsum comitem ab aliquo molestari. Dat. ut supra. — *Reg. Vat. l. c.; Theiner l. c. 36; Mon. Hung. hist. l. c. 185; cf. Fejér l. c. 353; Potthast 598. n. 6906 (incipit:* CVM DILECTVM FILIVM*); Horoy l. c. 256. n. 37.*

4171. — *Laterani 19 Decembris.*

« Magistro et fratribus ordinis de Sempingham. » Confirmat quoddam statutum quo ab eis provisum fuit ut si quis eorum ordinis de incontinentia, seu conspiratione, aut quod possideat proprium fuerit infamatus, nec secundum statuta ordinis requisitus potuerit se purgare, ab ordine amoveatur eodem. Laterani XIIII. Kal. Ianuarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 53. fol. 13; Musaeum Brit. Add. mss. 15352.* — « REGVLARIBVS INSTITVTIS QVE. »

4172. — *Laterani 19 Decembris.*

Magistro et fratribus domus s. Mariae Teutonicorum Hierosolymitanae terras nominatim enumeratas cum libertatibus et immunitatibus, quas eis (Andreas) rex Hungarorum donavit, confirmat. Laterani XIV. Kal. Ian. anno septimo. — *Fejér Cod. dipl. III. 1. 422; Schuller Archiv I. 228; Bethlen Deutscher Orden 85; Dreger Cod. dipl. Pomeran. 108. n. 60; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 19; Potthast 598. n. 6903; Horoy H-i opp. omn. IV. 253. n. 35.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4173. — *Laterani 20 Decembris.*

« Sancti Iohannis et sancti Augustini Morinensis diocesis, et sancti Vedasti Atrebatensis abbatibus. » Vt cessionem episcopi Morinensis, qui senilis aetatis gravatus incommodis onera pontificalis honoris nequit comportare et bonum certamen certavit, recipiant, usu sibi pontificalium reservato, eique de bonis episcopalibus unde commode substentari valeat, provideant, capitulo quoque Morinensis ecclesiae indicantes ut sibi de persona idonea per electionem canonicam provideant in pastorem. Laterani XIII. Kal. Ianuarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 56. fol. 14; Mss. Vallicel. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 257. n. 38 ex mss. du Theil.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

4174. — *Laterani 23 Decembris.*

« Capitulo Windocinensi. » Iohannem Robertum et Iohannem monachos, quos ipsi Romam ad ecclesiam sanctae Priscae de Vrbe moraturos ibidem miserant, eisdem remittit, « eo quod iidem propter Romanum aerem complexioni sue contrarium ibi non poterant esse sani. » Laterani X. Kal. Ianuarii anno

septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 59. fol. 15; Mss. Vallicell. I. 53.* — « DILECTOS FILIOS IOHANNEM. »

4175. — *Laterani 23 Decembris.*
Abbati S. Crucis Cisterc. ord. et Scotorum in Wienna abbati et decano S. Agathae Pataviens. dioc. mandat, ut litem inter praepositum et capitulum Niumburgenses et H. presbyterum Pataviens. dioc. super capella de Chirchlinge vertentem decidant. Laterani X. Kal. Ianuarii anno septimo. — *Fischer Klosterneuburg II. 175; Potthast 598. n. 6907.* — « QVERELAM DILECTORVM FILIORVM. »

4176. — *Laterani 24 Decembris.*
Abbati S. Dionysii Parisiensis concedit, ut monachis sui monasterii, qui excommunicati divina officia celebraverunt, beneficium absolutionis impendat. Laterani IX. Kal. Ianuarii anno septimo. — *Doublet Hist. dc l'Abbaye de St. Denis 555; Potthast 598. n. 6908; Horoy H-i opp. omn. IV. 257. n. 39.* — « EX PARTE TVA. »

4177. — *Laterani 30 Decembris.*
« Archiepiscopis et episcopis in quorum diocesibus prioratus et celle monasterio sancti Dionisii Parisiensis diocesis subiecte consistunt. » Ne sententias excommunicationis ferant in monachos et subditos conventus sancti Dionisii Parisiensis qui molunt in molendinis vel cocunt in furnis eorum, quique vendendo seu emendo aut alias eis communicant, quum super hoc Apostolicae Sedis privilegio sint muniti, « quia si super hoc ad nos denuo clamor ascenderit, non poterimus conniventibus oculis pertransire, quin promulgatores talium sententiarum severitate debita castigemus. » Laterani III. Kal. Ianuarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 68. fol. 18; Doublet Hist. de l'Abb. de St. Denis 554; Potthast 599. n. 6909 (sub tit.:* Archiep. et episc. regni Franciae); *cum eodem titulo Horoy H-i opp. omn. IV. 258. n. 40.* — « QVANTO AMPLIVS ESSE. »

[An. 1223]

4178. — *Laterani 2 Ianuarii.*
« R. rectori ecclesie de Lincheren. » Eius personam cum omnibus bonis suis sub protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam de Linceren (*sic*) cum omnibus pertinentiis suis eidem confirmat. Laterani IIII. Non. Ianuarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 62. fol. 16.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

Scriptum est in eundem modum pro Sibodone plebano ecclesie de Simera, specialiter autem ecclesiam de Simera cum pertinentiis suis ei confirmans. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. pro R. canonico ecclesie sancti Salvatoris Metensis, specialiter autem prebendam quam in ecclesia sancti Salvatoris Metensis canonice se proponit adeptum confirmat. — *Reg. Vat. l. c.*

4179. — *Laterani 2 Ianuarii.*
Monasterium Valletae sub b. Petri et sua protectione suscipit. Laterani IV. Non. Ianuarii anno septimo indict. XI. incarn. dom. anno 1223 (!) — *Meminit huius bullae Gallia Christiana II. instr. 220; Potthast 599. n. 6912.*

4180. — *Laterani 4 Ianuarii.*
Archiepiscopis, episcopis, abbatibus *etc.* mandat, concedant ut parochiani sui ad ecclesias et capellas fratrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosol. causa orationis accedant ac eis subveniant. Laterani II. Non. Ianuarii anno septimo. — *Strehlke Tab. 323. n. 369; Potthast 599. n. 6913, rep. d. 12 Ianr. (n. 6920); Horoy H-i opp. omn. IV. 259. n. 41.* — « GRAVEM DILECTORVM FILIORVM. »

4181. — *Laterani 5 Ianuarii.*
« Abbati et priori sancti Martini de Gemellis Ambianensibus et decano Atrebatensi. » In causa inter bon. mem. Ambianensem episcopum et monasterium sancti Ricarii in Pontivo super eiusdem monasterii exemptione, quam abbas sancti Vic-

toris Parisiensis et coniudices sui ad Papam sufficienter instructam remiserunt; quum, dum sententiam partes expectarent, episcopus ipse mortuus esset, mandat: « quam cito fuerit Ambianensi ecclesie de pastore provisum auctoritate nostra peremptorie iniungetis eidem, ut infra duos menses postquam id sibi fuerit iniunctum a vobis, vel per se vel per procuratorem idoneum compareat coram nobis sententiam auditurus, quod inde feceritis nobis per litteras vestras fideliter intimantes, mandatum nostrum ita sollicite impleturi, quod non possitis redargui de negligentia vel contemptu. » Laterani Nonis Ianuarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 61. fol. 15; Horoy H-i opp. omn. IV. 262. n. 44 ex mss. du Theil.* — « QVESTIONE DVDVM INTER. »

4182. — *Laterani 5 Ianuarii.*

Vniversos Christi fideles ad quos litterae istae pervenerint rogat et monet, ut fratres hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani qui ad recuperandam et defendendam Terram Sanctam laborare non desistant, in eorum confratriis assumendis, legatis et aliis beneficiis exhibendis habeant commendatos. Omnibus qui de facultatibus suis fratribus subvenerint antedictis, indulgentiam concedit. Laterani Non. Ian. anno septimo. — *Strehlke Tab. 323. n. 370; Potthast 599. n. 6914. repet. ad diem 13 Ian. 1223 (n. 6922) et ad diem 31 Maii 1225 (n. 7417); Horoy H-i opp. omn. IV. 260. n. 42.* — « AD ERIPIENDAM DE. »

4183. — *Laterani 5 Ianuarii.*

(Adolfo) episcopo Osnaburgensi pallium mittit, ut illud (Gerhardo) archiepiscopo Bremensi assignet. Laterani Nonis Ianuarii anno septimo. — *Lappenberg Hamburg. UB. I. 404. n. 460; Potthast 599. n. 6915; Horoy H-i opp. omn. IV. 261. n. 43.* — « CVM PALLEVM INSIGNE. »

4184. — *Laterani 5 Ianuarii.*

(Gerhardo II) archiepiscopo Bremensi pallium tribuit. Laterani Nonis Ianuarii anno septimo. — *Lappenberg l. c. n. 461; Potthast 599. n. 6916; Horoy H-i opp. omn. IV. 263. n. 45.* — « CVM PALLEVM INSIGNE. »

4185. — *Laterani 11 Ianuarii.*

Confirmat archiepiscopo Gneznensi eiusque suffraganeis bullam, quam eis Innocentius PP. III. anno 1215. Dec. 29 dedit, super promissione facta a ducibus Lestko Cracoviensi, Conrado Masoviensi, Wladislao de Kalisch et Casimiro Oppoliensi de immunitate ecclesiae Polonicae aestimanda, eiusdem subditis exonerandis et omnibus ad S. Adalbertum pertinentibus locis reddendis. Laterani III. Id. Ianuarii anno septimo. — *Cod. dipl. Masov. 25, teste Grünhagen Regest. I. 118. n. 263; cf. Potthast 599. n. 6917.*

4186. — *Laterani 12 Ianuarii.*

« Abbati, priori et suppriori sancti Victoris Parisiensis. » In causa inter b. m. Ambianensem episcopum et abbatem et conventum monasterii sancti Richarii in Pontivo super exemptione eiusdem monasterii, quam ipsi ad Papam remiserunt instructam, penes se actis seu eorum originalibus reservatis, mandat ut, ne decisio negotii memorati ulterius retardetur, exempla ipsorum originalium sub eorum sigillis tribuant successori praefati episcopi, si fuerint requisiti, mandantes abbati et conventui supradictis ut transcriptioni originalium ipsorum per suum procuratorem intersint; meminit iniunctiones super hac causa datas abbati et priori sancti Martini de Gemellis Ambianensibus et decano Atrebatensi. Laterani II. Id. Ianuarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 63. fol. 16; Horoy H-i opp. omn. IV. 263. n. 46 ex mss. du Theil.* — « CVM CAVSAM QVE. »

4187. — *Laterani 12 Ianuarii.*

« (Thomae) episcopo Agriensi. » Vt personam idoneam a fratribus Domus sanctae Mariae Theutonicorum ei praesentatam in terra quae dicitur Boza, quae praeter Ro-

manum Pontificem non habet episcopum vel praelatum, in archipresbyterum vel decanum clericis praeficiat, ad quem possint habere recursum super quaestionibus emergentibus inter eos, donec ipsius terrae populus in tantum, annuente Domino, augmentetur, quod eis de proprio possit episcopo provideri. Laterani II. Id. Ianuarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 69. fol. 18; Schimtth Episc. Agriens. I. 126; Schlözer Krit. Samml 321, cf. 614; Bethlen Deutscher Orden 89; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV) 21. n. 20; Theiner Mon. Hung. I. 37. n. 76; Potthast 599. n. 6918; Horoy H-i opp. omn. IV. 264. n. 47.* — « DILECTI FILII MAGISTER. »

4188. — *Laterani 12 Ianuarii.*

Archiepiscopis, episcopis, abbatibus *etc.* mandat atque praecipit, ut, cum a fratribus hospitalis S. Mariae Theutonicorum Ierosolim. acceperint de suis parochianis querelam, eos ad exhibendam iustitiam ecclesiastica districtione cogant. Laterani II. Id. Ianuarii anno septimo. — *Strehlke Tab. 324. n. 371; Potthast 599. n. 6919.* — « CVM A RELIGIOSORVM. »

4189. — *Laterani 12 Ianuarii.*

Eisdem mandat, concedant ut parochiani sui ad ecclesias et capellas fratrum praedictorum causa orationis accedant ac eis pia elargiantur beneficia. Laterani II. Id. Ianuarii anno septimo. — *Strehlke l. c. 324. n. 372; Potthast 599. n. 6920.* — « GRAVEM DILECTORVM FILIORVM. »

4190. — *Laterani 12 Ianuarii.*

(Hermanno) magistro et fratribus hospitalis S. Mariae Theuton. Ierosol. omnes libertates, immunitates ac indulgentias domibus Hospitalis et Templi ab apostolica sede concessas confirmat eisque indulget, ut eis utantur libere sicut illi. Laterani II. Id. Ianuarii anno septimo. — *Strehlke l. c. 324. n. 373; Potthast 599. n. 6921.* — « VESTRA RELIGIO CVIVS. »

4191. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« (Guilielmo) Sancti Andree, (Waltero) Glaswensi, (Gilberto) Dunkeldensi et (Henrico) Dublinensi episcopis. » Commendat regem Scotorum, qui, prorsus suis negotiis omissis, se ad horrendam A(dam) episcopi Cathanensis occisionem et cremationem a suis parochianis perpetratam vindicandam accinxit: illis autem mandat ut in ipsos sacrilegos homicidas sententias excommunicationis et interdicti, quas in eosdem ipsi protulerunt, usque ad satisfactionem congruam observari faciant. Laterani Idibus Ianuarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 75. fol. 19; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 50-52; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Theiner Mon. Hibern. 21. n. 49; Potthast 600. n. 6924, et repet. 602. n. 6967 (13 Febr. cum tit.:* Scotiae episcopis*); Horoy H-i opp. omn. IV. 265. n. 48, et 296. n. 80 (ad diem 13 Febr. cum tit.* Ad Scotiae episcopos). — « NVNC SCIMVS VERE. »

4192. — *Laterani 13 Ianuari.*

Vniversos Christi fideles rogat et monet, ut fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ieros., qui ed recuperandam et defendendam Terram Sanctam laborare non desistant, in eorum confratriis assumendis, legatis et aliis beneficiis exhibendis habeant commendatos. Subvenientibus indulgentias pollicetur. Laterani Idibus Ian. anno septimo. — *Strehlke Tab. 325. n. 374; de Geer Archieven I. 39. n. 34; Potthast 599. n. 6922.* — « AD ERIPIENDAM DE. »

4193. — *Laterani 13 Ianuarii.*

Archiepiscopis, episcopis *etc.* mandat, ut, cum fratres hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosol. ad eorum loca pro eleemosynis accesserint colligendis, eosdem benigne recipiant. *etc.* Laterani Idibus Ianuarii anno septimo. — *Strehlke l. c. n. 375; Potthast 600. n. 6923. et repet. ad diem 30 Maii 1225, cf. 639. n. 7416.* — « CVM DILECTIS FILIIS. »

4194. — *Laterani 13 Ianuarii.*
Magistro et fratribus hospitalis S. Mariae Theutonicorum Ierosol. indulget, ut liceat eis quemlibet sanctae crucis signaculo signatum in fratrem recipere, si impedimentum aliquod canonicum non obsistat. Laterani Idib. Ianuarii anno septimo. — *Strehlke l. c. n. 377; Potthast 600. n. 6926.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

4195. — *Laterani 13 Ianuarii.*
Archiepiscopis, episcopis *etc.* praecipit, ut universis presbyteris suae potestati subiectis sub poena officii et beneficii iniungant, ut praedictos fratres in ecclesiis suis ad opus pauperum praedicare et eleemosynas libere quaerere permittant. Laterani Idib. Ianuarii anno septimo. — *Strehlke l. c. n. 378; Potthast 600. n. 6927.* — « QVERELAM GRAVEM RECEPIMVS. »

4196. — *Laterani 15 Ianuarii.*
« Preposito et capitulo Novelle plantationis sancti Andree Verdensis. » Eorum personas et locum in quo divino obsequio mancipati sunt cum omnibus eorum bonis quae in praesentiarum rationabiliter possident aut in futurum praestante Domino iustis modis poterunt adipisci sub protectione Sedis Apostolicae suscipit, specialiter autem possessiones et res alias eis ab episcopo Verdensi capituli sui assensu pia et provida libertate sicut ea omnia iuste, canonice et pacifice possident collatas ipsi et per ipsum ecclesiae suae auctoritate apostolica confirmat. Laterani XVIII. Kal. Febr. anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 74. fol. 19.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

4197. — *Laterani 16 Ianuarii.*
« Liddensi episcopo. » Quum possessiones ecclesiae Liddensis, ad cuius regimen est disponente Domino vocatus, ab inimicis crucis Xpi detineantur ex parte maxima occupatae, « ne pro defectu temporalium episcopalis vilescat auctoritas », indulget ut redditus quos hactenus in Auriensi ecclesia ipse dinoscitur habuisse, cum ea integritate percipiat qua peregrinationis tempore percepit, dum modo eidem faciat per idoneum vicarium sicut hactenus deserviri, donec ad meliorem statum dicta Liddensis ecclesia reducatur vel Terra Sancta de manibus eruatur paganorum. Laterani XVII. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 70. fol. 18.* — « ET SI SECVNDVM APOSTOLVM. »

4198. — *Laterani 16 Ianuarii.*
« (Conrado) episcopo Ildesemensi. » Vt, quum ab abbatissa monasterii Quidelimburgensis requisitus fuerit, personaliter accedat ad ecclesias regularium et saecularium canonicorum et clericorum quae eiusdem monasterio subsistunt, easque reformet. Laterani XVII. Kal. Febr. anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 73. fol. 19.* — « EX PARTE ABBATISSE. »

4199. — *Laterani 17 Ianuarii.*
(Engelberto) archiepiscopo Coloniensi praecipit, ut illos qui possessiones, res vel domos fratrum Eberbacensis monasterii Cisterc. ord. vel hominum suorum irreverenter invaserint aut ea iniuste detinuerint, quae illis fratribus ex testamento decedentium relinquuntur, aut in ipsos fratres contra apostolicae sedis indulta sententiam excommunicationis aut interdicti praesumpserint promulgare *etc.* si laici fuerint, publice candelis accensis excommunicationis sententia percellat; si vero clerici vel canonici regulares vel monachi fuerint, eos ab officio beneficioque suspendat. Laterani XVI. Kal. Februarii anno septimo. — *Rossel UB. d. Abtei Eberbach I. 235; Potthast 600. n. 6933; Horoy H-i opp. omn. IV. 267. n. 49.* — « NON ABSQVE DOLORE. »

4200. — *Laterani 17 Ianuarii.*
Decano et capitulo ecclesiae de Frankenford ius patronatus, quod habent in capella de Biscofsheim a b. mem. Philippo praeposito eiusdem ecclesiae eis donatum, confirmat. Laterani XVI.

Kal. Februarii anno septimo. — *Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 37; Potthast 600. n. 6936; Horoy H-i opp. omn. IV. 268. n. 50.* — « Cvm a nobis. »

4201. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« Abbati et conventui Cisterciensibus. » Domum et personas conventus de Gratia Nostrae Dominae sub eorum institutis vivere volentes recipiant, paternam de ipsis curam et sollicitudinem iuxta Cistercien. ordinis providentiam habituri. Laterani XV. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 71. fol. 18; Mss. Vallic. I. 53.* — « Dilecte in Christo filie. »

4202. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« (Isoni) episcopo et capitulo Verdensibus. » Quum per obitum clarae memoriae Conradi quarundam possessionum ecclesiae ac civitatis Verdensis advocati, utriusque eis advocatia vacet, attendentes quod advocati de partibus eorum non tam defendunt ecclesias ut tenentur quam deprimunt et affligunt, statutum ab eis factum confirmat, ut advocatia eadem ad manus ipsius episcopi et successorum eius perpetuis temporibus reservetur, ita ut nulli eam alienare vel etiam infeudare liceat. Laterani XV. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 72. fol. 18-19; Zeitschrift d. histor. Vereins f. Niedersachsen. Iahrg. 1854. p. 148; W. v. Hodenberg Verdener Geschichtsquellen II. (Celle 1857.) 72; Potthast 600. n. 6937. et Append. 2092.* — « Hiis qve ad ecclesiarvm.

4203. — *Laterani 18 Ianuarii.*

Praepositum et conventum monasterii de Dalen (Dalheim) ord. S. Ben. (Maguntin. dioc.) cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. Laterani XV. Kal. Februari anno septimo. — *Bodmann Rheingauische Alterth. I. 185. fragm.; Potthast 600. n. 6938; Horoy H-i opp. omn. IV. 269. n. 51.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

4204. — *Laterani 18 Ianuarii.*

Praepositum conventumque monasterii Omnium Sanctorum Praemonstr. ord. (in Silva Nigra?) protegendos suscipit omnesque eius possessiones ac bona confirmat. Laterani XV. Kal. Februarii anno septimo. — *Hugo Annal. Praemonstr. II. prob. 281; Potthast 600. n. 6939; Horoy H-i opp. omn. IV. 270. n. 52.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

4205. — *Laterani 18 Ianuarii.*

Abbatiae de Portu Regis Cisterc. ord. tutelam suscipit, eique omnes libertates et immunitates a Romanis Pontificibus concessas auctoritate apostolica confirmat. Laterani XV. Kal. Februarii indict. XI. incarnat. dom. anno 1223 (!) pont. anno septimo. — *Gallia Christ. IV. 748. (ed. nov. VII. instr. 96); Félibien Hist. de Paris III. 80; Potthast 600. n. 6940; Horoy H-i opp. omn. IV. 271. n. 54.* — « In Christo religiosam. »

4206. — *Laterani 18 Ianuarii.*

Archiepiscopo Senonensi eiusque suffraganeis mandat, ut iniuriis monialibus S. Antonii Parisiensis Cisterc. ord. frequentius illatis finem imponant. Laterani XV. Kal. Febr. anno septimo. — *Gallia Christ. VII. instr. 95; Potthast 600. n. 6941; Horoy H-i opp. omn. IV. 270. n. 53.* — « Non absqve dolore. »

4207. — *Laterani 20 Ianuarii.*

« (Reginaldo) illustri regi Mannie. » Vt ecclesiis regni sui, quarum omnium est patronus, et quae se non habere terram liberam asseruntur, ipsarum cuilibet saltem iuxta canonicas sanctiones triginta passus terrae in liberam eleemosynam extra cimiterium a parte qualibet earumdem ad domos clericorum faciendas ibidem liberaliter largiatur. Laterani XIII. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 76. fol. 20; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. Add. mss. 15352; Unger og Huitfeldt Diplom. Norveg. VII. I. 10. n. 9; Theiner Mon. Hibern. 21. n. 50; int. Decretal. H-i III. lib. 3. tit. 22* De iure patron. *c. 2. ed. Ciron. 234;*

Potthast 601. n. 6944; cf. Horoy H-i opp. omn. IV. 277. n. 58. — « AD HEC REX REGVM. »

4208. — *Laterani 20 Ianuarii.*
« Nobilibus viris principibus, magnatibus et universo populo per Sodrensem diocesim constitutis. » Vt decimas de bonis eorum, ecclesiis et clericis, quibus de iure debentur, cum integritate debita sine difficultate qualibet persolvant. Laterani XIII. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 77. fol. 20; Mss. Vallic. I. 53; Unger og Huitfeldt Diplom. Norveg. VII. I. 11. n. 10; Potthast 601. n. 6945.* — « AD EA QVE VESTRARVM. »

4209. — *Laterani 20 Ianuarii.*
Praepositum et conventum de (Pfaffen-) Swabenheim (ord. canonic. regul. s. Aug. Mogunt. dioc.) cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. Laterani XIII. Kal. Februarii anno septimo. — *Würdtwein Monast. Palat. V. 129; Potthast 601. n. 6942; Horoy H-i opp. omn. IV. 276. n. 56.* — « CVM A NOBIS. »

4210. — *Laterani 20 Ianuarii.*
Praepositum et conventum monialium monasterii de Crutzenachen cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. Laterani XIII. Kal. Februarii anno septimo. — *Würdtwein l. c. V. 316; Potthast 601. n. 6943; Horoy H-i opp. omn. IV. 277. n. 57.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS.»

4211. — *Laterani 20 Ianuarii.*
Confirmat universam fundationem monasterii Campililiensis bulla solemni. Laterani XIII. Kal. Februarii indict. XI. incarn. dom. anno 1223 (!) pont. anno septimo. — *Hanthaler Recensus I. 8; cf. Potthast 601. n. 6945 a.*

4212. — *Laterani 21 Ianuarii.*
« Archiepiscopo Nycosiensi, Paphensi, Nimociensi, et Famagustano episcopis, et capitulis eorumdem. » Confirmat initam concordiam inter A(licem) reginam, Henricum natum eius ac barones, milites ac homines regni Cypri ex una parte, et archiepiscopos et episcopos eiusdem regni ex altera, mediantibus P(elagio) Albanensi episcopo Ap. Sedis Legato, atque Templi et Hospitalis magistris, super decimis, possessionibus et aliis rebus, cuius concordiae tenor hic ad verbum exhibetur. Laterani XII. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 154. fol. 43; Mss. Vallicell. I. 53; cf. Mas Latrie Hist. de Chypre II. 45; cf. Potthast 601. n. 6947 (cum hoc titulo:* Archiep. Nicosiensi). — « EA QVE IVDICIO. »

In eundem modum scriptum est A(lici) illustri regine ac dilectis filiis Henrico nato eius domino et heredi et baronibus et militibus ac hominibus regni Cypri. — *Reg. Vat. l. c.; cf. Potthast l. c.*

4213. — *Laterani (20, resp.) 21 Ian.*
(Sifrido) abbati et (Heinrico) priori Pigaviensibus Mersenburgens. dioc. et (Alberto) praeposito Brandenburgensi mandat, ut monachos monasterii de Ilseneburg Halverstadens. dioc., qui pro eo, quod Hartwico, quem Albertus Magdeburgensis archiepiscopus apostolicae sedis legatus eis praefecerat in abbatem, exhibere obedientiam renuebant, excommunicationis vinculo innodati erant, sed hanc sententiam contempnentes unum ex se in abbatem elegerant cum quo ipsum monasterium obtinentes celebrare divina officia non verebantur, ab ipso monasterio eiiciant et huiusmodi praesumptores tam diu degradatos et excommunicatos pulsatis campanis et candelis accensis nuncient, donec dimisso monasterio cum eorum litteris rei seriem continentibus ad apostolicam sedem accedant misericordiam petituri. Porro eis mandat, ut Rochmannum monachum eiusdem monasterii Hartwico praefato adhaerentem ab istorum monachorum molestiis defendant. Laterani XIII. (XII *Menck.*) Kal. Februarii anno septimo. — *Chronic. Montis Sereni ed. Mader 180 (ed. Men-*

cken in Scr. rer. Germ. II. 293; ed. Eckstein 165); Potthast 601. n. 6946; Horoy H-i opp. omn. IV. 274. n. 55 (20 Ian.) — « DILECTVS FILIVS ROCHMANNVS. »

4214. — *Laterani 21 Ianuarii.*

Abbati et conventui de Vicognia, Praemonstratensis ordinis. Personas et monasterium eorum cum omnibus bonis, specialiter autem redditus in Cirvia, in Winthi, in Brandegnies, in Hunchenies, in Boncaen, in Bruel, in Stunecherca, in Bredena et in Rumulast, sub beati Petri et sua protectione suscipit. Laterani XII. Kal. Februarii anno septimo. — *Bibl. Nat. Paris. f. Moreau mss. lat. t. CXXXII. p. 3; Horoy H-i opp. omn. IV. 277. n. 59.* — « QVVM A NOBIS. »

4215. — *Laterani 24 Ianuarii.*

« Aurelianensi, et de Magduno Aurelianensis diocesis decanis et cantori Aurelianensi. » Madat, ne permittant B(erengariam) quondam Anglorum reginam molestari ob excommunicationis sententias in eam, homines, terram et familiam suam latas ab episcopo, capitulo, archipresbytero et officialibus Cenomanensibus et aliis, quum e speciali privilegio Sedis Apostolicae a nemine nisi a Romano Pontifice ipsa excommunicari possit. Laterani VIIII. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 78. fol. 20; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. Add. mss. 15352; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 47.* — « KARISSIMA IN CHRISTO FILIA. »

4216. — *Laterani 24 Ianuarii.*

« Eisdem. » Ne permittant ab episcopo Cenomanensi molestari magistrum Petrum et Symonem clericos B(erengariae) quondam Anglorum reginae contra Papae privilegium, quo eis indultum fuit ut quamdiu dicti clerici fuerint in eiusdem servitio vel in scolis, liceret eis in singulis parrochialibus ecclesiis, quas ante generale concilium canonice fuissent assecuti, per alios deservire, dum tamen sint in sacris ordinibus constituti. Dat. ut supra (Laterani VIIII. Kal. Februarii anno septimo). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 79. fol. 20-21; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. Add. mss. 15352; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 47.* — « KARISSIMA IN CHRISTO FILIA. »

4217. — *Laterani 25 Ianuarii.*

« (Eustachio) Londoniensi episcopo. » Vt in sua dioecesi corrigat excessus clericorum, « dum quidam eorum uxores habentes ecclesiasticorum percipiunt beneficiorum proventus. Quidam vero in ecclesiis in quibus patres ministrarunt eorum se immediate patribus ipsis substituti tamquam hereditario iure possideri sanctuarium Dei liceat procurarunt. Quidam etiam perpetuas vicarias in quibusdam ecclesiis obtinentes, licet proventus percipiant earumdem, in eisdem tamen ecclesiis debitam residentiam facere ac in presbyteros promovèri prout earum cura exigit aspernantur, quibusdam aliis plura ecclesiastica beneficia obtinentibus contra statuta concilii generalis, quamquam cum eis nequaquam sit per Sedem Apostolicam dispensatum. » Laterani VIII. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 81. fol. 22; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 47.* — « NIMIS SICVT ACCEPIMVS. »

4218. — *Laterani 26 Ianuarii.*

« Abbati et conventui sancti Albani. » Mandat ne pauperes leprosas domus sanctae Mariae de Prato, occasione iuris patronatus quod ipsi habent in ea, aggravent, sed potius favorabiliter eas foveant. Laterani VII. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 83. fol. 23; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM NEC LIGNVM. »

4219. — *Laterani 26 Ianuarii.*

Compositionem quae inter abbatem conventumque monasterii de Helwardeshusen ex parte una et (Engelbertum) Coloniensem archiepiscopum

ex altera super munitione quadam et oppido iuxta monasterium eorum constructis et rebus aliis amicabiliter factam confirmat. Laterani VII. Kal. Februarii anno septimo. — *Schaten Ann. Paderborn. I. 991; Lünig Spicil. eccles. Cont. I. 342; Potthast 601. n. 6948; Horoy H-i opp. omn. IV. 278. n. 60.* — « Cvm a nobis. »

4220. — *Laterani 27 Ianuarii.*

« Abbati sancti Vincentii, et sancti Vincentii, et sancti Petri de Cultura prioribus Cenomanensibus. » Mandat ut quoad monachos sancti Melani Redonensis ex diversis causis excommunicatos ita se gerant, videlicet hiis « dum modo eorum qui manus temerarias iniecerint non fuit gravis et enormis excessus, ac hiis qui commiserunt fraudem circa vicesimam postquam super hoc congruam satisfactionem prestiterint iuxta formam ecclesiae impendentes absolutionis beneficium vice nostra, et iniungentes eis quod videritis iniungendum, cum illis qui excommunicati vel suspensi ac generalis interdicti tempore divina officia celebrarunt misericorditer dispensetis, iniuncta eis competenti penitentia pro meritis singulorum. Circa illos autem qui recepti fuerunt in monachos mediante vitio symonie iuxta constitutionem generalis concilii super hoc editam procedatis. » Laterani VI. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 82. fol. 22; Gallia Christ. XIV. instr. 167; Potthast 601. n. 6949; Horoy H-i opp. omn. IV. 279. n. 61.* — « Dilectvs filivs abbas. »

4221. — *Laterani 27 Ianuarii.*

« (Alberto) episcopo Livoniensi. » Concedit facultatem absolvendi eos in terris eius praedicationi concessis, qui, propter violentam manuum iniectionem in clericos vel alios religiosos vinculo excommunicationis adstricti, assumpta cruce, volunt in subsidium Livoniae proficisci, ne cogantur ad Sed. Apostolicam laborare, dum modo passis iniuriam satisfaciant competenter. Laterani VI. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 86. fol. 23; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Ad svccvrsvm noviter. »

4222. — *Laterani 27 Ianuarii.*

« Magistro et fratribus ordinis de Sempingham. » Ad exemplar felicis recordationis Celestini PP. inhibet ne alicui ecclesiasticae personae liceat clericis vel laicis in eorum possessionibus commorantibus poenam pecuniariam pro poenitentia imponere vel etiam irrogare, si vero in aliquo eos excedere forte contigerit, poena eis quam sacri dictant canones infligatur. Laterani VI. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 87. fol. 23; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « Qvotiens a nobis. »

4223. — *Laterani 27 Ianuarii.*

« Magistro ordinis de Sempingham. » Ad instar praedecessorum suorum fel. record. Alexandri, Lucii, Clementis et Celestini Romanorum Pontificum, concedit ei ut, si in ordine de Sempingham aliqua emerserint corrigenda, ipse et successores sui ea consilio priorum eiusdem ordinis secundum eorum statuta corrigere et emendare possint; addit insuper « ut si quis subditorum vestrorum regularibus statutis vestris contraire presumpserit, aut ea contempserit observare, eum appellatione remota ecclesiastica sententia secundum institutiones prescripti ordinis percellatis. Quam utique sententiam rationabiliter latam tam a diocesano episcopo quam ab aliis firmam et inconcussam usque ad dignam satisfactionem precipimus observari. » Laterani VI. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 89. fol. 24; Musaeum Brit. Add. mss. 15352.* — « Cvm in qvibvsdam. »

4224. — *Laterani 28 Ianuarii.*

« (Guilielmo) episcopo Pictavensi. » Supplicantibus A. Iocelini, magistro P. de Podio

amaro, Vgone de sancto Maxentio et quibusdam aliis canonicis ecclesiae sanctae Radegundis Pictavensis, mandat ut de canonicis quibus ecclesia ipsa vacat propter discordiam super electione Prioris iam per biennium agitatam inter capitulum ipsius ecclesiae ac principem saecularem, unde magnum substinet in spiritualibus detrimentum, concedat eidem capitulo licentiam ecclesiam ipsam de personis idoneis ordinandi. Laterani V. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 84. fol. 23; Horoy H-i opp. omn. IV. 283. n. 65 ex mss. du Theil.* — « Dilecti filii A. »

4225. — *Laterani 28 Ianuarii.*

« Abbati sancti Richarii. » Quum eius monasterium, referente G. monacho et procuratore monasterii eiusdem, sit nimis in spiritualibus deformatum et in temporalibus diminutum, ei mandat « ut saltem amodo taliter studeas redimere negligentiam precedentem, quod ad pedem infructuose ficulnee ne frustra terram occupet amotionis securim apponere non cogamur, cum nolumus ut occasione tua pereat monasterium tam solempne. » Laterani V. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 85. fol. 23; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Qvod te nostris. »

Scriptum est super hoc in eundem fere modum verbis competenter mutatis sancti Iudoci de Supramare, et sancti Silvini Alciacensis, et de Gardo abbatibus Ambianensis et Morinensis diocesum, ut ad monasterium sancti Richarii accedentes eundem abbatem ad id moneant et efficaciter inducant. Dat. ut supra. — *Reg. Vat. l. c.*

4226. — *Laterani 28 Ianuarii.*

« (Iohanni) archiepiscopo Turonensi. » Quoad causam quae circa personam Stephani archidiaconi Trecorensis electi, super eius electione et confirmatione vertebatur, quaeque pro inquisitione veritatis a Papa remissa fuit Cenomanensi episcopo et coniudicibus suis, et deinde ab oppositoribus relicta fuerat, mandat ut « circa ipsum electum officii tui debitum exequaris, proviso prudenter ne alicuius commento colludii sit ab obiectorum prosecutione recessum cum suspitionis nota non careat quod illi sine discussione relinquere negotium quod tam voluntarie sunt aggressi. » Laterani V. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 92. fol. 25; Gallia Christ. XIV. instr. 272; Potthast 601. n. 6950; Horoy H-i opp. omn. IV. 280. n. 62.* — « Cvm olim D. »

4227. — *Laterani 28 Ianuarii.*

(Henrico) episcopo Argentinensi mandat, ut ecclesiam de Nussbach, cum ius patronatus eiusdem Vta ducissa de Scowenburg praeposito et conventui de Cella Omnium Sanctorum Praemonstr. ord. contulerit, memorato praeposito et conventui conferat. Laterani V. Kal. Februarii anno septimo. — *Würdtwein Nova subs. XIII. 265; Potthast 601. n. 6951; Horoy H-i opp. omn. IV. 281. n. 63.* — « Dilecti filii prepositvs. »

4228. — *Laterani 28 Ianuarii.*

Episcopo et archidiacono Florentinis causam inter priorem fratresque Camaldulenses ex parte una et plebanos plebium Partinae, Bibienae et Buiani etc. ex altera super quadam parte decimarum in dictis plebatibus vertentem committit decidendam. Laterani V. Kal. Februarii anno septimo. — *Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 424; Potthast 601. n. 6952; Horoy H-i opp. omn. IV. 282. n. 64.* — « Qverelam dilectorvm filiorvm. »

4229. — *Laterani 29 Ianuarii.*

« Magistro et capitulo ordinis de Sempingham. » Indulget « quatinus super decimis laborum vestrorum de possessionibus habitis ante concilium generale quas propriis manibus aut sumptibus colitis et molendinorum et vestrorum animalium nutrimentis et ab illa nominatim exactione que in archiepiscopatu Eboracensi vulgariter

sancte Iohannecorn dicitur et ab ea que in episcopatu Lincolniensi vulgariter Mariecorn vocatur immunitate et libertate perpetua gaudeatis. » Laterani IIII. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 88. fol. 24; Musaeum Brit. Add. mss. 15352.* — « RELIGIONIS FERVOREM QVE. »

4230. — *Laterani 29 Ianuarii.*

« Magistro et capitulo ordinis de Sempingham. » Loca a Giliberto eorum ordinis magistro et ab eius successoribus ex concessione fidelium pia devotione constructa, in quibus vitam instituerunt regularem, cum ecclesiis, redditibus, terris et aliis bonis quae in praesentiarum possident et aliis modis rationabiliter adipisci poterunt, ad exemplar Lucii Papae praedecessoris sui sub beati Petri protectione suscipit, ita ut nemo de possessionibus habitis ante concilium generale, quas propriis manibus aut sumptibus colunt, seu de animalium nutrimentis ab eisdem decimas extorquere praesumat, aliasque eis immunitates et libertates confirmat. Laterani IIII. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 90. fol. 24; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « CVM SITIS DIVINIS. »

4231. — *Laterani 28 Ianuarii.*

Archiepiscopis, episcopis etc. mandat, ne institutionem vicariorum ab ordine Theutonico ad ecclesias eius vel fratrum eius a patronis ad alias praesentatorum denegent. Laterani IV. Kal. Februarii anno septimo. — *Strehlke Tab. 326. n. 381; De Geer Archieven I. 41. n. 36; Potthast 601. n. 6953.* — « EX INSINVATIONE DILECTORVM. »

4232. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« Abbati beati Martini Maioris Monasterii Turonensis. » Quum eius monasterium per suam insolentiam graviter sit collapsum, hospitalitatis ac aliis pietatis operibus praetermissis, atque ipse panettariam, hospitalariam, cellarariam et praeposituram praedicti monasterii in suis manibus retineat, multorum criminum laboret infamia, et quae b. m. G. praedecessor suus pro ipsius monasterii reformatione constituit non observet, mandat ut, conscientiae suae fosso pariete, se ipsum examinet et corrigat. Laterani II. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 91. fol. 24.* — « QVEDAM DE TE. »

4233. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« (Iohanni) Strigoniensi archiepiscopo, et (Roberto) episcopo Vesprimiensi, et abbati de Egris Cenadiensis diocesis. » Compositionem inter Gregorium filium Calad excommunicatum pro damnis Orodiensi ecclesiae irrogatis, et Orodiensem praepositum, mediante Stephano sancti Adriani diacono Cardinali initam, quam dictus Gregorius non servavit, mandat ut sub certis poenis ab eodem inviolabiliter observari faciant. Laterani II. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 93. fol. 25; Fejér Cod. dipl. III. I. 405; Theiner Mon. Hung. I. 37. n. 77; Potthast 602. n. 6954; Horoy H-i opp. omn. IV. 284. n. 66.* — « CVM GREGORIVS FILIVS. »

4234. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« Potestati, consiliariis et populo Florentinis. » Mandat ut Fesulano episcopo et aliis ecclesiis Fesulanis satisfaciant plenarie de illatis damnis et iniuriis irrogatis, nec de cetero attemptent alia gravia contra eos, « alioquin quantumcumque vobis deferri velimus, quia tamen non est deferendum hominibus contra Dominum, Ven. fr. nro Mutinensi episcopo nostris damus litteris firmiter in preceptis ut in vos, potestas et consiliarii, excommunicationis, ac deinde nisi eis infra mensem satisfactum fuerit, in totam civitatem interdicti sententias appellatione remota promulget, faciens utramque usque ad satisfactionem condignam firmiter observari. » Laterani II. Kal. Februarii

anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 94. fol. 26.* — « NIMIS INIQVA VICISSITVDINE. »

4235. — *Laterani 31 Ianuarii.*
« Abbati sancti Petri de Valle Carnotensis, et magistro Alberico canonico Parisiensi et W. Redonensi Cenomanen. canonicis. » Vt causam super diversis articulis inter B(erengariam) quondam Anglorum reginam et episcopum Cenomanensem, partibus convocatis, inspectis actis et auditis si qua de iure fuerint proponenda, terminent, alioquin eam sufficienter instructam ad Sanctae Sedis examen remittant, praefigentes partibus terminum quo se apostolico conspectui repraesentent. Laterani II. Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 101. fol. 28; Musaeum Britann. Add. mss. 15352; Horoy H-i opp. omn. IV. 285. n. 67 ex mss. du Theil.* — « EX PARTE KARISSIME. »

4236. — *Laterani 31 Ianuarii.*
Archiepiscopis, episcopis *etc.* mandat atque praecipit, ut, cum a fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. acceperint de suis parochianis querelam, eos ad exhibendam iustitiam ecclesiastica districtione cogant. Laterani II. Kal. Febr. anno septimo. — *Strehlke Tab. 326. n. 382; Potthast 602. n. 6955 (3 Febr.), repet. n. 6959, cf. n. 6919 (12 Ianr.)* — « CVM A RELIGIOSORVM. »

4237. — *Laterani 1 Februarii.*
« Abbati sancte Genovefe, et magistris G. cornuto decano, et G. peverel archidiacon. Parisiensibus. » Quum decanus et capitulum sancti Petri de Curia Cenomanenses, occasione cuiusdam quaestionis inter episcopum Cenomanensem et B(erengariam) quondam Anglorum reginam, possessionibus reddituum quarundam ecclesiarum ab eodem episcopo spoliati fuissent; deinde, quum praedicti decanus et capitulum diebus statutis ad maiorem ecclesiam secundum consuetudinem processionaliter accessissent et capitulum ipsius maioris ecclesiae benigne admittentes ipsos communicassent eisdem; tandem, ipsis de more in Dominica Palmarum ad eandem maiorem ecclesiam corpus beatae Scolasticae processionaliter deferentibus, praefata regina processionem ipsam cum magna populi multitudine comitante, episcopus et capitulum supradicti eos admittere recusantes eis valvas ecclesiae in faciem praecluserunt in ipsorum confusionem et praeiudicium et scandalum plurimorum; quum decanus et capitulum iidem de Curia excommunicationis et interdicti sententias ab episcopo Cenomanensi latas non servantes, divina officia publice celebrassent, non tam episcopi contemnendo sententiam, sed Apostolicae indulgentiae iam dictae reginae patronae ipsorum indultae et appellationi ex parte ipsius legitime interiectae, contra quas praefatum interdictum promulgatum existit, inhaerendo, allegantes etiam quamdam sententiam a b. m. O(ctaviano) Ostiensi episcopo tunc Apostolicae Sedis Legato et quasdam litteras Innocentii PP. (III): quare Pontifex mandat ut, recepta ab eisdem decano et capitulo secundum formam ecclesiae cautione, quod super dictis excommunicationum sententiis iuri pareant coram eis, impendant ipsis absolutionis beneficium ad cautelam, ita quod per huiusmodi absolutionem neutri partium praeiudicium generetur, et in negotio ipso ratione praevia procedant. Laterani Kal. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 95. fol. 26; Mss. Vallicell. I. 53.* — « DILECTI FILII DECANVS. »

4238. — *Laterani 1 Februarii.*
Archiepiscopis, episcopis *etc.*, mandat atque praecipit, ut de hiis, quae hospitalis sanctae Mariae Theutonicorum Ierosolim. fratribus dantur ab aliquibus in sanitate vel in infirmitate, sive postea convaluerint aut apud alios fuerint tumulati, partem aliquam non quaerant, de aliis vero parochianis suis, qui laborantes in extremis apud

praedictos fratres eligant sepeliri, quarta sint testamenti parte contenti. Laterani Kal. Febr. anno septimo. — *Strehlke Tab. 327. n. 384; Potthast 602. n. 6957.* — « Dilecti filii nostri. »

4239. — *Laterani 1 Februarii.*

Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosol. inhibet, ne quis post professionem ordinis eorum regulariter factam habitumque receptum ad saeculum aut saeculares nuptias licentiam habeat transeundi. Laterani Kal. Febr. anno septimo. — *Strehlke l. c. 327. n. 385; de Geer Archieven I. 43. n. 38; excerpta ap. Boczek Cod. dipl. Morav. II. 145. n. 142; Potthast 602. n. 6958, repet. 6961 (3 Febr.); Horoy H-i opp. omn. IV. 288. n. 70.* — « Graviter ocvlos divine. »

4240. — *Laterani 3 Februarii.*

« (Melendo) episcopo, priori et cantori Oxomensibus. » Vt in negotio consecrationis I. electi Calagurritani. non obstante rescripto a W. de Lucronio ad archidiaconum de Palentiola suosque collegas obtento, et non obstante dubitatione circa electum et praefatum W. de Lucronio, iuxta recepti formam mandati, si litteras Terraconensis archiepiscopi et trium archidiaconorum ecclesiae Calagurritanae ad Papam destinatas eis veras esse constet, imposito ipsi W. silentio, Terraconensi archiepiscopo mandent ut ipsi electo consecrationis munus conferant, quamquam Wilelmum Durandi de Tutela per Sedem Apostolicam ab episcopatu remotum quandoque Tutelanum priorem interdum episcopum invenerint in litteris Apostolicis appellatum. Laterani III. Non. Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 99. fol. 28.* — « Vobis scripsisse meminimvs. »

4241. — *Laterani 3 Februarii.*

Archiepiscopis *etc.*, praecipit, ut illos qui fratres Theutonicos et eorum homines in personis vel rebus offenderint *etc.*, tam diu excommunicatos publice nuncient, donec malefactores ablata restituant et de illatis iniuriis satisfaciant competenter. Laterani III. Non. Febr. anno septimo. — *Strehlke Tab. 328. n. 387; omisso initio de Geer Archieven I. 43. n. 39; Potthast 602. n. 6960.* — « Etsi apostolicae servitvtis. »

4242. — *Laterani 3 Februarii.*

Decano et capitulo ecclesiae in Frankenfort, quibus b. mem. Philippus ecclesiae eiusdem praepositus capellam de Biscofsheim concesserat constituens, ut ipsius proventus in eorum cederent beneficiorum augmentum, hanc constitutionem confirmat. Laterani III. Non. Febr. anno septimo. — *Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 38; Potthast 602. n. 6962; Horoy H-i opp. om. IV. 290. n. 72.* — « Cvm a nobis. »

4243. — *Laterani 3 Februarii.*

(Ludovico) abbati de Hersfelden Maguntinae dioc. mandat atque praecipit, ut illos, qui possessiones vel res aut domos monasterii de Arnesburg (Cisterc. ord.) vel hominum eiusdem irreverenter invaserint aut ea iniuste detinuerint *etc.* si laici fuerint, publice candelis accensis excommunicationis sententia percellat, si vero clerici vel canonici regulares aut monachi, eos ab officio beneficioque suspendat. Laterani III. Non. Februarii anno septimo. — *Wenck Hessische Landesgesch. II. UB. 141. n. 102; Boehmer l. c. I. 47; Potthast 602. n. 6963. et Append. 2093; Horoy H-i opp. omn. IV. 291. n. 73, cf. n. 74.* « Non absqve dolore. »

4244. — *Laterani 3 Februarii.*

Vniversos Christi fideles rogat et monet, ut, cum fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. vel eorum nuntii ad illos venerint elemosinas petituri pro sustentatione pauperum ac Terrae Sanctae succursu, grata eis subsidia conferant. Laterani III. Non. Februarii anno septimo. — *Strehlke Tab. 328. n. 389; Potthast 602. n. 6964; Horoy H-i opp. omn. IV. 289. n. 71.* « Inter cetera qve. »

4245. — *Laterani 4 Februarii.*

Eosdem rogat et monet, ut praedictos fratres, qui ad recuperandam et defendendam Terram San-

ctam laborare non desistunt, in eorum confratriis assumendis, *etc.*, habeant commendatos. Laterani II. Non. Febr. anno septimo. — *Strehlke Tab. 329. n. 390; Potth. 602. n. 6965, cf. n. 6914 (5 Ian.), etc.* « AD ERIPIENDAM DE. »

4246. — *Laterani 6 Februarii.*
« Cantori, cancellario et succentori Parisiensibus. » Mandat ut observari faciant constitutionem factam in capitulo conventus monialium et canonicorum Iotrensis ecclesiae Meldensis dioecesis, « quod videlicet abbatissa ipsius loci quamcumque fore contingeret bis in quolibet anno, decanus vero et alii balivi singulis duobus mensibus semel de receptis et expensis omnibus redderent rationem, presentibus duodecim monialibus electis a capitulo et canonicis qui vellent huiusmodi ratiocinio interesse. » Laterani VIII. Idus Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 96. fol. 27; Horoy H-i opp. omn. IV. 292. n. 76 ex mss. du Theil.* — « EX PARTE CONVENTVS. »

4247. — *Laterani 6 Februarii.*
« (Hervaeo) Trecensi episcopo, et abbati Claravallensi Cisterciensis ordinis Lingonensis diocesis. » Commendat eis monasterium sancti Lupi Trecensis, quod, quum onere premeretur debitorum, abbas ipsius monasterii, de sui conventus assensu quoad dispositionem rerum temporalium eorum providentiae commisit. Laterani VIII. Idus Febr. anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 97. fol. 27; Horoy H-i opp. omn. IV. 202. n. 75 ex mss. du Theil.* — « EXHIBITA NOBIS DILECTI. »

4248. — *Laterani 6 Februarii.*
« Abbati et conventui Bellecurie Cisterciensis ordinis. » Vt observent statutum quo a beato Bernardo et aliis patribus Cisterciensis ordinis expresse inhibitum fuit, « ne in quadam grangia vestra prope monasterium vestrum posita, decedentibus sororibus que ibi tunc erant, aliqua reciperetur mulier in conversam, cum ratione vicinitatis sinistra exinde posset suspitio suboriri. » Dat. ut supra (Laterani VIII. Idus Februarii anno septimo). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 98. fol. 28.* — « EXHIBITA NOBIS VESTRA. »

4249. — *Laterani 7 Februarii.*
« Preposito Casletensi Morinensis diocesis. » Vt I. canonico ecclesiae Casletensis in aliquo beneficio praebendali ad suam donationem spectantem provideat, alioquin dat litteris in mandatis abbatibus de Hinniaco et de Falempin et priori de Himniaco (*sic*) ut eum ad id compellant. Laterani VII. Idus Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 100. fol. 28; Horoy H-i opp. omn. IV. 295. n. 78 ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS I. »

4250. — *Laterani 9 Februarii.*
« Capitulo Warmatiensi. » Vt G. canonicum Novae domus Warmatiensem, licet litteras Apostolicas ad decanum Spirensem et suos collegas obtinuerint ut eos super hoc non permitterent molestari, quum tamen nuper F(ridericus) Romanorum imperator et rex Siciliae pro eodem G. suis litteris Pontificem rogaverit, recipiant in canonicum, « ita quod nec imperator frustra pro ipso rogasse nec idem laborem ad nos iterasse inutiliter videatur »; alioquin a cantoribus sancti Paulini et sancti Symeonis et scolastico sancti Paulini Treverensibus ad id compellentur. Laterani V. Idus Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 102. fol. 28.* — « EXHIBITA NOBIS DILECTI. »
Scriptum est super hoc eisdem executoribus verbis competenter mutatis.

4251. — *Laterani 9 Februarii.*
Monasterio Campililiensi confirmat denuo hospitale in Chremis, parochia Meuslingensi eo attinente diserte quoque expressa, nec non ius patronatus in Wilhelmspurg. Laterani V. Idus Fe-

bruarii anno septimo. — *Hanthaler Recensus I. 8; cf. Potthast 602. n. 6965a.*

4252. — *Laterani 10 Februarii.*

« Archiepiscopo Treverensi. » Quod controversiam inter Alatrinum subdiaconum et capellanum Papae et G. eiusdem loci canonicum super praepositura ecclesiae sancti Castoris in Confluentia, mandat « ut prefatus G. preposituram ipsam obtineat, dictus autem A. ecclesie sit memorate canonicus, annuatim toto tempore vite sue apud Maguntiam in Dominica qua cantatur *Invocavit me*, de ipsius preposíture proventibus cum redditu prebende ad canonicatum spectantis in propriis prepositi et ecclesie non autem suis expensis, decem marcas pulveris puri auri ad pondus Coloniense sine diminutione aliqua percepturus, et ad provisionem huiusmodi observandam universi ecclesie predicte ac specialiter prepositure redditus eidem A. sint quandiu vixerit obligati. » Laterani IIII. Idus Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 103. fol. 29.* — « DVDVM PREPOSITVRAM ECCLESIE. »

4253. — *Laterani 11 Februarii.*

Decanum et capitulum ecclesiae de Frankenfort cum capella de Biscofsheim et omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. Laterani III. Id. Februarii anno septimo. — *Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 38; Potthast 602. n. 6966; Horoy H-i opp. omn. IV. 206. n. 79.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

4254. — *Laterani 13 Februarii.*

« (Gaufrido) Ambianensi et (Waltero) Tornacensi episcopis, et abbati sancti Vedasti Atrebatensi. » Mandat ut accedant ad ecclesiam Atrebatensem et inquirant an verum sit quod « bone memorie R. Atrebatensi episcopo viam universe carnis ingresso, certa die ad eligendum statuta eiusdem ecclesie canonici et venerabilis frater noster Atrebatensis episcopus tunc archidiaconus et canonicus ipsius ecclesie statuerunt per iuramentum quo tenebantur ecclesie confirmantes quod quicumque de gremio ipsius ecclesie si canonice posset fieri assumeretur in episcopum de cetero non esset canonicus in eadem » : quae si vera sint, pro huiusmodi promissione incauta, imposita praefato episcopo poenitentia congruente, quod in damnum episcopalis iuris repperierint taliter attemptatum in statum debitum reducant. Laterani Idibus Februarii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 104. fol. 29.* — « AD NOSTRAM NOVERITIS. »

4255. — *Laterani 13 Februarii.*

Harduino episcopo ecclesiae Cephaludensis iura omnia confirmat. Laterani XIII. (!) Februarii indict. XI. incarn. dom. anno 1223. pont. anno septimo. — *Pirrus Sicilia sacra 805; Potthast app. 2093. n. 6967a-26092.*

4256. — *Laterani 14 Februarii.*

« Dilectis filiis priori et canonicis Lateranensibus. » Confirmat eis monasterium sanctae Mariae de Cathicio cum omnibus pertinentiis suis situm in imperio Romaniae, quod a Benedicto tit. sanctae Susannae presbytero Cardinali Apostolicae Sedis Legato eis collatum fuit, quod antea Guerricus per ipsum Cardinalem et patriarcham Constantinopolitanum possidebat. Laterani XVI. Kal. Martii anno septimo. — *Arch. Basilicae Lateranen. Q. I. B. 17. Original.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4257. — *Laterani 14 Februarii.*

« Dilectis filiis priori et canonicis Lateranensibus. » Confirmat eis monasterium de Calcedonia cum pertinentiis suis positum in partibus imperii Constantinopolitani a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis presbytero Cardinali Sedis Apost. Legato eis collatum. Laterani XVI. Kal. Martii anno septimo. — *Arch. Basilicae Lateran. Q. 2. E. 19, Original.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4258. — *Ferentini 17 Februarii.*

S. Mariae Magdalenae et de Gratia Dei dioces. Magdeburgens. praepositis et magistro Alberto canonico Misnensi mandat, ut in negotio Heinrici canonici Montis Sereni Magdeb. dioc., quem Tidericus ecclesiae ipsius praepositus pro eo, quod Innocentii papae praedecessoris et (Alberti) Magdeburgensis archiepiscopi apostolicae sedis legati detulerat litteras, ab eadem ecclesia turpiter expulerat, et in negotio eiusdem praepositi de dilapidatione, simonia, periurio et aliis multis criminibus infamati iuxta iam dicti praedecessoris mandatum ratione praevia procedant. Ferentiae (*sic*) XIII. Kal. Martii anno septimo. — *Chron. Montis Sereni ed. Mader 142 (ed. Mencken in Scr. rer. Germ. II. 266; ed. Eckstein 131); Potthast 603. n. 6968.* — « CVM OLIM TAM. »

Imperator de Sicilia in Apuliam venit (Decembr. 1222); inde in Terram Laboris (Ianr. 1223) et exinde (Febr.) ad S. Germanum, ubi fieri cum Cardinalibus colloquium sperabatur, cum ipse papa propter suam infirmitatem colloquio interesse non posset. Tunc tractus a Cardinalibus est in Campaniam Imperator, ubi etiam hortatu (Iohannis) regis Ierosolymitani et (Hermanni) magistri domus hospitalis se commisit ipse papa, et apud Ferentinum (Martii mense) habens cum imperatore colloquium..... — *Richardi de S. Germ. chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 995; (apud Vghelli Ital. sacra* [*1647 ed.*] *III. 982; apud Pertz Mon. Germ. h. Scr. XIX. 342); Potthast 603. post n. 6968.*

4259. — *Ferentini 8 Martii.*

« Capitulo ecclesie sancti Laurentii de Villanova Archiepiscopi super Yonem, eorumque successoribus canonice substituendis in perpetuum. » Ecclesiam sancti Laurentii de Villanova Archiepiscopi praedictam sub apostolica protectione suscipit, domum et possessiones cum pertinentiis earumdem, quas Guido de Camera eidem ecclesiae donavit, confirmat, pluresque libertates et immunitates concedit. Dat. Ferentini per manum Guidonis dñi PP. capellani VIII. Idus Martii Ind. XI. Incarnationis dominice MCCXXIII. Pont. vero donni Honorii PP. III. anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 105. fol. 30; Horoy H-i opp. omn. IV. 293. n. 77 (datum Laterani 6 Februarii) ex mss. du Theil.* — « QVOTIENS POSTVLATVR A NOBIS. »

4260. — *Ferentini 11 Martii.*

« Magistro Conrado imperialis aule capellano. » Quum ipse Parisius in liberalibus artibus tamdiu fuerit discipulus, quod ibidem honorem magisterii adeptus sit, indulget Pontifex ut alterum beneficium etiam cum cura animarum habere possit. Ferentini V. Idus Martii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 157. fol. 45.* — « EA TIBI DICVNTVR. »

4261. — *Laterani 22 Martii.*

Lucae archiepiscopo Cusentino causam Harduini Cephaludensis episcopi, qui Friderici II. imp. opera ab ecclesia eiectus et exilio multatus, castello Cephaludensi atque bonis omnibus spoliatus est, quod bona ecclesiae dilapidaret, committit. Romae (*sic*) XI. Kal. Apr. anno septimo. — *Pirrus Sicil. sacra 805; Potth. app. 2093. n. 6968 a-26093, et, ex Vghellio, 603. n. 6972 (26 Martii).*

4262. — *Laterani (Mart.-April.)*

« (Philippo) illustri regi Francorum. » Narratis quae crucesignatorum exercitui prospere et adverse acciderant apud Damiatam, exponit quae cum Friderico Romanorum imperatore et Siciliae rege in Campania ad Papam accito super negotio Terrae Sanctae tractaverat, praesentibus patriarcha et Iohanne rege Ierosolimitanis, Beethlemitano episcopo, magistro Hospitalis, praeceptore Templi et magistro domus Theutonicorum, eumque hortatur ut in adiutorium praedicti negotii exsurgat. Laterani.... anno septimo (sine die et mense). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 176. fol. 52; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 5, 1223. n. 1-6; Bouquet Rec. XIX. 733; cf. Huil-*

lard-Bréholles Hist. Dipl. II. 375; Potthast 603. n. 6869 sine signo chronol., sed eam vero refert ad circa diem 26 Martii, et 608. n. 7035 Maio exeunte; Rodenberg Ep. Sel. 152. n. 225 circa 27 Apr. Quum in eundem fere modum, ut infra videtur, regi Anglorum scriptum sit, et in authografo huius epistolae, quod vidit et edidit Rymer, legatur: « Dat. Later. V. Kal. Maii anno septimo, » *hinc Rodenberg sub eodem circa die hanc epistolam regi Francorum missam refert. — Horoy H-i opp. omn. IV. 298. n. 81 sub die 26 Martii, et in nota addit: « Quum rex Philippus ante acceptas eas litteras morti debitum solverit [1223. 14 Iulii], hinc credimus annum et diem in subscriptione fuisse neglectos.* — « Ivstvs Dominvs in. »

Scriptum in e. m. (Andreae) regi Vngarie. — *Reg. Vat. l. c.; Theiner Mon. Hung. I. 40. n. 83 absque nota chronol. et Vet. Mon. hist. Hung. illustr. 40. et Mon. Hung. hist. Dipl. VI. 191 sine nota chronol.; cf. Potthast 605. post n. 6994 ad diem 11 Aprilis, et 616. n. 7131 ad finem anni 1223; Rodenberg l. c., sub die 27 Apr.*

In e. m. aliis regibus, quibusdam verbis mutandis competenter mutatis. — *Reg. Vat. l. c.; Rodenberg l. c.*

(Henrico) illlustri regi Anglorum, cuius memorie exemplum regis Riccardi, qui hostibus fidei terror erat, repetit. — *Reg. Vat. l, c.; Potthast l. c. et 606. n. 7003 ubi auctoritate Rymerii (Foedera I. 1. 91), hanc epistolam refert ad diem 27 April.; Horoy l. c.; Rodenberg l. c.*

Scriptum est universis Xpi fidelibus per Tarantasiensem provinciam constitutis. — *Reg. Vat. l. c.; cf. Potthast l. c.; Horoy l. c.; Rodenberg l. c.*

4263. —

« (Philippo) regi Francie. » Rogat eum ne a crucesignatis in Terrae Sanctae subsidium profecturis sive ab aliis qui necessaria deferrent eorumdem, in regno suo pedagia extorqueri permittat, ab extorsione huiusmodi praesumptores potestate ei tradita compescat, et « quia generali Domino generalis debet exhiberi subventio eo quod sicut nullus beneficiorum eius est expres (*sic*) et nullus se potest ab eius obsequiis excusare inter alios subventionis modos in regno Serenitas regia statuat ut quelibet domus singulis mensibus usque ad triennium saltem unum Turonensem vel equivalentem monetam exolvat, » quod etiam ab aliis regibus et principibus exposcit. (Sine indicatione loci et temporis). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 180. fol. 55; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 8; Bouquet Rec. XIX. 732; Potthast 603. n. 6970 circa diem 26 Martii; cf. Horoy H-i opp. omn. IV. 302. n. 82 cum hoc signo chronologico: anno 1223; Rodenberg Ep. Sel. 155. n. 226 circa diem 27 April., quum eiusdem tenoris epistolam ad regem Angliae sub die 27 April. Rymer retulerit.* — « Cvm sit non solvm. »

Scriptum est in eundem modum comitibus, baronibus et aliis nobilibus per Siciliam constitutis. — *Reg. Vat. l. c.; Rodenberg l. c.*

In e. m. universis potestatibus, rectoribus ac consiliariis civitatum per Mediolanensem provinciam constitutis. — *Reg. Vat. l. c.; Rodenberg l. c.*

In e. m. omnibus regibus, marchionibus, ducibus, comitibus, baronibus et aliis nobilibus per singulas provincias constitutis. — *Reg. Vat., Potthast, Horoy, Rodenberg ll. cc.*

4264. — *Laterani 26 Martii.*

Blanchae Francorum reginae concedit facultatem intrandi cum decem honestis mulieribus semel in vita sua Cisterciense monasterium et videndi conventum monachosque ibidem congregatos. Laterani VII. Kal. Aprilis anno septimo. — *Manrique Annal. Cisterc. IV. 455; Potthast 603. n. 6971; Horoy H-i opp. omn. IV. 303. n. 83.* — « Vota qvae pietatem. »

4265. — *Laterani 29 Martii.*

« Nobilibus viris comitibus, baronibus, et universo populo in regno Vngarie constitutis. » Vt decimas cum ea integritate qua et ab ipsis et a patribus eorum hactenus sunt solutae, ecclesiis hilariter persolvant, « scituri quod si secus egeritis, quod non credimus, id non poterimus conniventibus oculis pertransire. » Laterani IIII. Kal. Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 106. fol. 30; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 30; Fejér Cod. Dipl. III. 1. 407; Theiner Mon. Hung. I. 38. n. 79; Potthast 603. n. 6974; Horoy H-i opp. omn. IV. 305. n. 86.* — « TACTI SVMVS DOLORE. »

4266. — *Laterani 29 Martii.*

« (Andreae) illustri regi Vngarie. » Vt et ipse solvat, et comites et barones ac populum sibi subiectos cogat solvere decimas ecclesiis cum ea integritate qua usque modo consueverant, « sciturus quod si secus egeris tu vel ipsi nos id non poterimus ullo modo conniventibus oculis pertransire. » Laterani IIII. Kal. Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 107. fol. 30; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 30; Fejér l. c. 409; Theiner l. c. 38. n. 78; Potthast 603. n. 6975; Horoy H-i opp. omn. IV. 306. n. 87.* — « DEVOTIONIS PVRITAS ET. »

4267. — *Laterani 29 Martii.*

« Abbati sancti Benedicti super Ligerim, et A. priori Vastinensi Bituricensis et Aurelianensis diocesum, et Hugoni archidiacono Aurelianensi. » Quoad causam inter decanum Carnotensem et abbatem et conventum sancti Petri Carnotensis vertentem super iure archidiaconali ac rebus aliis, quae pluribus annis protracta fuit, et de qua R. Balbo archidiacono Rothomagensi et collegis ipsius iudicibus in eadem causa delegatis a Papa mandatum fuit ut negotium ipsum sufficienter instructum ad Papam remitterent, et ipsis parum infra praefixum eis tempus facientibus, mandat ut iuxta formam iam eis traditam procedant. Dat. ut supra (Laterani IIII. Kal. Aprilis anno septimo). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 108. fol. 31; Horoy H-i opp. omn. IV. 303. n. 84 ex mss. du Theil.* — « EX PARTE DILECTI. »

4268. — *Laterani 29 Martii.*

Monasterio de Lambac possessiones, homines et res alias ei a D. de Puhel pro salute animae suae collatas confirmat. Laterani IV. Kal. Aprilis anno septimo. — *UB. ob der Enns II. 642; Potthast 603. n. 6973; Horoy H-i opp. omn. IV. 304. n. 85.* — « CVM A NOBIS. »

4269. — *Laterani 30 Martii.*

« M(argaretae) quondam imperatrici Constantinopolitan. illustri. » Eius personam cum omnibus suis bonis quae in praesentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis adipisci poterit, sub protectione recipit, specialiter autem quasdam possessiones, quas singillatim enumerat, eidem confirmat. Laterani III. Kal. Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 110. fol. 32; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 13; Theiner Mon. Hung. I. 39. n. 80; Mon. Hung. Hist. Dipl. VI. 190; Potthast 603. n. 6976; Horoy H-i opp. omn. IV. 308. n. 88.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

4270. — *Laterani 30 Martii.*

Abbati et conventui Marchiannensibus. Eis quasdam possessiones, videlicet vivarium de Clevrechies, fossatum de Rulagio, terras, prata, nemora ad illud spectantia, confirmat. Laterani III. Kal. Aprilis anno septimo. — *Bibl. Nat. Paris. f. Moreau mss. lat. t. CXXXII. p. 5; Horoy H-i opp. omn. IV. 309. n. 89.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

4271. — *Laterani 31 Martii.*

« Episcopo Tornacensi. » Vt E. presbytero capellano regis Thesalonicensis prae-

bendam in ecclesia Tornacensi conferat, prout ad preces regis eiusdem dedit ei litteris in praeceptis, alioquin archidiaconus Pontivensis, scolasticus et magister O. canonicus sancti Nycolai Ambianensis dioecesis id auctoritate apostolica exequentur. Laterani II. Kal. Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 109. fol. 31; Horoy H-i opp. omn. IV. 309. n. 90. ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS E. »

Scriptum est super hoc eisdem. — *Reg. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

4272. — *Laterani 31 Martii.*

Vniversis praelatis per Magdeburgensem provinciam constitutis mandat, ut publice excommunicent filios Arnoldi de Mildensten milites et complices eorundem, qui (Brunonem) Misnensem episcopum capere praesumpserint ac extorserint iuramentum ab ipso, « quod de huiusmodi non conquereretur iniuria nec super hoc ullo tempore ageret contra eos. » Laterani II. Kal. Aprilis anno septimo. — *Gersdorf Cod. Dipl. Saxoniae reg. II. 1. 90. n. 97; Potthast 604. n. 6977; Horoy H-i opp. omn. IV. 310. n. 91.* — « PERVENIT AD AVDIENTIAM. »

4273. — *Laterani 2 Aprilis.*

De Hemmenrode et de Caladia Cisterc. ord. abbatibus Treverens. et Virdunens. diocc. mandat, ut, duobus abbatibus nigrorum monachorum secum associatis, monasteriis Treverensis provinciae monachorum nigrorum visitationis officium impendant, et in monasterio Gortiensi Metens. dioc. corrigant et reforment, quae correctione et reformatione noverint indigere. Laterani IV. Non. Apr. anno (sexto *sed legas*) septimo. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 228; Potthast 604. n. 6978.* — « QVIA DE MONASTERIORVM. »

4274. — *Laterani 3 Aprilis.*

« Episcopo, abbati sancti Victoris, et cantori Parisiensibus. » Quum prior ecclesiae sancti Victoris Parisiensis, cui a Pontifice cura Belvacensis ecclesiae, dum Belvacensis episcopus tunc electus in subsidium Terrae Sanctae iter arripuit, commissa fuit, inquisitionem, adhibito sibi magistro L. tunc officiali eiusdem ecclesiae in monasterio Flaviacensi peregisset et graves excessus contra abbatem eiusdem monasterii reperisset, sed quum eius iuridictio expiraverit quin tantis malis mederi potuerit, mandat eisdem ut accedant ad monasterium praedictum ibique inquisitionem faciant tam in capite quam in membris et Papam informent. Laterani III. Non. Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 115. fol. 33; Mss. Vall. I. 53.* — « DILECTORVM FILIORVM PRIORIS. »

4275. — *Laterani 3 Aprilis.*

« A. Scolari. » Statuit ipsum ad assumendum habitum Praedicatorum non teneri, quum id aetate tenera, circa septemdecimum annum, dum Bononiae disciplinis insisteret scolasticis, a quodam de ordine Praedicatorum circumventus, promiserit. Laterani III. Non. Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 111. fol. 32.* — « HVMILI NOBIS CONFESSIONE. »

4276. — *Laterani 4 Aprilis.*

« Abbati et conventui sancti Michaelis diocesis Virdunensis. » Mandat ne pro delicto advocati ipsius monasterii pars terrae ad eos pertinentis interdicto ecclesiastico concludatur, non obstante quod idem advocatus quaedam in praedicta eorum terra percipiat. Laterani II. Non. Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 114. fol. 32.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

4277. — *Laterani 4 Aprilis.*

Vlrico comiti de Novocastro (Neuchâtel) et Bertholdo nepoti eius mandat, ut a monasterii Herilacensis [abbaye de Saint-Jean-de-Cerlier] molestatione indebita desistant. Laterani II. Non. Aprilis anno septimo. — *Solothurn. Wochenblatt f. 1830. p. 431, cf. ibid. 1831. p. 79. not.; Zeer-*

leder Vrk. der Stadt Bern I. 207. n. 128; Matile Monum. de l'hist. de Neuchâtel n. 101; Potthast 604. n. 6979; Horoy H-i opp. omn. IV. 271. n. 92. — « SIGNIFICANTIBVS DILECTIS FILIIS. »

4278. — *Laterani 4 Aprilis.*

Abbati et conventui monasterii sanctae Mariae foris portam Faventiae. Confirmat compositionem quae inter eos ex parte una et praepositum et capitulum Faventinos ex altera, super possessionibus, decimis, redditibus et rebus aliis, mediante Cesenatensi episcopo et dilectis filiis B. Aesino et M. Faventino canonicis, amicabiliter intervenit. Dat. Laterani II. Non. (VIII. Idus *Potth.*) Apr. anno septimo. — *Mittarelli Access. hist. Favent. 476; Potlhast. append. 2093. n. 6982a- 26095; Horoy H-i opp. omn. IV. 312. n. 93* — « CVM A NOBIS. »

4279. — *Laterani 4 Aprilis.*

Praeposito et capitulo Faventinis confirmat compositionem, de qua in superiori epistola, initam inter eos ex parte una et conventuum monasterii S. Mariae foris portam Faventinam ex altera. Dat. Laterani II. Non. April. anno septimo. — *Mittarelli l. c.; Potthast. appen. 2093. n. 6979a-26094; Horoy l. c. n. 94.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

4280. — *Laterani 5 Aprilis.*

« Magistro et capitulo ordinis de Sempingam. » Inhibet eis ne aliqua impubes vel alia mulier quae fieri non debeat monialis ad nutriendum vel discendum in eorum ordinis monasteriis admittatur, nec ullam permittatur ibidem nisi forte ob imminens periculum commorari, aliae quoque mulieres habentes inibi consanguineas non nisi semel in anno ad visitandum recipiantur easdem. Laterani Nonis Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 112. fol. 32; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « ZELANTES VESTRI ORDINIS. »

4281. — *Laterani 5 Aprilis.*

« Magistro et fratribus ordinis de Sempingham. » Quum eorum ordinis titulus propter exigentiam meritorum sit valde illustris, concedit ne obtentu litterarum apostolicarum vel Apostolicae Sedis legati cogantur alicui respondere, « que tacito nomine ordinis de Sempingham fuerint impetrate ». Dat. ut supra (Laterani Nonis Aprilis anno septimo). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 113. fol. 32; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « CVM ORDINIS VESTRI. »

4282. — *Laterani 5 Aprilis.*

« (Iohanni) episcopo Elyensi, de Fontibus, et de Riavalle abbatibus Cisterciensis ordinis, Eboracensis diocesis. » Vt inquirant utrum verum sit Willelmum quondam Eboracensem archiepiscopum dum vivebat, archiepiscopo decano et capitulo Eboracensibus et aliis ecclesiarum praelatis intimantibus, fuisse gratia meritorum illustrem et post eius obitum multa miracula ad eius sepulcrum operata esse, et inquisita veritate Papam informent. Laterani Nonis Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 117. fol. 33; Mss. Vall. I. 53. cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 48; Musaeum Britann. Add. mss. 15352; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 386. n. 62; Walbran Mem. of Fountains 173; Potthast 604. n. 6980; Horoy H-i opp. omn. IV. 313. n. 95.* — « DIVINE DISPENSATIO PIETATIS. »

4283. — *Laterani 5 Aprilis.*

« (Iordano) episcopo Paduano, et sancte Marie in Vanzo Paduano et sancti Spiritus Veronensi prioribus. » Vt inquirant super vita et miraculis Iohannis Vicentini episcopi qui, referentibus episcopo clero et populo Vicentinis, pro tuenda ecclesiastica libertate gladiis impiorum occubuit. Dat. ut supra (Laterani Nonis Aprilis anno septimo). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 117. fol. 34; Mss. Vall. I. 53.* — « DIVINE DISPENSATIO PIETATIS. »

4284. — *Laterani 5 Aprilis.*

(Iacobo) archipresbytero Paduano mandat, ut iudicium faciat inter I. plebanum S. Silvestri ex

una parte et plebanum clericosque S. Apollinaris de Venetiis ac quosdam alios clericos laicosque Castellenae dioec. ex altera, super quibusdam decimis, possessionibus et rebus aliis litigantes. Laterani Nonis Aprilis anno septimo. — *Cornelius Eccles. Venet. III. 46; Potthast 604. n. 6981; Horoy H-i opp. omn. IV. 315. n. 86.* — « DILECTVS FILIVS I. »

4285. — *Laterani 6 Aprilis.*

Abbati et conventui de Tetgingen, quibus Sifridus episcopus Augustensis diocesanus ecclesiam de Tetgingen pro eorum necessitatibus relevandis donaverat, hanc donationem confirmat. Laterani VIII. Id. Aprilis anno septimo. — *Pez Thesaur. VI. (Cod. epist. II). 73; Potthast 604. n. 6982.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

4286. — *Laterani 7 Aprilis.*

« Vlrico plebano de Lutensburch imperialis aule capellano. » Supplicationibus F(riderici) Romanorum imperatoris et regis Siciliae inclinans et ipsius, quem generis nobilitas et litterarum scientia laudabiliter, sicut dicitur, convenustant, indulget ei ut praeter beneficia quae nunc obtinet alium beneficium etiam cum cura animarum habere possit. Laterani VII. Idus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 118. fol. 34.* — « LIBENTER BENEMERITOS HONORAMVS. »

4287. — *Laterani 7 Aprilis.*

« (Hugoni) Karleolensi episcopo. » Prohibet ne filii possint ministrare in illis ecclesiis in quibus eorum patres proximo ministrarunt, quod intelligi debeat de quorumlibet generaliter tam institutis quam instituendis filiis clericorum. Laterani VII. Idus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 123. fol. 35; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. Add. mss. 15352; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 47; Shirley Royal letters I. 537. n. 12; Potthast append. 2093. n. 6986a-26096; Horoy H-i opp. omn. IV. 317. n. 99.* — « CVM NONNVLLI ECCLESIAS. »

4288. — *Laterani 7 Aprilis.*

« (Christiano) episcopo Pruscie. » Annuum viginti marcharum redditum a nobili viro Octone domino de Luneburch ipsi eiusque successoribus concessum nec non libertates, immunitates et exemptiones ab eodem comite ipsi suisque hominibus indultas confirmat. Laterani VII. Idus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 139. fol. 38; Mss. Vallicell. I. 53. Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 15. n. 15, et Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 10. n. 16 male ad a. 1222 hanc epist. referunt. Potthast 604. n. 6984; Horoy H-i opp. omn. IV. 316. n. 98; Rodenberg Epist. Select. 148. n. 219.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

In eundem modum scriptum est eidem episcopo usque « precibus inclinati annuum viginti marcarum redditum a dilecto in Xto filio nobili viro Alberto marchione Brandeburgensi tibi et pro te ecclesie tue et successoribus tuis pietatis obtentu concessum etc. » Dat. ut supra. — *Reg. Vat. et Rodenb. ll. cc.*

4289. — *Laterani 7 Aprilis.*

(Theodorico) Trevirensi archiepiscopo, (Conrado) Metensi, (Iohanni) Virdunensi et (Odoni) Tullensi episcopis suffraganeis eius et eorum subditis concedit, ut nonnisi in civitatibus, in quibus est iurisperitorum copia, coram illis quibus causae ab apostolica sede contra eos commissae sint, teneantur respondere. Laterani VII. Id. Aprilis anno septimo. — *Hontheim Hist. Trevirens. dipl. I. 699; Mittelrheinisches UB. III. 167. n. 198; Potthast 604. n. 6983 et append. 2093; Horoy H-i opp. omn. IV. 315. n. 97.* — « CVM A NOBIS. »

4290. — *Laterani 7 Aprilis.*

(Sigfrido) archiepiscopo Maguntino et suffraganeis eius et abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum praelatis per Maguntinam provinciam constitutis praecipit, ut, si quando clerici vel laici parochiani in aliquem fra-

trum hospitalis s. Mariae Theutonic. Ierosol. capiendo vel de suis equitaturis deiiciendo aut alias inhoneste tractando violentas manus iniecerint, huiusmodi praesumptores excommunicatos publice nuntient. Laterani VII. Id. Aprilis anno septimo. — *Strehlke Tab. 329. n. 391; De Geer Archieven I. 48. n, 42; Potthast 604. n. 6985.* — « PACI ET QVIETI. »

4291. — *Laterani 7 Aprilis.*
Vniversis archiepiscopis et episcopis per Teutoniam constitutis mandat, ut, cum abbatissa et sorores Gandersemenses chrisma, oleum sanctum, ordinationes clericorum, consecrationes altarium et basilicarum et alia ecclesiastica sacramenta a quocumque catholico episcopo recipere possint, requisiti eis supradicta liberaliter exhibeant. Laterani VII. Id. Aprilis anno septimo. — *Harenberg Hist. eccles. Gandersh. 752; Leuckfeld Antiq. Gandersh. 90; Potthast 604. n. 6986; Horoy H-i opp. omn. IV. 217. n. 100.* — « CVM DILECTIS IN. »

4292. — *Laterani 7 Aprilis.*
Concedit canonicis Faventinis celebrare tempore interdicti. Laterani VII. Id. Aprilis anno septimo. — *Mittarelli Access. hist. Favent. 477; Potthast append. 2093. n. 6986b-26097.*

4293. — *Laterani 8 Aprilis.*
« R. subdiacono nostro archidiacono, magistro Iacobo de sancto Germano, et B. de carro canonicis Capuanis. » Vt inquirant super iis de quibus episcopus Caiactianus infamatur, et quae invenerint ad examen Sedis Apostolicae transmittant, praefigentes eidem episcopo terminum competentem quo Apostolico conspectui se repraesentet pro meritis recepturus. Laterani VI. Idus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 116. fol. 33; Mss. Vallicell. I. 53.* — « HOSTIS GENERIS HVMANI. »

4294. — *Laterani 8 Aprilis.*
« (Conrado) episcopo et capitulo Caminensibus. » Vt obediant Magdeburgensi ecclesiae ac eius archiepiscopo absque iuris alieni praeiudicio iuxta mandatum Innocentii Papae (III) (datum die 3 Februarii 1216. — *Potth. 445. n. 5061.)* Laterani VI. Idus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 124. fol. 35; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 341. n. 142; cf. Klempin Pommersches UB. I. 162. n. 216; Potthast 604. n. 6987; Horoy H-i opp. omn. IV. 318. n. 101.* — « LITTERAS FELICIS MEMORIE. »

4295. — *Laterani 9 Aprilis.*
« (Laurentio) episcopo Wratizlaviensi, abbati Lubensi Wratizlaviensis diocesis, et scolastico Wratizlaviensi (scol. Wratiz. *omittit Manrique*). » Vt recipiant cessionem (Vincentii) Cracoviensis episcopi, qui tam voto quam iuramento tenetur habitum assumere monachalem, usu tamen pontificalium ei reservato, et faciant ei sicut expedit de bonis Cracoviensis ecclesiae provideri. Laterani V. Idus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 126. fol. 36; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 32; Theiner Mon. Polon. I. 13. n. 28; Manrique Ann. Cist. IV. 481, ubi false Gregorio pp. IX. adscribitur; Grünhagen Reg. I. 118. n. 264; Potthast 604. n. 6989; Horoy H-i opp. omn. IV. 320. n. 103.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4296. — *Laterani 9 Aprilis.*
« Ph(ilippo) illustri regi Francorum. » Vt liberet a captivitate (Fernandum) comitem Flandrensem (captum in Bovinensi praelio) et interim dat litteris in mandatis Remensi archiepiscopo et episcopo Silvanectensi « ut si prenominatus comes de cetero post sui liberationem in te vel prolem aut terram tuam quod absit insurgeret, nisi infra quadraginta dies postquam fuerit monitus in curia tua iuxta parium suorum iudicium satisfactionem super hoc exhibuerit eundem comitem excommunicationi et terram suam Flandrie interdicto supponatur. » La-

terani V. Idus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 134. fol. 37; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 730; Potthast 604. n. 6988; Horoy H-i opp. omn. IV. 319. n. 102.* — « SPECIALIS ILLA DILECTIO. »

4297. — *Laterani 10 Aprilis.*
« (Iacobo) Suessionensi et (Gerardo) Noviomensi episcopis. » Laudat et confirmat quaedam statuta ab eis facta contra usurarios, quorum magna erat in iis partibus multitudo. Laterani IIII. Idus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 121. fol. 35; Mss. Vall. I. 53.* — « ANNVERE CONSVEVIT SEDES. »

4298. — *Laterani 10 Aprilis.*
« F(ernando) illustri regi Castelle. » Quum canonici ecclesiae Segobiensis exposuerint Apostolicae Sedi quod ipse ab hominibus eiusdem ecclesiae mille marabuttinos et procurationes quasdam annuatim exigit contra iustitiam, propter quod iidem homines huiusmodi exactionibus aggravati ipsi ecclesiae nequeunt debita et consueta servitia exhibere, mandat ei ne praedictam ecclesiam Segobiensem indebitis exactionibus gravet. Laterani IIII. Idus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 122. fol. 35; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 54.* — « DILECTI FILII CANONICI. »

Reg. Vat. addit: Super hoc scriptum est monitoribus episcopo, decano et archidiacono Burgensibus ut eundem regem ad hoc moneant et inducant.

4299. — *Laterani 11 Aprilis.*
« (Andreae) illustri regi Vngarie. » Vt (Gregorio) praeposito et capitulo Orodiensis ecclesiae de damnis quae N(icolaus) et O(then) comites per se et per quosdam paganos, eodem rege mandante, irrogarunt tam in bonis ipsius ecclesiae, quam etiam in patrimonio praepositi supradicti, satisfaciat. Laterani III. Idus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 119. fol. 34; Mss. Vallicell. I. 53; Fejér Cod. dipl. III. 1. 411; Theiner Mon. Hung. I. 40. n. 82; Potthast 605. n. 6992; Horoy H-i opp. omn. IV. 327. n. 109.* — « CVM OLIM TVAM. »

4300. — *Laterani 11 Aprilis.*
« (Iohanni) archiepiscopo Strigoniensi, et (Roberto) episcopo Vesprimiensi, et abbati de Gres Cenadiensis diocesis. » Vt regem Vngariae inducant ad satisfaciendum praeposito et capitulo Orodiensis ecclesiae de damnis illatis, quod si idem rex facere non curaverit, ipsi quod iustum fuerit statuant. Laterani III. Idus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 125. fol. 35; Mss. Vallicell. I. 53; Fejér l. c. 412; Theiner l. c. 39. n. 81; Potthast. 605. n. 6993; Horoy H-i opp. omn. IV. 321. n. 104.* — « CVM OLIM FECISSEMVS. »

4301. — *Laterani 11 Aprilis.*
« (Christiano) episcopo Pruscie. » Decimas et omnia iura spiritualia quae G(unthko) episcopus et capitulum Plocenses in terra quae Colmensis dicitur eidem cesserant, et terram eandem cum quibusdam villis consistentibus in eadem, videlicet Colno, Muthe, Charnse et Bolemino, nec non castra Gruzenz, Wabsk et Copriven, ac possessionem villarum scilicet Velsac, Kisin et Plot ab omni exactione liberas cum suis pertinentiis a C(onrado) Maczoviae et Cuianiae ei eiusque ecclesiae collatas confirmat. Laterani III. Idus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 138. fol. 38; Mss. Vallicell. I. 53; Theiner Mon. Polon. I. 14. 29; Acta Boruss. I. 270; Dogiel Cod. Dipl. Polon. IV. 3. n. 3; Potthast 605. n. 6990 cum initio* Ex litteris, *et n. 6996; Horoy H-i opp. omn. IV. 322. n. 105.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4302. — *Laterani 11 Aprilis.*
« Patriarche, thesaurario, et Alexandro subdiacono nostro canonico Constantinopo-

litanis. » Precibus P. ducis Venetorum, qui L. plebanum sancti Pauli et Iac. Teuplum ad Papae praesentiam destinavit, mandat ut absolvant ab excommunicationis et interdicti sententiis potestatem et alios Venetos tam in civitate regia quam in aliis partibus Romaniae, quas in eos promulgavit I(ohannes) tituli sanctae Praxedis presbyter Cardinalis tunc Apost. Sedis Legatus, eo quod pacis foedus inter ecclesiam et barones imperii coram Cardinali praedicto in ecclesia sancti Georgii initam acceptare noluerant. Laterani III. Idus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 175. fol. 51; Mss. Vall. I. 53.* — « CVM POTESTAS ET ALII. »

4303. — *Laterani 11 Aprilis.*

Monasterii s. Rofelli (Ruffilli *Vgh.*) Populiensis patrocinium suscipit, eius possessiones ac bona necnon quae ex nupera b. m. Vber(telli) episcopi Populiensis donatione accesserant emolumenta atque privilegia confirmat. Laterani III. Idus Apr. anno septimo. — *Vghelli Ital. sacra II. 605; Bullar. Vatic. I. 108; Potthast 605. n. 6991; Horoy H-i opp. omn. IV. 325. n. 108.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

4304. — *Laterani 11 Aprilis.*

(Erico Balbo) regi Svetiae narrat de belli sacri varia fortuna: nimirum post diversos christianorum successus et Damiata obsessa, mutata rerum facie eos ad incitas esse redactos; hinc Fridericum imperatorem et regem Siciliae adiisse Romam (*leg.* Ferentinum) de subsidiis expeditionis sanctae cum papa in praesentia tam patriarchae quam Iohannis regis Hierosolimitani, Bethlemitani episcopi, magistri Hospitalis, praeceptoris Templi et magistri domus Theutonicorum ac aliorum transacturum. Horum consilio terminum suppetiarum ferendarum in festum b. Iohannis bapt. post biennium esse dilatum. In maiorem autem rei certitudinem spopondisse Fridericum, se ducturum in uxorem legitimam filiam memorati regis. Tandem cumulatis magno fervore exhortationibus (Ericum) regem Svetiae ad arma in Terram sanctam movenda inflammare conatur. Laterani III. Id. Apr. anno septimo. — *Vastovius Vitis aquil. 172; Liljegren Svenskt dipl. I. 230. n. 219; cf. Celse Appar. 59. n. 20; Potthast 605 n. 6994. Cf. in hoc Reg. t. II. p. 118. n. 4262.* — « IVSTVS DOMINVS IN. »

4305. — *Laterani 12 Aprilis.*

« Priori et fratribus domus Cruciferorum Nigripontensibus. » Confirmat concessionem ecclesiae sancti Angeli Thesalonicensis cum casali de Grippigadia, et insula de Lineio cum ecclesia et aliis pentinentiis eidem domui a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis presbytero Cardinali dum in partibus Romaniae legationis officio fungebatur factam, ut pro receptione ac substentatione pauperum hospitale ibidem construerent. Laterani II. Idus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 127. fol. 36.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

4306. — *Laterani 12 Aprilis.*

« Nobili viro duci Venetorum. » Concordiam inter ecclesiam ex una parte ac baiulum et barones imperii Constantinopolitani ex altera, coram I(ohanne) tit. sanctae Praxedis presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato initam moderatur, indulgens « ut manentes in claustris partis tue regie civitatis preter clericos latinos et religiosos alios, nec non familias et servitores eorum iurisdictioni tue subiaceant temporali, sicut alii laici qui tue subiacent dictioni. » Laterani II. Idus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 172. fol. 50; Mss. Vall. I. 53.* — « VT IVRISDITIO SECVLARIS. »

4307. — *Laterani 12 Aprilis.*

« Patriarche, thesaurario, et Alexandro subdiacono nostro canonico Constantinopolitanis. » Proponente archiepiscopo Eracliensi nuntio patriarchae Constantinopolitani, mandat ut modus divisionis inter Francos et Venetos qui non habent trecentas yperperatas terrae sed minora feuda, ita

fiat ut de consilio eiusdem archiepiscopi, ob ducis et populi Venetorum gratiam, quilibet per se dividat. Dat. ut supra (Laterani II. Idus Aprilis anno septimo). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 173. fol. 50.* — « CVM SICVT VENERABILIS. »

4308. — *Laterani 12 Aprilis.*

De Hildesleve (Hillersleben) et de Sedekebeke (Sittichenbach) abbatibus et praeposito de Arnesse (Arendsee) Halberstad. et Verdens. diocc. mandat, ut (Conradum) episcopum et capitulum Caminenses, qui (Alberto) Magdeburgensi archiepiscopo debitam obedientiam recusant exhibere, ad eam exhibendam cogant. Laterani II. Id. Apr. anno septimo. — *Hasselbach Cod. Pomeran. I. 342. n. 143; cf. Klempin Pommersches UB. I. 162. n. 217; Potthast 605. n. 6995; Horoy H-i opp. omn. IV. 328. n. 110.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4309. — *Laterani 13 Aprilis.*

« (Eberhardo) archiepiscopo Salzeburgensi. » In discordia quae orta est inter ipsum et monasterium sancti Lamberti de Carinthia super subiectione vel libertate eiusdem monasterii, assignat proximum festum Omnium Sanctorum pro termino peremptorio ad componendum, et si amicabilis compositio non intervenerit, a Papa prout de iure procedetur. Laterani Idibus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 120. fol. 34.* — « NE OCCASIONE DISSENTIONIS. »

Scriptum est super hoc in eundem modum abbati sancti Lamberti de Carinthia.

4310. — *Laterani 13 Aprilis.*

« Episcopo et capitulo Basiliensibus. » Vt Henrico presbytero clerico (Pelagii) Albanensis episcopi praebendam canonicalem in eorum ecclesia conferant. Laterani Idibus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 128. fol. 36.* — « ORDINATA CARITAS VNO. »

4311. — *Laterani 13 Aprilis.*

« G. precentori Eboracensi. » Indulget ut cum dignitate praecentoriae, quam habet in ecclesia Eboracensi, ecclesiam de Brothertoñ ab archiepiscopo Eboracensi, de consilio et consensu capituli sui, eidem praecentoriae coniunctam, ipse recipere et retinere possit. Laterani Idibus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 130. fol. 37; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « CVM SICVT VENERABILIS. »

4312. — *Laterani 13 Aprilis.*

« I. Tullensi, et I. Virdunensi archidiaconis, et R. de Porta canonico Virdunensi. » Quum T. primicerius Virdunensis praeter primiceriatum duos archidiaconatus, quorum unus praepositurae sanctae Mariae Magdalenae, quae dari debet dumtaxat secundum eiusdem ecclesiae consuetudinem canonico Virdunensi, alter vero eidem primiceriatui annexus esse praeponitur, in eadem obtineat ecclesia Virdunensi, mandat ut « primicerium memoratum altero archidiaconatuum predictorum facientes manere contentum, reliquum dilecto filio Riccardo Virdunensi canonico, nisi canonicum quid obsistat, eidem auctoritate apostolica conferatis. » Laterani Idibus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 131. fol. 37; Horoy H-i opp. omn. IV. 238. n. 111 ex mss. du Theil.* — « AD NOSTRAM NOVERITIS. »

4313. — *Laterani 13 Aprilis.*

« A. Oscensi sacriste. » Quum iam, testantibus episcopo et capitulo Oscensibus, per viginti annos deserviat Domino in habitu regulari, et honeste fuerit conversatus, super defectu natalium, quem patitur de diacono genitus et soluta, cum eo dispensatur. Laterani Idibus Aprilis anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 133. fol. 37.* — « ET SI PRO EO. »

4314. — *Laterani 13 Aprilis.*
Abbati et conventui monasterii de Hasnonio. Eos in protectionem suscipit, ac eorum omnia bona, specialiter autem de Renenghes, de s. Petri Bruccy, de Ferieres et de Loberga villas cum libertatibus et aliis pertinentiis suis, ipsis a Iohanna comitissa Flandrensi concessas, confirmat. Laterani Idus Aprilis anno septimo. — *Bibl. Nat. Paris. f. Moreau mss. lat. t. CXXXII. p. 10; Horoy H-i opp. omn. IV. 329. n. 112.* — « QVVM A NOBIS. »

4315. — *Laterani 14 Aprilis.*
« Magistro et fratribus hospitalis de Altopassu. » Vt, si quis ex eorum fratribus ob violentam manuum iniectionem in censuras ecclesiasticas incurrerit, per aliquem de eorum capellanis, iuxta formam ecclesiae, absolutionis beneficium assequi possit. Laterani XVIII. Kal. Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 129. fol. 36.* — « GRATA DEO ET HOMINIBVS. »

4316. — *Laterani 17 Aprilis.*
« Matheo Petri Castalli Tabellioni. » Concedit ei tabellionatus officium, eidem firmiter iniungens ut idem diligenter et fideliter exequatur. Laterani XV. Kal. Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 132. fol. 37.* — « CVM NVPER AD. »
In eundem modum scriptum est pro Hugolino Iohannis Tabellione.

4317. — *Laterani 17 Aprilis.*
« Stephano Cantuariensi archiepiscopo Sancte Romane Ecclesie Cardinali. » Vt episcopi Coventrensis suffraganei sui, ob cuius aegritudinem destruuntur bona Coventrensis ecclesiae et multa in sua dioecesi enormia committuntur, « cessione sicut videris expedire recepta, efficias ut ad eandem ecclesiam persona idonea per canonicam electionem capituli assumatur, proviso iam dicto episcopo de bonis ipsius ecclesie unde valeat congrue sustentari. » Laterani XV. Kal. Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 137. fol. 38.* — « EX TVE FRATERNITATIS. »

4318. — *Laterani 17 Aprilis.*
Vniversis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ad ecclesiam Halberstadiensem cum devotione accesserint in die dedicationis ipsius, indulgentiam 40 dierum elargitur. Laterani XV. Kal. Maii anno septimo. — *Zeitschrift d. histor. Vereins f. Niedersachsen. Iahrg. 1856. (Hannov. 1859. 8°) Heft II. 194; Potthast app. 2093. n. 6995a-26098.* — « OMNIS BENIGNITATIS IMMENSITAS. »

4319. — *Laterani 18 Aprilis.*
« Abbatibus ac abbatissis civitatis et diocesis Ierosolimitan. » Vt eorum patriarchae obediant, licet tam ipsi quam patriarcha exulare a civitate Ierosolimitana cogantur. Laterani XIIII. Kal. Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 135. fol. 38; Mss. Vallicell. I. 53.* — « LICET IN VESTRIS. »

4320. — *Laterani 18 Aprilis.*
« Archiepiscopo Tyrensi. » Quum patriarca Antiochenus Tripolitanum, Anteradensem et Bibliensem episcopatus quasi metropolitica sibi lege subiectos detineat in praeiudicium ecclesiae Tyrensis, indulget « ut super hoc contra tuam prescribi non possit ecclesiam quamdiu terra sancta fuerit in manibus paganorum, cum idem patriarcha super quibusdam aliis ecclesiis quas dicit ad se spectare de iure, similem indulgentiam impetrarit, et eo iure quod quis in alium statuit uti debeat secundum canonicas et legitimas sanctiones. » Laterani XIIII. Kal. Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 136. fol. 38.* — « TVA NOBIS FRATERNITAS. »

4321. — *Laterani 18 Aprilis.*
« Ph(ilippo) regi Francorum Illustri. » Significat ei F(ridericum) Romanorum impe-

ratorem ad se venisse in Campaniam et corporale praestitisse iuramentum « quod ab estate presenti ad biennium ad Terre Sancte succursum vita comite transfretabit, » eumque hortatur ut pro eodem negotio pacem firmet cum H(enrico) Anglorum rege vel saltem treguas proroget cum eodem, et Norwicensi episcopo, quem propter hoc ad praesentiam suam destinat, benignum praebeat auditum. Laterani XIIII. Kal. Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 141. fol. 39; Mss. Vallic. I. 53; Musaeum Britann. Add. Mss. 15352; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 1; Bouquet Rec. XIX 731; fragm. ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 376. not.; Shirley Royal letters I. 538. n. 13; Potthast 605. n. 6997 et app. 2093; Horoy H-i opp. omn. IV. 331. n. 114; Rodenberg Ep. Sel. 148. n. 220.* — « HEREDITATE SVPERNA SE. »

4322. — *Laterani 18 Aprilis.*

(Simoni) archiepiscopo Bituricensi, (?) episcopo Lemovicensi ac magistro Guidoni archidiacono Lemovicensi mandata dat de questione clericorum et conversorum ordinis Grandimontis, « quod extra septa sua non debeant habere mobilia vel stabilia secundum ordinis instituta. » Laterani XIV. Kal. Mai. anno septimo. — *Martene Thes. anecd. I. 907; Potthast 605. n. 6998; Horoy H-i opp. omn. IV. 334. n. 116.* — « OLIM QVIBVSDAM CLERICIS. »

4323. — *Laterani 18 Aprilis.*

(Herveo) episcopo Trecensi, Cisterciensi et s. Mariae Blesensis abbatibus mandat, ut personaliter Parisios vel ad alium locum opportunum accedant et studeant ibi quaestiones varias et multiplices inter Philippum Francorum regem et (Guillelmum) Parisiensem episcopum exortas per compositionem amicabilem sopire. — Laterani XIV. Kal. Maii anno (6.° *sed legendum*) septimo. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 227; Potthast 605. n. 6999; Horoy H-i opp. omn. IV. 333. n. 115.* — « INTELLEXIMVS QVAESTIONES VARIAS. »

4324. — *Laterani 19 Aprilis.*

« Illustri Constantinopolitano imperatori. » Declarans concordiam initam inter ecclesiam, ac quondam bajulum et barones imperii Constantinopolitani coram I(ohanne) tit. sanctae Praxedis presbytero Card. tunc Apost. Sed. Legato, indulget « ut manentes in claustris partis tue regie civitatis preter clericos latinos et religiosos alios nec non familias et servitores eorum iurisdictioni tue subiaceant temporali sicut alii laici qui tue subiacent ditioni, non obstante quod pax ipsa recepta iurata et completa pro maiori parte extitit, tam a te quam a tuis subditis ultra Macram, cum sicut eodem Cardinali referente didicimus, condictum fuerit et ab eo concessum, ut si qua gratia super negotio isto fieret Venetis, eandem Francigene obtinerent. » Laterani XIII. Kal. Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 140. fol. 38; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 13.* — « VT IVRISDICTIO SECVLARIS. »

4325. — *Laterani 19 Aprilis.*

Abbatem et conventum monasterii de Tegernsee cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem ecclesiam s. Mariae de Cellis eis confirmat. Laterani XIII. Kal. Maii anno septimo. — *Hund Metropol. Salisb. ed. Gewold II. 257; Potthast app. 2093. n. 6999a-26099.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

4326. — *Laterani 20 Aprilis.*

Abbati et conventui Casaemarii Cisterc. ord. notum facit, se irrefragabiliter statuisse, ut is, qui quicquam beneficiorum a se eorum ecclesiae collatorum vel etiam conferendorum rapere, vendere, donare vel quocumque alienationis genere diminuere attentaverit, ipso actu sententiam excommunicationis incurrat. Laterani XII. (XXII *Manr.*) Kal. Maii anno (6.° *leg.*) septimo. — *Manrique Ann. Cist. IV. 223; Rondinini Monast. de Casaemario 34; Potthast 606 n. 7000; Horoy H-i opp. omn. IV. 340. n. 117.* — « DECORVM DOMVS VESTRAE. »

4327. — *Laterani 21 Aprilis.*

Vniversis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui die dedicationis anniversario ad ecclesiam s. Thomae de Ozech Cisterc. ord. cum devotione accesserint, indulgentiam 40 dierum concedit. Laterani XI. Kal. Maii anno (6.° *sed legendum puto*) septimo. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 224; Potthast 606. n. 7001; Horoy H-i opp. omn. IV. 340. n. 118.* — « CVM ECCLESIAE SANCTI. »

4328. — *Laterani 22 Aprilis.*

Abbati et conventui Casaemarii indulget, ut possessiones quae ipsorum monasterio de munificentia principali (*sic*) applicantur, tamquam ad Romanam ecclesiam immediate spectantes à cuiuslibet alterius iurisdictione habeant liberas et immunes. Laterani X. Kal. Maii anno (6,° *sed legatur*) septimo. — *Rondinini Monast. de Casaemario 33; Manrique Ann. Cisterc. IV. 224, deficiente initio; Potthast 606. n. 7002; Horoy H-i opp. omn. IV. 341. n. 119.* — « ETSI NEQVEAMVS QVICQVAM. »

4329. — *Laterani 26 Aprilis.*

« Archiepiscopo *(deest nomen dioecesis)* et suffraganeis eius. » Laetitia perfusus quod (Fridericus) Romanorum imperator ad Terrae Sanctae subsidium ferventer accedet, eos hortatur ut, sicut laici pro qualibet domo singulis mensibus usque ad triennium saltem unum turonensem vel equivalentem monetam pro eodem subsidio exsolvent, ita ipsi clericos inducant ut manum et animum maiori liberalitate ostendant. Laterani VI. Kal. Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 183. fol. 56; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 8; Rodenberg Epist. Select. 151. n. 224.* — *Circa nomen dioecesis, quod in huius epistolae titulo in Vat. Reg. non legitur, Raynaldus supplet* Pisano, *Pertzius* Mediolanensi, *sed Rodenbergius ait: verisimillimum est hanc epistolam formulam esse ad cuius similitudinem permultae missae fuerint.* — « DE CELO PROSPEXIT. »

In eundem modum (Villelmo) Mutinensi et (Ottobello) Laudensi episcopis. Dat. Laterani VI. Kalendas Maii anno septimo. — *Reg. Vat. l. c.; Rodenberg l. c.*

In e. m. aliis ad predicationis officium per singulas mundi provincias deputatis. — *Reg. Vat. l. c.; Rod. l. c.*

4330. — *Laterani 27 Aprilis.*

« Nobili viro (Lupoldo) duci Austrie. » Nuntiat ei, paulo post reditum suum a Terra Sancta Damiatam, quae quasi porta est et munimen Egypti, ab exercitu christiano occupatam fuisse ac postmodum amissam: hortatur eum ut modis quibus potest, negotio Terrae Sanctae subveniat; pro quo F(ridericus) Romanorum imperator et Siciliae rex in Campaniam veniens iuravit se in festo b. Iohannis Baptistae primo futuro post biennium iter arrepturum transfretandi, ipseque ad exhibendum plenius erga praedictam Terram devotionis affectum filiam Iohannis regis Ierosolimitani affidavit publîce in uxorem; quare in eodem festo passagium Papa indixit generale: imperator praedictus ipsum ducem habere cupiens in Christi servitio socium et praecipuum consultorem, ad eius subventionis auxilium decem millia marcharum ei liberaliter et libenter offert. Laterani V. Kal. Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 181. fol. 55; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 8; Rodenberg Epist. Sel. 156. n. 227.* — « SATIS CREDIMVS INCVNCTANTER. »

4331. — *Laterani 27 Aprilis.*

(Henricum) regem Angliae rogat et hortatur, ne permittat ut a crucesignatis in Terrae Sanctae subsidium profecturis etc. in regno suo pedagia extorqueantur. Laterani V. Kal. Maii anno septimo. — *Rymer Foedera I. I. 92; Potthast 606. n. 7004; Horoy H-i opp. omn. IV. 342. n. 120.* — « CVM SIT NON. »

4332. — *Laterani 27 Aprilis.*
Honorius invite Thibaut comte de Champagne à imiter l'exemple de l'empereur Frédéric II. et à prendre les armes pour la défense de la Terre Sainte. — *Jubainville Comtes de Champagne V. 197. n. 1528;* cf. *Potthast 606. n. 7005.*

4333. — *Laterani 2 Maii.*
« Hugoni Karleolensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis inperpetuum. » Karleolensem episcopatum et parrochiam, sicut eam Turstinus Eboracensis archiepiscopus et ecclesiae suae capitulum consilio cl. mem. Henrici regis Anglorum distinxit, ad exemplar Innocentii et Adriani summorum Pontificum confirmat, ipsiusque ecclesiae iura declarat, nec non ordinationem possessionum et reddituum Karleolensis ecclesiae per G(ualam) tit. sancti Martini presbyterum Cardinalem tunc Ap. Sedis Legatum, ac eorundem divisiones inter ipsum et priorem et conventum Karleolenses per abbatem de Holincoltran et priorem de Haugusteldesham auctoritate P(andulfi) episcopi tunc electi Norwicensis Apost. Sedis Legati provide factas confirmat. Laterani per manum magistri Guidonis capellani nostri VI. Non. Maii Indict. XII. Incarnationis dominice anno MCCXXIII. Pont. vero donni Honorii PP. III. anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 142. fol. 39; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. Add. mss. 15352; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 47.* — « DOMVS DOMINI DECORA. »

4334. — *Laterani 2 Maii.*
« Priori et canonicis ecclesie beate Marie de Castro Iniel, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis inperpetuum. » Ecclesiam sanctae Dei Genitricis et Virginis Mariae de Castro Iniel sub protectione suscipit, ita ut ordo canonicus sub beati Augustini regula ibidem observetur, eorumque possessiones, libertates et privilegia enumerat et confirmat. Laterani per manum magistri Guidonis capellani nostri VI. Nonas Maii Indict. XII. Incarnationis Dominice anno MCCXXIII. Pontific. vero donni Honorii PP. III. anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 143. fol. 40.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

4335. — *Laterani 4 Maii.*
« Militibus et Populo Pisanis. » Quum inter ipsos et potestatem et populum Lucanos turbo guerrarum involvens circumpositam regionem insaeviat, eos hortatur ut pacem vel saltem ad quadriennium firmam treguam secundum consilium et beneplacitum Bethleemitâni episcopi, cui super hoc vices suas commisit, ineant. Laterani IIII. Non. Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 182. fol. 56; Mss. Vall. I. 53.* — « AD EVANGELIZANDVM HIIS. »

Ex Reg. Vat.: In eundem modum potestati et populo Lucanis.

4336. — *Laterani 4 Maii.*
Vniversos comites, barones et alios nobiles per Maguntinam provinciam constitutos rogat et hortatur, ut crucesignatis in Terrae sanctae subsidium profecturis aut ab illis, qui necessaria deferunt eorundem, in districtu suo pedagia nec extorqueant nec extorqueri ab aliis permittant; sed potius inter alios subventionis modos in districtu eodem pro crucis reverentia statuant, ut quaelibet domus singulis mensibus usque ad triennium saltem unum Turonensem vel aequivalentem monetam exsolvat, quoniam ex hac collecta contributione provideri poterit Terrae Sanctae subsidium opportunum. Laterani IV. Non. Maii. anno septimo. — *Sudendorf Registr. I. 85. n. 39; Potthast 606. n. 7007; Horoy H-i opp. omn. IV. 343. n. 122.* — « CVM SIT NON. »

4337. — *Laterani 4 Maii.*
Abbatem et conventum de Tegernse tuendos suscipit, specialiter autem ecclesiam s. Marci de Cellis cum pertinentiis auctoritate apostolica eis confirmat. Laterani IV. Non. Maii anno septimo. —

Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold II. 257; Mon. Boica VI. 204; Potthast 606. n. 7008; Horoy H-i opp. omn. IV. 344. n. 223. — « CVM A NOBIS. »

4338. — *Laterani 4 Maii.*
Adelardo episcopo, abbati S. Trinitatis et priori S. Georgii in Braida Veronensibus mandat, ut, cum Vgolinus de Bononia et prior S. Crucis Paduanae dioc. in monasterio de Calavena statuta quaedam temeritate propria facere praesumpserint, de statutis ipsis inquirant et quod regulare fuerit statuant. Laterani IV. Non. Maii anno septimo. — *Biancolini Chiese di Verona V. 11. 124; Potthast 606. n. 7009.* — « EXPOSITA NOBIS ABBATIS. »

4339. — *Laterani 4 Maii.*
Episcopo et archidiacono et priori sanctae Mariae de supra porta Florentina. Mandat ut causam inter priorem et conventum Camaldulensium ex una parte atque plebanos da Biblena, de Buiano et de Partina et quosdam alios clericos et laicos Aretinae dioec. ex altera, super quibusdam decimis ac rebus aliis, audiant atque decidant. Laterani IV. Non. Maii anno septimo. — *Mittarelli Annal. Camald. app. 445; Horoy H-i opp. omn. IV. 343. n. 121.* — « DILECTI FILII PRIOR. »

4340. — *Laterani 5 Maii.*
In Reinersbrunnen et de Valle b. Georgii abbati(bus) et praeposito in Viscera Magunt. et Herbipol. diocc. causam inter praepositum ecclesiae in Breitingen et plebanum in Salsungen Herbipolen. dioec. vertentem super ecclesiasticis iuribus terminandam committit. III Non. Maii anno septimo. — *Ioh. Mich. Weinrich Kirchen-u. Schulen-Staat des Fürstenth. Henneberg (Leipzig 1720. 8°) 125; Potthast 606. n. 7010.* — « DILECTVS FILIVS PREPOSITVS. »

4341. — *Laterani 6 Maii.*
« (Radulpho) patriarche Ierosolimitano Apost. Sed. Legato. » Legationis officium in suo patriarchatu ipsi concedit, ita tamen quod eidem officio supersedeat quandiu Legatus a latere ibi aderit. Laterani II. Non. Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 152. fol. 42; Mss. Vallicell. I. 53.* — « VOLENTES SICVT DIGNVM. »

4342. — *Laterani 6 Maii.*
« Electo Cicestrensi. » Mandat ut Blasio scolari nato fidelis et devoti Iohannis Bonelli Romani civis vel praebendam illam cum fructibus inde perceptis reddat, quae tempore episcopi Cicestrensis praedecessoris sui a se reservata et illi concessa fuit, vel defectum alterius praebendae nec non subtractionem proventuum currentis anni compenset eidem, alioquin (Pandulfo) episcopo Norwicensi dat litteris in mandatis ut ipsum ad haec compellat. Laterani II. Non. Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 186. fol. 57.* — « CVM OLIM BONE. »

4343. — *Laterani 6 Maii.*
Capitulo Hamburgensi capellam S. Nicolai, villas Hernesfelde et Bergfelde nec non redditus duorum mansorum de Hotsflete et quos in molendino Hamburgensi habet, confirmat. Laterani II. Non. Maii anno septimo. — *Lappenberg Hamburg UB. I. 406. n. 463; Potthast 606. n. 7011; Horoy H-i opp. omn. IV. 345. n. 124.* — « CVM A NOBIS. »

4344. — *Laterani 8 Maii.*
Abbati et conventui de Cupro Cisterc. ord. ecclesiam s. Medardi, quam eis episcopus S. Andreae de voluntate A(lexandri) regis Scotiae patroni eiusdem contulerat, auctoritate apostolica confirmat. Laterani VIII. Id. Maii anno (sexto, *sed legas*) septimo. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 227; Potthast 606. n. 7012; Horoy H-i opp. omn. IV. 346. n. 125.* — « SIGNIFICASTIS NOBIS QVOD. »

4345. — *Laterani 9 Maii.*
Moniales s. Mariae de Goslaria, quarum praepositum nomine Henricum « hominem reprobum et merito reprobatum » C(onradus) Hildensemensis episcopus exigentibus eius culpis a monasterio ipso

amoverat, monet, ut praedicto episcopo humiliter intendentes praeposito, quem ipsis assignaverit, obedientiam debitam exhibeant. Laterani VII. Id. Maii anno septimo. — *Sudendorf Registr. II. 163. n. 75; Potthast 607. n. 7013; Horoy H-i opp. omn. IV. 346. n. 126.* — « CVM NONNVNQVAM MEMBRVM. »

4346. — *Laterani 11 Maii.*
Cisterciensi et universis aliis abbatibus Cisterciensis ordinis, in generali capitulo constitutis. » Monasterium sancti Dominici de Sora, quod per malitiam inhabitantium est penitus desolatum, quamvis ad reparationem eius per ipsum Summum Pontificem et alios saepe saepius laboratum fuisset, quod Hospitalarii et Templarii aspirabant ad illud habendum, monasterio Casaemarii, Friderico Romanorum imperatore et rege Siciliae, quod suum erat, ad hoc liberaliter largiente, unitur. Laterani V. Idus Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 151. fol. 42; Mss. Vallicell. I. 53; Rondinini Monast. de Casaemario 128; Potthast 607. n. 7015 (cum initio:* Quum sciatis nos*); cum eodem initio Horoy H-i opp. omn. IV. 347. n. 127.* — « CVM ORDINEM VESTRVM. »

4347. — *Laterani 11 Maii.*
« (Andreae) episcopo Pragensi. » Transcribit privilegium Otacari Boemorum regis actum in monte Scac, die 2 Iulii 1222, in praesentia Gregorii de Crescentio sancti Theodori diaconi Cardinalis Apost. Sed. Legati aliorumque episcoporum, abbatum et baronum quo causa inter dictum regem et ipsum Pragensem episcopum super libertate aliisque articulis pro ecclesia et episcopatu Pragensi per modum concordiae terminatur. Laterani V. Idus Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 163. fol. 47; Mss. Vallic. I. 53; Boczeck Cod. dipl. Morav. II. 152. n. 150; Palacky Reise 23. n. 93 bis; Erben Reg. Bohem. I. 310. nn. 668. 676, et 312. n. 674; Potthast. 607. n. 7014 (sine initio) et 609. n. 7042 (22 Iunii).* — « FRATERNITATIS TVE PRECIBVS. »

4348. — *Laterani 12 Maii.*
« Abbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis in Calabria constitutis. » Mandat ne monachos et conversos ordinis Florensis sine litterarum cautione communium recipiant, nec excommunicatis ab eorum abbatibus communicent, et conversos monachosque ita receptos ad eorum abbates remittant. Laterani IIII. Idus Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 144. fol. 41.* — « CVM VESTRI STATVTA. »

4349. — *Laterani 12 Maii.*
« Abbati et conventui Florensibus. » Circa tenimentum Sile, in quo eorum monasterium est fundatum, quod cum ipso monasterio ad ius et proprietatem Apostolicae Sedis spectat, inhibet ne quis ab eis de possessionibus intra ipsius tenimenti fines consistentibus, vel de hiis quae eisdem inde proveniunt, decimas extorquere praesumat. Dat. ut supra (Laterani IIII. Idus Maii anno septimo). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 145. fol. 41; Mss. Vall. I. 53.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4350. — *Laterani 12 Maii.*
« Archiepiscopis et episcopis, et magistris et fratribus Hospitalis et Templi ac Domus Theutonicorum, ceterisque Christi fidelibus universis, per patriarchatum Ierosolimitanum constitutis. » Nuntiat se (Radulpho) patriarchae Ierosolimitano vices suas et legationis officium in illis partibus commisisse, eique reverentiam, obedientiam et honorificentiam debitam exhibeant. Laterani IIII. Idus Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 153. fol. 42; Mss. Vallicell. I. 53; Rodenberg Epist. Select. 157. n. 228.* — « SI DEVS INCIRCVMSCRIPTIBILIS. »

4351. — *Laterani 12 Maii.*

Abbati et conventui Corbeiensibus. Vnionem prioratuum s. Laurentii et s. Nicolai et appenditiarum eorum cum Corbeiensi monasterio confirmat. Laterani IV. Idus Maii anno septimo. — *Bibl. Nat. Paris. f. Moreau mss. lat. t. CXXXII. p. 24; Horoy H-i opp. omn. IV. 348. n. 128.* — « APOSTOLICAE SEDIS PROVISIO. »

4352. — *Laterani 13 Maii.*

« Dilectis filiis christianis dispersionis Marrochie. » Indulget ut christiani, qui a rege Marrochiae sive sextaferia sive quadragesimali tempore epulari secum et vesci carnibus contra honestatem professionis christianae compelluntur, de praeteritis absolvantur. Lat. III. Idus Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 146. fol. 41; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 55.* — « NIMIA SVMVS ORRIBILITATE. »

4353. — *Laterani 13 Maii.*

« Vniversis Xpi fidelibus presentem paginam inspecturis. » Attentis meritis Wilelmi marchionis Montisferrati qui ad defensionem regni Thesalonicensis ad eum haereditario iure pertinentis se accingit, ac attendens quod eius ad partes illas accessus toti Constantinopolitano imperio grandem potest utilitatem afferre, considerans etiam quod corroboratio status ipsius imperii multum est utilis Terrae Sanctae negotio, illis, qui cum marchione ipso voluerint regnum intrare praedictum, transfretandi pro ipsius Terrae Sanctae succursu a festo sancti Iohannis proximo usque ad duos annos terminum indulget. Laterani III. Idus Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 147. fol. 41; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 11; Horoy H-i opp. omn. IV. 349. n. 129. ex mss. du Theil.* — « CLARA DILECTI FILII. »

4354. — *Laterani 13 Maii.*

« Capitulo Brundusino. » Vt frequenter latam contra Theodorum Cominiano (*sic*) pro eo publicent et publicari faciant sententiam quod terram D(emetrii) regis Thesalonicensis impugnare non desinit, et denuncient Latinos eidem sententiae subiacere qui cum eodem Theodoro commorantur, poenaque simili inhibeant ne quis equos, arma, victualia, seu etiam milites aut aliud quodlibet auxilium praesumat in suis navibus aut galeis in terram dicti Theodori transportare. Dat. ut supra (Laterani III. Idus Maii anno septimo). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 148. fol. 41; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 13; Horoy H-i opp. omn. IV. 324. n. 107 (11 April.) ex mss. du Theil.* — « CVM THEODORVS COMINIANO. »

4355. — *Laterani 13 Maii.*

« Nobili viro W. de Cotinac. » Ipsi et aliis qui cum eo transibunt in Graeciam in auxilium W(ilelmi) marchionis Montisferrati ad defensionem regni Thesalonicensis, quod ad ipsum marchionem haereditario iure pertinet, eiusque defensio toti CP. imperio et negotio Terrae Sanctae multum est utililis, peccatorum, de quibus vere contriti fuerint et confessi, veniam indulget. Dat. ut supra (Lat. III. Idus Maii anno septimo). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 149. fol. 41; Mss. Vall. I. 53; Raynal. Ann. Eccl. 1223. n. 12; Potth. 607. n. 7017; Horoy H-i opp. omn. IV. 350. n. 130.* — « DILECTVS FILIVS NOBILIS. »

4356. — *Laterani 13 Maii.*

« Episcopo et capitulo Constantiensibus. » Precibus ipsorum et F(riderici) Romanorum imperatoris et regis Siciliae inclinans, concedit, ut proventus quorundam beneficiorum, quae bonae memoriae A. praepositus sancti Stephani Curiensis electus ad praesentationem abbatis et conventus sancti Galli in Constantiensi dioecesi obtinebat, erogentur per sex annos in satisfactionem debitorum quae dictus praepositus, contendendo cum adversariis suis super electione de ipso celebrata, contraxit. Laterani III.

Idus Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 158. fol. 46.* — « Ex PARTE VESTRA. »

4357. — *Laterani 13 Maii.*

« Preposito de Subterranea Lemovicensis diocesis, penitentiario, et P. Plaissac canonico Lemovicensibus. » Vt nullam denuntient esse excommunicationis sententiam latam a decano et L. archidiacono Petragoricensibus in cantorem et capitulum sancti Frontonis Petragoricensis eo quod contradixerunt provisioni ab eis factae de quibusdam canonicatibus in eorum ecclesia sancti Frontonis, quum ipsi litteras obtinuerint a (Conrado) Portuensi episcopo Apost. Sedis Legato ut dictam ecclesiam ordinarent, sed ipsius facultatibus prout decuit non inspectis G. cantorem Maioris ecclesiae, de Quinta, et G. Bodi Caturcenses archipresbyteros et quindecim alios, quorum nonnullos minus idoneos ac quosdam pueros, nec dum tunc primam tonsuram habentes, in canonicos nominarunt, propter quod Petragoricensis episcopus, qui vice fungitur abbatis ibidem, ad Legati, et cantor et capitulum ad Papae audientiam provocaverant: interim dictam ecclesiam, irritum decernentes quod super praemissis extitit attemptatum, de personis idoneis ordinent. Laterani III. Idus Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 162. fol. 47; Horoy H-i opp. omn. IV. 323. n. 106 (11 Apr.) ex mss. du Theil.* — « Ex PARTE DILECTORVM. »

4358. — *Laterani 13 Maii.*

Episcopo Terdonensi, praeposito S. Martini Alexandrini et archipresbytero de Luurno Terdonens. dioc. controversiam inter archiepiscopum Ianuensem et communitatem Castri s. Romuli Albinganens. dioc. super iurisdictione eiusdem castri *etc.* exortam committit diiudicandam. Laterani III. Id. Maii anno septimo. — *Lib. iurium reipubl. Genuensis (Hist. patr. monum.) I. 666. n. 570; Potthast 607. n. 7016.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4359. — *Laterani 13 Maii.*

Vniversis abbatibus Cisterciensis ordinis et fratribus hospitalis s. Iohannis Hierosolymitani et militiae Templi ac religiosis aliis praesentes litteras inspecturis mandat, ut professos ordinis Grandimontensis qui hunc deserant, ad Grandimontensem ecclesiam remittant vel eos contra privilegia dicto ordini concessa nullatenus de cetero recipiant. Laterani III. Id. Maii anno (sexto *sed legatur*) septimo. — *Manrique Annal. Cisterc. IV. 229; Potthast 607. n. 7018; Horoy H-i opp. omn. IV. 350. n. 131.* — « DILECTI FILII PRIOR. »

4360. — *Laterani 14 Maii.*

« Episcopo Arelatensi. » Mandat ut indulgentiam concessam crucesignatis cum W(ilelmo) marchione Montisferrati Graeciam intraturis per provinciam suam publicet. Later. II. Id. Maii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 150. fol. 42; Mss. Vall. I. 53; Rayn. Ann. Eccl. 1223. n. 11; Horoy H-i opp. omn. IV. 351. n. 132.* — « PRESENTIVM TIBI AVCTORITATE. »

4361. — *Laterani 15 Maii.*

Narbonensi capitulo monasterium Electense Narbonen. dioec. confirmat, quod ipsis C(onradus) Portuensis episcopus Ap. Sed. Legatus cum omnibus pertinentiis suis perpetuo donaverat de clericis saecularibus ordinandum, eo quod Boso, quondam abbas monasterii Electensis, et quidam monachi sui villam Electensem inimicis fidei christianae proditionaliter tradiderant, arma portantes contra Dei Ecclesiam et contra impugnatores haereticae pravitatis, et tam per illos quam per alios, tunc ipsius loci monachos, dictum monasterium in spiritualibus et temporalibus erat adeo deformatum, quod versum esset in opprobrium et derisum. Laterani Id. Maii anno septimo. — *Gallia christ. VI. instr. 114; Potthast 607. n. 7019; Horoy H-i opp. omn. IV. 351. n. 133.* — « APOSTOLICAE SEDIS BENIGNITAS. »

4362. — *Laterani 16 Maii.*

« Populo Ville podii, sancti Frontonis, Petragoricensi. » Vt revocent magistratus

ab eis in eorum villa creatos, quum id in praeiudicium existat episcopi et capituli ecclesiae sancti Frontonis Petragoricensis qui temporalem iurisdictionem in eadem villa et ipsius suburbiis habent, et alia quae contra ecclesiasticam libertatem statuerant revocent, alioquin episcopo Lemovicensi, abbati Dauratensi et praeposito de Subterranea Lemovicensis dioecesis dat litteris in mandatis ut per censuras ecclesiasticas ad id eos compellant. Laterani XVII. Kal. Iunii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 161. fol. 46; Mss. Vallic. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 353. n. 134 ex mss. du Theil.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4363. — *Laterani 16 Maii.*

Decano et capitulo S. Martini Leodiensis ecclesias de Milehem, de Famala, de Berreste, de Vfei et de Marciis, quas (Engelbertus) Coloniensis archiepiscopus metropolitanus et (Fridericus) episcopus Leodiensis diocesanus loci ad relevamen dictae ecclesiae et cultum in ea pristinum reparandum ipsis concesserant, confirmat. Laterani XVII. Kal. Iunii anno (sexto *sed legas*) septimo. — *Martene Ampl. coll. I. 1166; Miraeus Opp. diplom. III. 385; Potthast 607. n. 7020; Horoy H-i opp. omn. IV. 146. n. 171 (XVII. Kal. Iunii anno sexto).* — « SANE SIGNIFICASTIS NOBIS. »

4364. — *Laterani 17 Maii.*

« (Grumerio) episcopo et abbati sancti Savini, et preposito sancte Euphemie Placentinis. » Quum potestas et populus Cremonenses spoliavissent monasterium sancti Xisti Placentini duabus partibus castri et curtis Wastallae, et curtem Luciariae ad ipsum monasterium pertinentem contra iustitiam detinerent, de quibus abbate monasterii praedicti conquerente, Innocentius PP. (III) Regino episcopo causam commisit, qui possessionem eidem monasterio adiudicavit: demum, ad Mutinensem episcopum causa delata, is in eosdem Cremonenses ob eorum contumaciam excommunicationis sententiam promulgavit, quae a Parmensi episcopo ob initam temporalem compositionem relaxata fuit: deinde, quum a Summo Pontifice causa commissa fuerit archipresbytero Mutinensi et abbati de Mutiliano tunc priori de Columbario, hii in Cremonenses eosdem excommunicationis sententiam iterum promulgarunt: tandem ab (Hugolino) Ostiensi episcopo in partibus Lombardiae Apost. Sedis Legato citati, quosdam procuratores ad Papam destinarunt et post multa subterfugia contumaciter recesserunt: quare mandat ut idem monasterium sancti Xisti in possessionem dictorum bonorum inducant ac excommunicationis et interdicti sententias in Cremonenses praenominatos renovent et faciant usque ad satisfactionem condignam firmiter observari. Laterani XVI. Kal. Iunii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 155. fol. 44; Mss. Vallicell. I. 53; Affò Ist. di Guastalla. I. 362. n. 53; Potthast 607. n. 7021; Horoy H-i opp. omn. IV. 354. n. 135.* — « SI POTESTAS ET. »

4365. — *Laterani 17 Maii.*

« Tropensi episcopo, et priori Balnearie Regine diocesis, et magistro A. canonico Tropensi. » Postulante archiepiscopo Messanensi, mandat ut iniungant archimandritae monasterii sancti Salvatoris de Lingua Messanensi ut vel obediat eidem archiepiscopo secundum providentiam Apostolicam, vel ad Papae praesentiam suspensus accedat. Laterani XVI. Kal. Iunii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 156. fol. 45.* — « EX PARTE VENERABILIS. »

4366. — *Laterani 17 Maii.*

(Alberto) archiepiscopo Magdeburgensi (legato in partibus Italiae. superioris) scribit de eadem re ut in superiori epistola n. 4364, eumque rogat et monet, ut nullum ex Cremonensibus propter illos excessus excommunicatis et interdictis sibi communicare permittat et abbatem sancti Xisti

Placentini in possessionem bonorum potestate sibi tradita inducat. Lat. XVI. Kal. Iunii anno septimo. — *Böhmer Acta imper. II. 663. n. 955; Potthast 607. n. 7022; Horoy H-i opp. omn. IV. 356. n. 136.* — « SI LEGATIONIS OFFICIVM. »

In eundem modum (Alberto) episcopo Tridentino (legato in partibus Tusciae).

4367. — *Laterani 19 Maii.*

« Archidiacono Pentivensi (*Pictaviensi, Horoy*), preposito, et magistro O. canonico sancti Nycolai Ambianensibus. » Vt compellant Morinensem episcopum ad providendum in ecclesia sancti Martini de Hisdinio illius dioecesis de praebendali beneficio magistrum M. de Aria subdiaconum, super quo iam secundo litteras ei scripsit, Ambianensem decanum et collegas suos primo, ac praepopositum sanctae Mariae Burgensis et coniudices suos secundo monitores deputando. Laterani XIIII. Kal. Iunii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 159. fol. 46; Horoy H-i opp. omn. IV. 358. n. 137 ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS MAGISTER. »

4368. — *Laterani 19 Maii.*

Ecclesiam Spirensem tuendam suscipit eiusque domos, possessiones ac alia bona confirmat. Laterani XIV. Kal. Iunii anno septimo. — *Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe Speyer I. 165. n. 149; Potthast 607. n. 7023.* — « IVSTIS PETENCIVM DESIDERIIS. »

4369. — *Laterani 20 Maii.*

(Guilelmo) archiepiscopo Remensi apostolicae sedis legato transmittit, cum, instaurando adversus Tolosanos bello, quidam dubitarent an praecise terra sit abiudicata Raymundo quondam comiti Tolosano (in concilio Lateranensi), statutum a patribus non ambigue factum; nec etiam filio eius parcendum decernit, cum ille provisione patri servata indignum se penitus praestiterit. Laterani XIII. Kal. Iunii anno (sexto *sed legas*) septimo. — *Bouquet Rec. XIX. 722; Potthast 607. n. 7024.* — « INTELLEXIMVS QVOD ALIQVI. »

In eundem modum Ph(ilippo) regi Francorum.

4370. — *Laterani 21 Maii.*

« Petro Peruncto, et natis, et Henrico et Petro Geñis eius civibus Terracinensibus. » Tenimentum quod dicitur Subaretum a consulibus et populo Terracinensibus eis venditum confirmat. Laterani XII. Kal. Iunii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 166. fol. 48.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

4371. — *Laterani 22 Maii.*

« Priori et canonicism onasterii de castro Iniel. » Statutum R. Engañ patroni et fundatoris eorum monasterii, ut semper ad electionem prioris, suo et suorum successorum irrequisito consensu, libere procedant, confirmat. Laterani XI. Kal. Iunii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 165. fol. 48.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4372. — *Laterani 23 Maii.*

« Priori et fratribus Novi Hospitalis Helemosinarii Leodiensis. » Eorum personas et locum in quo hospitale situm est cum ipsorum bonis sub protectione Sedis Apostolicae suscipit, inhibens ne quis de hortis, virgultis et eorum animalium nutrimentis decimas exigat. Laterani X. Kal. Iunii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 160. fol. 46; Mss. Vall. I. 53.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

4373. — *Laterani 23 Maii.*

« Reginaldo regi Insularum Illustri. » Eius personam et insulam de Man, quam ipse ad exhortationem P(andulphi) Norwicensis episcopi tunc electi et Apostolicae Sedis Legati liberaliter donavit Romanae Ecclesiae et ab eadem in feudum recepit sub annuo censu duodecim marcarum sterlingorum, sub protectione recipit. Laterani X. Kal. Iunii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 164. fol. 48; Mss. Vall. I. 53; Mu-*

saeum Britann. Add. mss. 15352; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 53; Chron. Reg. Manniae ed. P. A. Munch 90; Theiner Mon. Hib. 21. n. 51; Bullar. Rom. ed. Taurin. III. 387. n. 63; Vnger og Huitfeldt Dipl. Norveg. VII. 11. 11. n. 11; Potthast. 608. n. 7027; Horoy H-i opp. omn. IV. 360. n. 140. — « PROMPTE FIDEI ET. »

4374. — *Laterani 23 Maii.*
Abbatibus et fratribus ordinis Praemonstratensis inhibet, ne in alienis causis procuratores esse praesumant. Laterani X. Kal. Iunii anno (sexto, *sed legatur*) septimo. — *Hugo Sacrae antiq. monum. I. 482; Le Paige Bibl. Praem. 653; Potthast 608. n. 7025; Horoy H-i opp. omn. IV. 359. n. 138.* — « CVM RELICTIS SAECVLI. »

4375. — *Laterani 23 Maii.*
Abbatibus et fratribus universis ordinis Praemonstratensis concedit, ut canonicos et conversos suos post professionem ordinis factam ab ecclesiis suis malevole recedentes, qui domos ordinis incendere ac graviter alias damnificare praesumant, quamdiu in sua malitia perdurarint, sub ea possint custodia detinere, quod eis aut eorum domibus molestias inferre nequeant. Laterani X. Kal. Iunii anno (sexto, *sed legendum*) septimo. — *Le Paige Bibl. Praemonstr. 653; Potthast 608. n. 7026; Horoy H-i opp. omn. IV. 359. n. 139.* — « CVM SICVT EX. »

4376. — *Laterani 23 Maii.*
De Cardon et de Bello Podio abbatibus et priori de Galer Vrgelens. dioc. mandat, tribuant abbati et conventui Populeti Cisterc. ord. licentiam, ut quasdam terras, quas per 40 annos absque decimarum et primitiarum onere possederunt, dent vicinis agricolis excolendas sine onere memorato. Laterani X. Kal. Iunii anno (sexto, *sed legas*) septimo. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 228; Potthast 608. n. 7028; Horoy H-i opp. omn. IV. 361. n. 141.* — « DILECTVS FILIVS ABBAS. »

4377. — *Laterani 24 Maii.*
« Electo Calagurritano. » Mandat ut episcopo quondam Calagurritano, cuius confirmatio et consecratio sententialiter cassatae fuerunt, trecentos marabuttinos in locis competentibus sui episcopatus annuatim assignet, et mille marabuttinos archiepiscopo Toletano pro suis debitis persolvendis concedat, alioquin ab episcopo, priore et archidiacono Pampilonen. per censuras ecclesiasticas compelletur. Laterani VIIII. Kal. Iunii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 167. fol. 49.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »
In eundem modum scriptum est super hoc eisdem, verbis competenter mutatis.

4378. — *Laterani 25 Maii.*
« Priori de Berdele Cisterciensis ordinis, Wigorniensis diocesis. » Eius supplicationibus annuens, indulget ut, quum iuris peritiam non habeat et propter senectutem debilitate multa laboret, per commissiones pontificias quas de cetero ad ipsum impetrari contigerit, procedere non teneatur, si de indulgentia huiusmodi non fecerint mentionem. Laterani VIII. Kal. Iunii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 168. fol. 49; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « A NOBIS HVMILITER. »

4379. — *Laterani 25 Maii.*
« Magistro Rangero Salenbeñ. » Cum eo super defectu natalium dispensat, ut ad sacerdotium et ad ecclesiasticas dignitates promoveri possit, ita tamen quod episcopale officium non recipiat sine Apostolicae Sedis licentia, nisi forte in imperio Romaniae. Laterani VIII. Kal. Iunii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 169. fol. 49.* — « ET SI PRO EO. »

4380. — *Laterani 25 Maii.*
Decanum Salisburgensem et magistrum H(ainricum) canonicum Osterhovensem in causa clerici cuiusdam, possessionem ecclesiae in Vsterling re-

clamantis, commissarios constituit. Laterani VIII. Kal. Iunii anno septimo. — *Lang Regesta II. 132; Potthast 608. n. 7029.*

4381. — *Laterani 25 Maii.*

Abbatem de Raitenhaslach et magistrum Hainricum canonicum Osterhovensem in causa monasterii Altahae (Niederaltaich) contra monasterium s. Floriani patronatum parochiae Spizensis concernente commissarios nominat. Laterani VIII. Kal. Iunii anno septimo. — *Lang l. c. 132; Potthast 608. n. 7030.*

4382. — *Laterani 26 Maii.*

« Episcopis (*sic*) et capitulo Tarantasien. » Adversas Chistianorum res apud Damiatam deplorans, animat eos ut subveniant negotio Terrae Sanctae, quum non parum sperandum sit quia F(ridericus) Romanorum imperator et rex Siciliae omissis multis et arduis negotiis venit in Campaniam ad Papam de praedictae Terrae subsidio tractaturus, mandat eis ut ilariter recipiant.... *(omittitur nomen)* quem ad eos mittit pro exhortatione verbi crucis et pacis seu treguarum foedera suadendo. Laterani VII. Kal. Iunii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 177. fol. 54; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 8; Rodenberg Epist. Select. 158. n. 229. Cf. epistolam per Tarantasiensem provinciam missam huius anni die 26 Martii, p. 119. n. 4262.* — « Dextera Domini fecerat. »

4383. — *Laterani 26 Maii.*

Stephano Cantuariensi S. R. E. cardinali et Eboracensi archiepiscopis eorumque suffraganeis ac ecclesiarum praelatis per Cantuariensem et Eboracensem provincias constitutis mandat, ut abbates et fratres Cisterciensis ordinis a praestatione decimarum servent immunes. Laterani VII. Kal. Iunii anno (sexto, *sed legerim*) septimo. — *Registrum S. Mariae de Neubotle 196; Potthast 608. n. 7031.* — « Cvm abbates Cisterciensis. »

4384. — *Laterani 29 Maii.*

« Benno (Remoni, *Horoy*) episcopo Senogaliensi, eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. » Ecclesiam Senogaliensem sub protectione recipit, ecclesias et loca sui episcopatus enumerat, libertates et privilegia amplificat. Laterani per manum magistri Guidonis dñi PP. capellani IIII. Kal. Iunii Indict. XII. Incarnat. Domin. MCCXXIII. Pont. donni Honorii PP. III. anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 170. fol. 49; Mss. Vall. I. 53; Vghelli Ital. Sacra II. 868; Lodov. Siena Stor. di Sinigaglia (1746. 4) 329. et italice 334; Potthast 608. n. 7032 (29 Maii), et app. 2093; Horoy H-i opp. omn. IV. 361. n. 142 (29 Maii).* — « In eminenti apostolice sedis. »

4385. — *Laterani 30 Maii.*

Abbatissae ac conventui de Brailla Cisterc. ord. mandat, ut F. reclusam domus s. Lazari Cameracensis, cui sit licentia concessa Cisterciensem ordinem assumendi, in sororem suam sine difficultate admittant. Late. III. Kal. Iunii anno (sexto, *sed legas*) septimo. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 240; Potthast 608. n. 7033; Horoy H-i opp. omn. IV. 364. n. 143 (23 Maii).* — « Dilecta in Christo. »

4386. — *(Laterani .... Maii)*

« Nobili viro Langravio Thuringie. » Vt ipse, cui (Fridericus) imperator quatuor milia marcarum argenti pro subventione Terrae Sanctae promisit, crucem assumat, et post crucis assumptionem terram et omnia iura sua sub beati Petri protectione Pontifex recipiet. (Sine indicatione loci et temporis). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 178. fol. 55; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 8; Rodenberg Ep. Sel. 159. n. 230.* — « Dextera Domini fecerat. »

4387. — *(Laterani .... Maii).*

« Nobili viro (Petro Fiano) duci, et populo Venetorum. » Eos exhortatur ut ad

succursum Terrae Sanctae tam in navigio quam in aliis taliter se praeparent, quod, quum terminus passagii advenerit, « exfortium quod terre vestre magnitudinem deceat exercitui Xpiano impendere valeatis. » (Sine indicatione loci et temporis). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 178. fol. 55; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 8; Rodenberg Epist. Select. 160. n. 231.* — « DEXTERA DOMINI FECERAT. »

In eundem modum potestati et populo Ianuensibus. — *Reg. Vat. et Roden. ll. cc.*

In e. m. militibus et populo Pisanis. — *Reg. Vat. et Roden. ll. cc.*

In e. m. potestati et populo Anconitanis. — *Reg. Vat. et Roden. ll. cc.*

4388. — *(Laterani .... Maii).*

Vniversis Christi fidelibus per Flandriam et Brabantiam constitutis notificat, Fridericum imperatorem Romanorum et regem Siciliae venisse « ad nos in Campaniam nobiscum de Terrae Sanctae subsidio tractaturus, ibique.... idem imperator ad nostrum beneplacitum transfretandi terminum in festo s. Iohannis Baptistae post biennium proxime secuturum suscepit..... Exurget nunc qui dormit! » Iuxta statuta generalis concilii personas et bona eorum, qui crucis charactere insigniti laborem istum subierint, sub sua protectione suscipit, eis indulgentias concedit etc. (Sine signo chronologico). — *Hugo Sacrae antiq. monum. I. 122; Potthast 616 n. 7132 (ad fine anni 1223).* — « IVSTVS DOMINVS IN. »

4389. — *(Laterani .... Maii).*

Cantori et magistris Gaufrido et Girardo canonicis Parisiensibus. Eis mandata dat de gravi quaestione Laudunensis episcopi, a quo nuper Remense capitulum postulaverat, ut pro reparanda ecclesia Remensi eis per Laudunensem diocesim litteras praedicationis concederet unum annum indulgentiarum expresse continentes, etc. Laterani anno septimo. — *Marlot Hist. de Reims III. 781. n. 130 (finis desideratur); Marlot Metrop. Remen. II. 470; Potthast 608. n. 7034; Horoy H-i opp. omn. IV. 365. n. 144.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4390. — *Signiae 7 Iunii.*

(Stephanó) abbate et conventu monasterii Casinensis petentibus, sententiam inter L. priorem ecclesiae S. Gregorii de Spaczano ad Casinense monasterium pertinentis et abbaten de Scusa « super eo quod idem prior ab ipso eadem ecclesia contra iustitiam spoliatum fuisse dicebat » ab episcopo S. Marci latam corroborat. Signae VII. Id. Iunii anno septimo. — *Tosti Monte Cassino II. 304; Potthast 608. n. 7036; Horoy H-i opp. omn. IV. 365. n. 145.* — « EA QVAE IVDICIO. »

4391. — *Signiae 8 Iunii.*

« Abbati Aremarensi (Ariminensi *Decr. Greg.*) Trecensis diocesis, et archidiacono et decano sancti Stephani Trecensibus. » Causam inter archidiaconum Senonensem ex una parte et abbatem et conventum monasterii s. Petri Vivi Senonensis ex altera, super procuratione annua et quibusdam aliis quae idem archidiaconus asserebat ad ipsum spectare, quae causa abbati sancti Crispini maioris Senonensi et eius collegis iam commissa, et deinde a P(elagio) Albanensi episcopo ex mandato apostolico audita fuit, ipsis cognoscendam et diiudicandam mandat. Signie VI. Idus Iunii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 174. fol. 51 Decret. Honorii III. lib. 1 tit. 13* De officio archidiaconi *c. 1. ed. Ciron. 53; Decret. Gregorii IX. lib. I. tit. 23.* De officio archidiacono *c. 10; Boehmer Corp. II. 136 (an. 1220); Richter Corp. II. 147; Potthast 664. n. 7723 (absque signo chronologico) Horoy H-i opp. omn. IV. 366. n. 146; ex mss. du Theil; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. XXIII. c. X. p. 152.* — « DILECTO FILIO ABBATE. »

4392. — *Signiae 12 Iunii.*

« Conventui ecclesie sancti Trudonis (ord. s. Benedicti) Leodiensis diocesis. »

Inhibet ne pro delicto advocatorum, quos eorum monasterium habet, villae ad monasterium ipsum pertinentes interdicto ecclesiastico supponantur, non obstante quod iidem advocati quaedam in praedictis villis percipiant. Signie II. Id. Iun. anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 171. fol. 50; Piot Cartul. de St. Troud I. 179. n. 143 (male ad an. 1222); Potthast 608. n. 7037; Horoy H-i opp. omn. IV. 368. n. 147.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4393. — *Signiae 13 Iunii.*

Constantino episcopo Scalensi, Matthaeo archidiacono et Constantino Fabaro subdiacono suo canonicis Amalphitanis causam inter Iacobum de s. Severino comitem Avellini et Nicolaum Salernitanum archiepiscopum super iure patronatus etc. committit decidendam. (*Signiae*) Idibus Iunii anno septimo. — *Vghelli Ital. sacra VII. 329; Potthast 608. n. 7038; Horoy H-i opp. omn. IV. 369. n. 148.* — « DILECTVS FILIVS NOBILIS. »

4394. — *Signiae 17 Iunii.*

Abbatiam s. Mariae in Spinoso loco (Epinlieu) cum omnibus bonis protegendam suscipit eique specialiter silvam de Vakeresce dictam « la Haie d'Ameries, » bona in Capella (Chapelle) et de Fontonio (Fontigny), molendinum in Solier (?) de Hauchin etc. confirmat. (*Signiae*) XV. Kal. Iulii anno septimo. — *Devillers descript. III. 21. n. 36; cf. Potthast 609. n. 7039.*

4395. — *Signiae 18 Iunii.*

C(onradum) Portuensem episcopum apostolicae sedis legatum hortatur, ut, si tractatum concordiae inter A(malricum) comitem Montisfortis et R(aimundi) quondam comiti Tolosani filium R(aimundum) perduci contigerit ad effectum, provideat « quod ius Vivariensis episcopi.. in castro de Fanjau et Argentariae... in ipsa concordia conservetur illaesum. » Signiae XIV. Kal. Iulii anno septimo. — *Vaissette Hist. de Lang III. pr. 282; Bouquet Rec. XIX. 732; Potthast 609. n. 7040; Horoy H-i opp. omn. IV. 370. n. 149.* « LICET CREDAMVS QVOD. »

4396. — *(Signiae 18 Iunii.)*

Vniversis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam s. Mauritii ord. s. Aug. prope Halas Sax. in die dedicationis annuatim visitaverint, indulgentiam 30 dierum concedit. — *Dreyhaupt Beschreib. des Saal-Creyses I. 747. n. 14; Potthast 609. n. 7041 (sine temp. nota).*

4397. — *Signiae 18 Iunii.*

Abbatissae ac conventui de Fonte beatae Mariae Cisterciensis ordinis. Eorum personas et locum in quo divino sunt obsequio mancipati cum omnibus bonis praesentibus et futuris sub b. Petri et sua protectione suscipit. Specialiter autem annuum redditum sexaginta solidorum Valencen. monetae, a quondam A. de S. Auberto ad vinagium suum de Haspra percipiendum monasterio eorum concessum, terras, molendinum, prata, terraginam, nemora et redditus de Poteles, de Trit in territorio s. Leodegarii et de Querceto et alia bona eorum eisdem confirmat. Signiae XIV. Kal. Iulii anno septimo. — *Horoy H-i opp. omn. IV. 370. n. 150, sed male indicat Reg. Vat. lib. 7. epist. 57, ubi non existit.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

4398. — *Signiae 18 Iunii.*

Abbatissae et conventui monasterii de Fonte beatae Mariae Cisterciensis ordinis. Eis annuum redditum duodecim librarum Valencen. monetae ad cambam de ponte Noironis percipiendum ab I. comitissa Flandrensi ipsis concessum, nec non omnes possessiones et redditus quos habent ex donatione dictae comitissae et quorumdam nobilium virorum, eisdem confirmat. Signiae XIV. Kal. Iulii anno septimo. — *Horoy H-i opp. omn. IV. 371. n. 151, sed male indicat Reg. Vat. lib. 7. epist. 58, ubi non existit.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

4399. — *Signiae 19 Iunii.*

« Abbati et conventui Glastoniensibus. » Sacristiae eorum monasterii ecclesiam beati Iohannis de Nordbiñ cum omnibus pertinentiis suis, quam bo. me. Savaricus Bathoniensis episcopus de consensu capituli

sui, et annuente etiam Radulfo ipsius ecclesiae tunc rectore, concesserat, confirmat, ita ut eorum sacrista ipsam de personis idoneis ordinare valeat. Signie XIII. Kal. Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 188. fol. 58; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « CVM MONASTERIVM VESTRVM. »

4400. — *Signiae 20 Iunii.*
« Cisterciensi, de Firmitate, Pontiniacensi, Clarevallensi, et Morimundensi abbatibus. » Confirmat compositionem quae, mediante (Conrado) Portuensi episcopo Apost. Sedis Legato, inter ipsum abbatem Cisterciensem et reliquos intervenit, ita tamen ut formam illam, quam, mediante olim bonae memoriae Innocentio PP. (III). tempore generalis concilii attemptarunt, et obtinuerunt ab ipso (Honorio III) confirmari, inviolabiliter observent, donec super hoc ab Apostolica Sede aliter fuerit provisum. Signie XII. Kal. Iulii anno septimo — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 184. fol. 57.* — « INTELLECTO TENORE COMPOSITIONIS. »

4401. — *Signiae 20 Iunii.*
« Abbati et conventui sancti Petri Vivi Senonensis. » Prohibet ne quis pro benedictione seu installatione abbatum qui ad eorum monasterii regimen fuerint assumendi, aliquid ab eis exigere vel extorquere praesumat. Signie XII. Kal. Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 185. fol. 57; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVPIDITATI QVORVMDAM QVI. »

4402. — *Signiae 20 Iunii.*
« Pandulfo subdiacono et notario nostro Ap. Sedis Legato. » Vt R(inaldo) Firmano electo in recuperandis ecclesiae suae bonis contra illos qui ea iniuste detinent, consilium et auxilium impendat, et si forsitan ipse teneat aliqua ad ecclesiam supradictam spectantia, eadem restituat. Signie XII. Kal. Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 192. fol. 60.* — « ET SI CERTAM. »

4403. — *Signiae 22 Iunii.*
« Magistro et fratribus domus Milicie Templi Ierosolimitanis. » Vt benigne agant cum P. Alviti magistro domus Militiae Templi in Ispania pro debitis ab ipso contractis, quum ipse sit vir utique religiosus, magnanimus, honestus, et iam septennio contra Sarracenos dimicans viriliter et potenter, castra, villas et possessiones amplissimas in eorum finibus stabiliverit, eaque debita contraxerit quia cum regibus multotiens exercitum fecit numerosum et simpliciter deliquit. Signie X. Kal. Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 187. fol. 58; Mss. Vall. I. 53.* — « ET SI NON NVMQVAM. »

4404. — *Signiae 22 Iunii.*
« R(inaldo) electo Firmano. » Alienationes bonorum, quas P(etrus) Firmanus episcopus in praeiudicium suae ecclesiae sine consensu Firmani capituli fecerat, irritas et inanes declarat, eique mandat ut quae alienata invenerit ad ius et proprietatem ipsius ecclesiae, sublato frustratoriae appellationis obstaculo, revocet. Signie X. Kal. Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 191. fol. 59.* — « SICVT RITE FACTA. »

4405. — *Signiae 22 Iunii.*
« Clero et populo civitatis et diocesis Firmane. » Nuntiat, se, processibus tam super nominationibus quam super postulatione circa ordinationem ecclesiae Firmanae inordinate habitis de fratrum suorum consilio irritatis, et provisione ipsius ecclesiae Apostolicae Sedi reservata, R(inaldum) Monaldi subdiaconum et capellanum Papae in eorum elegisse pastorem, ipsumque hilariter recipiant eique obediant. Signie X. Kal. Iulii anno septimo — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 193. fol. 60; Catalanus De Ecclesia Firmana 355. n. 49, cf. p. 164; Potthast*

append. 2093. n. 7042a-26100. — « PROCESSIBVS TAM SVPER. »

4406. — *Signiae 23 Iunii.*

« Preposito de Salvia, et sancte Crucis, et sancti Andree decanis Ildesemensibus (*sic*). » Quum capitulum ecclesiae Hammemburgensis reclamaverit quod capitulum Bremense ad pastoris electionem, eo contempto post appellationem ad Papam interpositam, processisset, et scolasticus Hildesemensis et eius collegae ad audiendam causam a Sede Apostolica delegati excommunicationis sententiam in ipsum capitulum Bremense ob contumaciam promulgassent, mandat ut ad componendum amicabiliter inter partes studium diligens et efficacem operam impendant, et si compositio obtineri non poterit, causam audiant et sufficienter instructam ad Papam remittant. Signie VIIII. Kal. Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 190. fol. 59.* — « DILECTI FILII CAPITVLVM. »

4407. — *Signiae 25 Iunii.*

« (Tello) episcopo et capitulo Palentinis. » Non obstante quodam statuto, quod capitulum iuramento et idem episcopus simplici promissione confirmavit, quoad certum canonicorum et beneficiorum numerum, quum ecclesia in divinis praesertim officiis maximum patiatur defectum, ipsis concedit, ut praesentem numerum, suppetentibus ad hoc facultatibus, ampliare possint. Signie VII. Kal. Iulii anno septimò. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 196. fol. 61.* — « EX PARTE VESTRA. »

4408. — *Signiae 27 Iunii.*

« Frederico illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sycilie. » Ait se eius nuntium L. iudicem Barensem benigne recepisse, sed de quibusdam personis pro Capuana et Aversana ecclesiis ab eo petitis deliberare ob quorundam fratrum absentiam finaliter non posse; dolet autem de verbis ab eodem nuntio relatis quoad ipsius regis praetensiones in providendis regni Siciliae ecclesiis; quod nempe si Apostolica Sedes alios quam ab eo nominatos ad ecclesias praefatas mitteret, ipsum non esse recepturum aliquos nec recipi passurum, et adiecerat verba quae non sunt hominis sani consilii et innuunt quod ipse per intollerabilem usurpationem attemptet evertere ecclesiasticam libertatem: « quid enim non obtinebimus eam iurisdictionem vel potestatem in regno Sicilie quam in Francie, Anglie, Yspanie ac in ceteris christianorum regnis, ac in ipso imperio noscimur obtinere? » denique eum hortatur ut, si nuntius praedictus ex mandato suo non egerit, huiusmodi culpam vel negando a se removeat et in nuntium suum refundat, vel, si vera sunt ab eodem nuntio exposita, culpam ipsam agnoscat et reverenter excuset. Signie V. Kal. Iulii anno septimo — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 194. fol. 60; Mss. Vallic. I. 53; Cod. Paris. 8604; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 15-19 non integra; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 384; Hahn Collect. I. 321; Potthast 609. n. 7043; Horoy H-i opp. omn. IV. 372. n. 152, ubi textus interpolatus habetur; Rodenberg Ep. Sel. 160. n. 232.* — « VENIENTEM AD PRESENTIAM. »

4409. — *Signiae 27 Iunii.*

« Vniversis prioribus et capitulis ordinis sancti Augustini per Eboracensem provinciam constitutis. » Quum ipsi sine magnis laboribus et expensis ad capitulum in Cantuariensi provincia convenire non possint iuxta statuta generalis concilii, attentis etiam precibus archiepiscopi et capituli Eboracensium, eis concedit, ut in eorum provincia huiusmodi capitulum valeant celebrare. Signie V. Kal. Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 195. fol. 61; Mss. Vall. I. 53; Mus. Brit. add. mss. 15352.* — « IN GENERALI CONCILIO. »

4410. — *Signiae 1 Iulii.*

« Abbati, et priori sancti Victoris, et R. fratri Milicie Templi Parisiensibus. »

Referente Lexoviensi episcopo quod abbas monasterii de Bernaio dioecesano sibi iure subiecti vita existat dissolutus, pluribus excessibus accusetur, et a monasterio ipso non petita licentia recesserit, propter quod (Philippus) rex Francorum iam dictum monasterium et bona eius ad manus suas iuxta terrae consuetudinem advocaverit, mandat ut eundem abbatem sollicite, si forte poterit inveniri, quaerant, et reperto, inquirant super praemissis veritatem, et provideant. Signie Kal. Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 197. fol. 61; Mss. Vall. I. 53.* — « Accepimvs venerabili fratre. »

4411. — *Signiae 1 Iulii.*

« Angelice fundatrici ecclesie sancte Marie de Monte Gardie. » Ad exemplar Innocentii et C. Rom. Pontificum ecclesiam sanctae Mariae de Monte de Gardia eius studio fabricata a iurisdictione episcopi et ecclesiae Bononiensis eximit et sub apostolica protectione recipit. Signie Kal. Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 200. fol. 63; Mss. Vallicell. I. 53; Ripolli Bull. Praedic. I. 15. n. 30; Potthast 609. n. 7045; Horoy H-i opp. omn. IV. 375. n. 153 (27 Iunii).* — « Cvm pias postvlantivm. »

4412. — *Signiae 1 Iulii.*

Capitulo Bononiensi statuta, quae pro ecclesiae suae honestate ac statu fecerunt, confirmat, ea ipsa de verbo ad verbum inserens. Signiae Kal. Iulii anno septimo. — *(Sartius) De archigymn. Bonon. profess. I. 11. 173; Potthast 609. n. 7044.* — « Cvm a nobis. »

4413. — *Signiae 3 Iulii.*

« Abbati de Radinges, et archidiacono Oxoniensi, Saresbiriensis et Lincolniensis diocesum et magistro Rog. theologo canonico Saresbiriensi. » Reclamante conventu Wigorniensi quod Wigorniensis episcopus S. priorem eiusdem conventus, Bononiae tunc propter gravem aegritudinem commorantem, praetermisso iuris ordine post appellationem ad Papam interpositam deposuerit, eique Wilelmum alterius loci monachum suffecerit et alia quoque minus iuste gesserit; quum vero ex parte episcopi et Wilelmi prioris alia ex adverso proponantur; hiis mandat ut vocatis qui fuerint vocandi et auditis hinc inde propositis, audiant et statuant: interim, super institutione prioris quaestione pendente, causae destitutionis alterius supersedeant eidem in abbatia Gloucestriae, de qua nuntii episcopi consenserunt, provideant. Signie V. Non. Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 198. fol. 62.* — « Ex parte Wigorniensis. »

4414. — *Signiae 3 Iulii.*

« N. et R. archidiaconis et cantori Astoricensibus. » Quum Legionensis episcopus contra Papae mandatum, qui primam vacaturam dignitatem sibi reservaverat, contulerit archidiaconatum in primis F. nepoti suo de non legitimo matrimonio procreato, ac demum magistro Iohanni subdiacono Papae nepoti (Pelagii) Albanensis episcopi, nisus est conferre, et scolarum magisterium, quod idem magister habebat, G. Sanctii Legionensi canonico concesserit; hiis mandat ut omnia in statum pristinum revocentur, scolarum magisterio praenominato magistro restituto, et scribant de persona ob integritatem vitae et litteraturam idonea cui de archidiaconatu praedicto ad utilitatem Legionensis ecclesiae Apostolica Sedes provideat. Signie V. Non. Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 199. fol. 62.* — « Venerabili fratri nostro. »

4415. — *Signiae 5 Iulii.*

(Deest nomen cui epistola scripta est). In causa inter yconomum monasterii sancti Benedicti de Gualdo et episcopum Nucerinum super electione F. monachi in abbatem ipsius monasterii, cuius confirmationem et

benedictionem yconomus praedictus asserebat ad Sedem Apostolicam spectare, episcopus vero Nucerinus dioecesana lege sibi vindicabat, in qua causa Oddonem de Bove subdiaconum et cappellanum suum Papa dederat auditorem, mandat ut praedicta electio, si canonica reperta fuerit, confirmetur, suspendendo benedictionem electi donec eadem quaestio decidatur. Signie III. Non. Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 201. fol. 63.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

4416. — *Signiae 5 Iulii.*

« Rectori et fratribus hospitalis sancti Spiritus in Saxia. » Confirmat quod iam Innocentius PP. III (1208. 3 Ian.) statuit, videlicet ut dominica prima post octavum Epyphaniae solemnis apud eorum hospitale statio habeatur, ubi Romanus Pontifex cum Cardinalibus intersit, ut et missarum solemnia ibi celebret et exhortatorium faciat de hac celebritate sermonem, indulgentiam unius anni fidelibus concedendo: qua die effigies Iesu Christi a beati Petri basilica per eiusdem canonicos ad dictum hospitale infra capsam ex auro et argento et lapidibus praetiosis ad hoc specialiter fabrefactam venerabiliter deportetur, fidelibus populis, qui devote convenerint, desiderabiliter ostendenda: statuit etiam ut pro mille pauperibus extrinsicus adventantibus et trecentis personis intus degentibus decem et septem librae usualis monetae, ut singuli accipiant tres denarios, unum pro pane, alterum pro vino aliumque pro carne, ab Helemosinario Summi Pontificis annuatim eis in perpetuum tribuantur, et cononicis supradictis singulis duodecim nummi et cereus unius librae, qui deferatur accensus, de oblationibus confessionis beati Petri praestentur. Signie III. Nonas Iulii anno septimo — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 203. fol. 64; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 21; Bullar. Vat. I. 110; Bzovius Annal. XIII. 235. (5 Iulii an. octavo); Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 387; Potthast 609. n. 7046. et post n. 7282; Horoy H-i opp. omn. IV. 376. n. 154.* — « AD COMMEMORANDAS NVPTIAS. »

4417. — *Signiae 5 Iulii.*

« Priori et fratribus de Insula Strofaria. » Quum ipsi inter Sillam et Caribdim haeremiticam vitam ducentes navigantibus solacia et naufragantibus suffragia impendant opportuna, exponendo eis gratuito pietatis officio quae de manuum suarum laboribus ad pauperem victum eorum anxie preparant, indulget ut a praestatione vicesimae pro subsidio Terrae Sanctae absolvantur, et de possessionibus intra insulam de Strofaria habitis, nemo ab ipsis decimas requirat. Signie III. Non. Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 204. fol. 64; Mss. Vallicell. I. 53.* — « RELIGIOSE PIETATIS ET. »

4418. — *Signiae 5 Iulii.*

« Iporiensi Episcopo. » Indulget, ut in religiosos et alios ei lege dioecesana subiectos libere canonicam censuram, quotiens viderit exercendam, exerceat, non obstante frustratoriae appellationis obiectu ad Apostolicam Sedem. Signie III. Non. Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 214. fol. 69; Mss. Vallicell. I. 53.* — « TVA NOBIS FRATERNITAS. »

4419. — *Signiae 5 Iulii.*

« Eisdem (*sic*). » Civitatem Yporiensem, castra et possessiones alias ipsi et ecclesiae suae imperiali liberalitate collatas confirmat. Dat. ut supra (Signie III. Non. Iulii anno septimo). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 215. fol. 69.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4420. — *Signiae 5 Iulii.*

« Eisdem (*sic*). » Quum in civitate Yporiensi iurisdictionem obtineat temporalem, indulget ut censuram canonicam possit

exercere in cives ipsius civitatis, honores et iura ei subtrahere molientes, non obstante appellatione ab eisdem interposita. Dat. ut supra (Signie III. Non. Iulii anno septimo). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 216. fol. 69.* — « TVA NOBIS FRATERNITAS. »

4421. — *Signiae 6 Iulii.*

Compositionem inter (Ottonem) episcopum Traiectensem et W(illelmum) quondam comitem Hollandiae olim super quibusdam hominibus (in Frisia orientali) amicabiliter initam (a. 1204) confirmat. Signiae II. Non. Iulii anno septimo. — *Kluit Hist. crit. Holland. II. I. 444. n. 105; Oorkondenboek van Hollanden Zeel. I. 1. 164. n. 282; Potthast 609. n. 7047; Horoy H-i opp. omn. IV. 378. n. 155, qui in nota refert de verbo ad verbum compositionem de qua supra.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

4422. — *Signiae 7 Iulii.*

Decano et capitulo Aniciensibus notificat, se Stephano Aniciensi electo ordines diaconatus et presbyteratus propriis manibus impendisse eumque in episcopum consecrasse, pallio ipsi collato. (Signiae) Non. Iulii anno septimo. — *Gallia christ. II. (1720). 711; Gissey Discours historique 374; Potthast 609. n. 7048; Horoy H-i opp. omn. IV. 379. n. 156.* — « VENERABILEM FRATREM NOSTRVM »

4423. — *Signiae 8 Iulii.*

« Episcopo Ilerdensi. » Ad preces Vrgellensis episcopi et canonicorum Lavacensis ecclesiae, in qua olim monachi sub beati Benedicti regula vivebant, indulget ei ut iidem canonici Cisterciensi ordini possint incorporari et Bonifontis ecclesiam habere matrem, a qua ipsius recipiant ordinis instituta, sine iuris tamen alieni praeiudicio. Signie VIII. Idus Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 202. fol. 63; Aguirre Conc. Hispan. V. 183. n. 5; P. de Marca Hisp. 1405; Potthast 609. n. 7049.* — « EX LITTERIS VENERABILIS. »

4424. — *Signiae 10 Iulii.*

« Primogenito subdiacono nostro. » Quum praepositura, quam in ecclesia Zagabriensi obtinet, incendio devastata sit et redditus sui ecclesiastici sint exiles, ipsi confirmat canonicatum a (Cosma) episcopo quondam Georiensi in ecclesia Georiensi eidem concessum. Signie VI. Idus Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 206. fol. 65; Katona Hist. crit. V. 410; Fejér Cod. dipl. III. I. 416; Potthast 609. n. 7050; Horoy H-i opp. omn. IV. 380. n. 157.* — « SICVT IN NOSTRA. »

4425. — *Signiae 10 Iulii.*

« Magistro Anselmo Appamiensi archiepiscopo. » Attenta eius devotione erga Sedem Apostolicam et beatum Petrum, indulget, ut quum eius archiepiscopatus ab inimicis christiani nominis ex maxima parte detineatur, ipsi et capellanis suis, quamdiu praesens fuerit, liceat in capella sanctae Barbarae quae in domo sua apud Laoditiam sita est, salvo iure parrochiali Laodicensis episcopi, divina officia celebrare. Signie VI. Idus Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 212. fol. 69.* — « ET CARITATIS DEBITO. »

4426. — *Signiae 10 Iulii.*

Rogerio abbate postulante, monasterium s. Leonis de Pannachio eiusque bona sub apostolica protectione suscipit. Signiae VI. Id. Iulii anno septimo. — *Pirri Sicilia sacra 1160; Potthast append. 2093. n. 7050a-26101.*

4427. — *Signiae 11 Iulii.*

« Abbati monasterii Montis maioris eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum. » Ad exemplar Romanorum Pontificum Vrbani, Pascalis, Gelasii, Calixti, Eugenii, Lucii et Innocentii, eorum monasterium in comitatu Arelatensi constitutum, sub beati Petri protectione recipit, bona enumerat et confirmat, privilegia et libertates concedit vel amplificat. Signie per manum magistri

Guidonis capellani dñi PP. V. Id. Iulii indictione XI. Incarnationis dominice anno MCCXXIIII (*sic*) Pontificatus vero Donni Honorii PP. III. anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 207. fol. 65; Mss. Vall. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 381. n. 158 ex du Theil.* — « CVM VNIVERSIS ECCLESIE. »

4428. — *Signiae 11 Iulii.*

« Sancti Egidii, sancti Iacobi, et sancti Petri (de Posega) abbatibus Vesprimiensis et Quinqueecclesiensis diocesum. » Quum, ex relatione magistri Primogeniti subdiaconi Papae et praepositi et capituli ecclesiae de Ceresmeu (Ceretinense, *Farlati*), episcopus Zagabriensis loci dioecesanus ecclesiam ipsam incendio devastaverit et aliis pluribus criminibus sit accusatus, mandat eis, eundem episcopum cogant ut in festo Nativitatis Dominicae propter hoc Apostolico conspectui se repraesentet. Signie V. Idus Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 208. fol. 67; Mss. Vall. I. 53; Koller Episc. Quinqueeccl. II. 55; sine titulo in Farlati Illyr. sacr. V. 361; Katona Hist. crit. V. 408; Fejér Cod. dipl. III. I. 416; Theiner Mon. Hung. I. 41. n. 84; cum inscriptione* Magistro et fratribus Praedicatorum Zagabriensibus *in Ripolli Bullar. Praedic. VII.* v. *n. 40; Potthast 609. n. 7051; Horoy H-i opp. omn. IV. 386. n. 159.* — « INSINVANTIBVS OLIM NOBIS. »

4429. — *Signiae 11 Iulii.*

« Abbati et conventui monasterii sancti Victoris Massiliensis. » Relaxat suspensionis sententiam in eundem abbatem ab archiepiscopo Ebredunensi tempore visitationis promulgatam; statuit quid circa administrationem eiusdem monasterii agendum; concessionem ab archiepiscopo factam de prioratu de Trecis (Tritis *Horoy*) conventui sanctimonialium domus sancti Zachariae confirmat, ita tamen ut, eiusdem domus persolutis debitis, dictus prioratus ad monasterium sancti Victoris, sicut erat antea, revertatur: abbas vero iuramentum praestet quod ad revocationem de Sexfurñ, de Nant, de Pennis, de sancto Saturnino et de Castro Regali castrorum et domus de Sala etc. dabit opem et operam. Signie V. Idus Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 210. fol. 68; Mss. Vallicell. I. 53; Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 80; Potthast 610. n. 7052; Horoy H-i opp. omn. IV. 387. n. 160.* — « AVDITVS QVE FVERE. »

4430. — *Signiae 11 Iulii.*

« Episcopo Ildesemensi, et magistro O. scolastico Coloniensi. » Quoad causam inter Niemburgense monasterium et comitem Ascariae Halberstadensis dioecesis super quibusdam eiusdem monasterii possessionibus, quas detinere dicebatur indebite idem comes, et damnis et iniuriis a comite ipso et B. duce Saxoniae patre suo eidem monasterio illatis, quae causa praeposito Coloniensi et coniudicibus suis ab Apostolica Sede iam commissa fuit: mandat ut, relaxatis excommunicationis et interdicti sententiis in eundem comitem a Maioris ecclesiae et sanctae Mariae ad Gradus praepositis Coloniensibus iudicibus promulgatis, ipsi diligenter inquirant et probationes ab utraque parte propositas ad Papam transmittant, praefigentes partibus terminum ad comparendum. Signie V. Idus Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 211. fol. 68; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM INTER NIEMBVRGENSE. »

4431. — *Signiae 12 Iulii.*

« S. magistro scolarum Vlixbonensi. » Ipsi postulanti confirmat ecclesiam sancti Iohannis de Obid., quam Vlixbonensis episcopus ex mandato P(elagii) episcopi Albanensis eidem contulerat, eo quod constiterat animarum curam non esse officio scolastrie coniunctam. Signie IIII. Idus Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 213. fol. 69.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4432. — *Signiae 12 Iulii.*

« Episcopo Ebriicensi. » Vt petitionem P. de Sarneriis laici recipiat vocandi in iudicium super quadam haereditate G. de Haia, qui ab L. praedecessore suo excommunicationis vinculo adstrictus fuit pro eo quod post susceptum subdiaconatum de facto cum quadam muliere contraxit. Signie IIII. Idus Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 217. fol. 70.* — « Innotvit nobis P. »

4433. — *Signiae 12 Iulii.*

Consules Terracinenses monet et hortatur, ut comitem Alemannum, qui cum navibus et aliis vasis nuper applicuit Terracinam, tamquam ipsorum protectioni et securitati suppositum cum familia et omnibus bonis suis habeant commendatum. Signiae IV. Id. Iulii anno septimo. — *Contator Hist. Terracin. 182; Potthast 610. n. 7053; Horoy H-i opp. omn. IV. 387. n. 161.* — « Ex litteris vestris. »

4434. — *Signiae 13 Iulii.*

Episcopo et praeposito Foroiuliensibus mandat, faciant, ut potestas et commune Massilienses sextam partem curiae et iurisdictionis civitatis Massiliensis ad monasterium s. Victoris de iure spectantem, quam detinent, abbati eiusdem monasterii restituant. Signiae III. Id. Iulii anno septimo. — *Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 74; Potthast 610. n. 7054; Horoy H-i opp. omn. IV. 358. n. 162.* — « Dilectvs filivs abbas. »

4435. — *Signie 14 Iulii.*

« Archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint. » Vt quosdam qui nomine sancti Antonii regiones percurrunt captiose elemosinas a fidelibus extorquentes falsa configendo miracula et ignota ossa pro sacris reliquiis ostendendo, per eorum parrochias solemniter denuncient, ne viris ad opus pauperum beati Antonii cum veritate petentibus pius favor et caritativa propter hoc subsidia subtrahantur. Signie II. Idus Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 209. fol. 67; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 49; Bullar. Rom. ed. Taurin. III. 389. n. 65; Potthast 610. n. 7055; Horoy H-i opp. omn. IV. 388. n. 163.* — « Grave gerimvs et. »

4436. — *Signiae 15 Iulii.*

« Archidiacono Transligerin. officiali, et Miloni Bozelli canonico Turonensibus. » Quoad causam inter S. et P. ac G. canonicos ecclesiae sanctae Mariae Gratiacensis ex una parte, et M. canonicum eiusdem ecclesiae Bituricensis dioecesis ex altera, super electione de ipso in priorem ecclesiae supradictae facta, pro qua decanus et magister Herveus Autisiodorenses a Papa delegati fuerant, mandat ut revocato in statum debitum si quid post ad Sedem Apostolicam appellationem invenerint temere attemptatum, causam audiant et quod canonicum fuerit statuant. Signie Idibus Iulii anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 224. fol. 72; Decretal. H-i III. lib. 2. tit. 16* De except. *c. 4. ed. Ciron. 154; Decretal. Greg. IX. lib. 2. tit. 25* De except. *c. 8. ap. Boehmer Corp. II. 354 (an. 1222); Richter Corp. II. 366; Potthast 669. n. 7769 (absque signo chronologico) Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. 25. c. VIII. p. 379.* — « Dilecti filii S. »

14 Iulii.

« Philippus rex (Franciae).... apud Meduntem II. Id. Iulii (d. 14 Iul.).... spiritum exhalavit et in crastino a Corrado Portuensi episcopo cardinale.... in abbatia s. Dionysii in Francia sepelitur.... Eodem die et eadem hora pontifex Romanus Honorius, cum esset in quadam urbe Campaniae Italorum, exequiarum officium pro dicto rege, revelatione sibi divinitus ostensa.... cum cardinalibus celebravit. » — *Guil de Nangiaco Chron. ed. Géraud I. 169; Potthast 610. post n. 7056.*

4437. — *Signiae 15 Iulii.*
Priorem et ecclesiam Pisanorum cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem redditus et possessiones eidem ecclesiae ab I(ohanne) tit. S. Praxedis presbytero cardinali tunc apostolicae sedis legato collatas, ei et per eum ipsi ecclesiae confirmat. Signae Id. Iulii anno septimo. — *Vghelli Ital. sacra III. 419; Potthast 610. n. 7056; Horoy H-i opp. omn. IV. 390. n. 164.* — « Sacrosancta Romana ecclesia. »

4438. — *Signiae 17 Iulii.*
« Abbati et conventui Case Dei. » Iurisdictionem abbatis Casae Dei in monasterio Fraxinorensi circa electionem abbatis determinat, sed quum in praesentiarum sine abbatis Casae Dei providentia abbas Fraxinorensis qui nunc praeest fuerit per Legatum Sedis Apostolicae ordinatus, mandat ut nullum per hoc abbati Casae Dei praeiudicium generetur. Signie XVI. Kal. Augusti anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 219. fol. 70.* — « Constitvtis in nostra. »

4439. — *Signiae 17 Iulii.*
« Priori Fosse nove Cisterciensis ordinis. » Committit ei ut vice Sedis Apostolicae visitationis officium per biennium impendat haeremitis degentibus in insulis Pontiana, Senona, Palmaria et sancti Martini, quae sunt Sedis Apostolicae speciales. Signie XVI. Kal. Augusti anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 220. fol. 71; Mss. Vall. I. 53; Manrique Ann. Cisterc. IV. 483, qui huius epistolae refert fragmentum tantum, quod Gregorio IX male tribuit, et anno octavo pontif. sui; cf. Potthast 610. n. 7057.* — « Cvm Pontiana, Senona. »

4440. — *Signiae 17 Iulii.*
« Episcopo Yporiensi eiusque successoribus canonice substituendis imperpetuum. » Ipsius postulationibus benigne annuens ecclesiam sanctae Mariae cui praeest sub protectione recipit, monasteria, ecclesias in civitate et dioecesi Yporiensi cum omnibus castris, possessionibus, privilegiis et libertatibus, quae singillatim enumerat, confirmat et amplificat. Signie per manum magistri Guidonis capellani dñi PP. XVI. Kal. Augusti Indict. XI. Incarnationis dominice anno MCCXXIIII (*sic*) pont. vero donni Honorii PP. III. anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 227. fol. 74; Mss. Vall. I. 53.* — « In eminenti apostolice Sedis. »

4441. — *Signiae 19 Iulii.*
« Petro Leonis de Corneto. » Sententiam latam ab O(ctaviano) sanctorum Sergii et Bachi diacono Cardinali confirmat, qua Benedictum sindicum nomine communitatis Corneti condemnavit in centum libris Pisanorum ipsi Petro Leonis persolvendis propter destructionem domus et alia damna quae potestas, rectores, sindicus et populus Cornetani eidem intulerant, eo quod P. et Ph. laicos Cornetanos super quadam vinea, horto et territorio, auctoritate Papae, Cornetana curia omissa, convenerat. Signie XIIII. Kal. Augusti anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 222. fol. 71; Decretal. H-i III. lib. 2. tit. 18* De sent. et re iud. *c. 1. ed. Ciron. 157; Theiner Cod. Dipl. dom. temp. S. Sedis I. 75. n. 126; Potthast 610. n. 7059, et repetit. 669. n. 7770 absque signo chronologico; Horoy H-i opp. omn. IV. 391. n. 166.* — « Cvm cavsam qve. »

4442. — *Signiae 19 Iulii.*
« Nicosiensi archiepiscopo, Pliphensi (*sic*) Famaugustano et Nimosiensi episcopis, et dilectis filiis capitulis et universo clero in Cypro constitutis. » Litteras bon. me. Petri tituli sancti Marcelli presbyteri Cardinalis Apostolicae Sedis Legati, Antiochiae datas vi. Id. Martii, ubi quaedam statuta pro archiepiscopatu Nicosiensi et Paphensi, Famaugustano ac Nycosiensi episcopatibus

praescribuntur, confirmat, easque litteras ad verbum refert. Signie XIIII. Kal. Augusti anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 225. fol. 73; Mss. Vall. I. 53; Mas Latrie Hist. de Chypre II. 46, III. 662. not. 4; cf. Potthast 610. n. 7058 (deest initium).* — « EXHIBITAS NOBIS PER. »

4443. — *Signiae 20 Iulii.*

« Episcopo, preposito et abbati sancti Iohannis Parmensibus. » Vt observari faciant quod a Sede Apostolica provisum fuit in causa inter abbatem et conventum Casae Dei et conventum monasterii Fraxinorensis circa abbatis Fraxinorensis electionem. Signie XIII. Kal. Augusti anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 219. fol. 71 (in margine).* — « CONSTITVTIS IN NOSTRA. »

4444. — *Signiae 20 Iulii.*

« Episcopo Convenarum. » Ex relatione (Conradi) episcopi Portuensis Apost. Sedis Legati, quum prior et conventus monasterii Silvae Maioris non potuissent circa electionem abbatis in personam idoneam concordare et tandem convenissent ut idem monasterium ipsi Convenarum episcopo committeretur gubernandum, qui ibi per triginta annos et amplius fuerat laudabiliter conversatus, consentientibus in hoc Burdegalensi archiepiscopo loci dioecesano et praedicto Apost. Sedis Legato, annuit, et curam eiusdem monasterii ipsi committit. Signie XIII. Kal. Augusti anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 221. fol. 71; Horoy H-i opp. omn. IV. 394. n. 169 ex mss. du Theil.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4445. — *Signiae 20 Iulii.*

Potestati et communi Massiliensibus significat, se, nisi quadringentas marcas Valentiae monasterio s. Victoris reddendas curaverint, episcopo et praeposito Foroiuliensibus esse mandaturum, ut eos ad id per censuram ecclesiasticam cogant. Signiae XIII. Kal. Aug. anno septimo. — *Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 82; Potthast 610. n. 7060; Horoy H-i opp. omn. IV. 393. n. 167.* — « DILECTVS FILIVS ABBAS. »

4446. — *Signiae 21 Iulii.*

« Bathoniensi, Saresbiriensi, Roffensi, et Elyensi episcopis. » Magna inter Dunelmensem episcopum et priorem et conventum Dunelmenses exardescente discordia, ob quam « nisi cito adhibeatur remedium prope est ut eadem ecclesia in medio procellarum et fluctuum ex hoc insurgentium submergatur, » committit eis ut pacem curent, alioquin totum negotium sufficienter instructum cum hiis specialiter quae coram eis acta sunt ad Papam remittant. Signie XII. Kal. Augusti anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 223. fol. 72; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « SVPER CAVSA INTER. »

4447. — *Signiae 21 Iulii.*

« Abbati monasterii Campi Regii. » Causa vertente inter ipsum abbatem et haeremum de Virgilano super iure ordinandi ecclesiam ipsius haeremi, instituendi et destituendi priorem, ponendi et removendi personas easque corrigendi, in qua causa R(ynaldum Monaldi) subdiaconum et capellanum suum nunc Firmanum electum Papa partibus dederat auditorem: auditis hinc inde propositis per relationem (Nicolai) episcopi Tusculani, mandat, ut secundum tenorem arbitrii (Iohannis) Perusini episcopi procedatur, videlicet ut mortuo vel amoto priore qui pro tempore fuerit in haeremo de Virgilano, eiusdem haeremi fratres ab abbate et conventu Campi Regii priorem postulent infra mensem, quod nisi fecerint, abbas de ipso suo conventu aliquem ipsi haeremo praeficiat in priorem, qui abbatis correptioni subiaceat. Signie XII. Kal. Augusti anno septimo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 226. fol. 74.* — « CORAM DILECTO FILIO. »

4448. —
Magistris Guidoni et Durando archidiaconis et Ar. Espero canonico Lemovicensibus mandat, ut, cum nobilis mulier C(ambonia) comitissa Arverniae monstraverit, se a domino Borbonii super quibusdam castris et villis ad eam spectantibus vexari, partibus convocatis, causam audiant et appellatione remota eam iure canonico terminent. Anno septimo. *Sine die et mense.* — *Baluze Hist. généal. de la maison d'Auvergne II. 83; Potthast 610. n. 7061; Horoy H-i opp. omn. IV. 393. n. 168.* — « DILECTA IN CHRISTO. »

Istos Dominus Honorius PP. III. consecravit. Archiepiscopum Tarantasiensem, episcopum Nivernensem, episcopum Aniciensem, episcopum Mutinensem, episcopum Pistoriensem, episcopum Suanensem, episcopum Verulanum, episcopum Rapollanum. — *Reg. Vat. lib. 7. fol. 77. post n. 279; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 22; Potth. 610. post n. 7060.*

REGESTA
DOMINI HONORII PAPAE III
ANNVS OCTAVVS

[1223-1224]

[An. 1223]

4449. — *Signiae 24 Iulii.*
Decano, cantori et P. canonico s. Audomari Morinens. dioc. mandat, ut inquirant et de lite pronuntient, si quid ab episcopo Olornacensi (i. e. Tornacensi) factum sit contra privilegia a sede apostolica ecclesiae s. Donatiani-Brugensis concessa. Signiae IX. Kal. Aug. anno octavo. — *Miraei Opp. dipl. II. 989; Potthast 610. n. 7062; Horoy H-i opp. omn. IV. 399. n. 171.* — « DILECTI FILII DECANVS. »

4450. — *Signiae 25 Iulii.*
« Vniversis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint. » Elemosinas et pia subsidia erogantibus ad constructionem ecclesiae Burgensis, quae structura adeo nobili et sumptuosa consurgit ut ad eius consumationem ipsius non suppetant facultates, spirituales indulgentias concedit. Signie VIII. Kal. Augusti anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 6. fol. 84; Mss. Vallic. I. 53.* — « QVONIAM VT AIT. »

4451. — *Signiae 25 Iulii.*
Novariensis capituli statuta sic temperat, ut canonici cota vel capa nigra et clausa utantur in matutinis et missis et sufficiat sexarius numerus sacerdotum archipresbytero. Signiae VIII. Kal. Augusti anno (septimo *sed legas*) octavo. — *Historiae patr. monum. chart. I. col. 1283; Potthast 611. n. 7063; Horoy H-i opp. omn. IV. 400. n. 172 (anno septimo).* — « INTER STATVTA QVAE. »

4452. — *Signiae 26 Iulii.*
« Armanno abbati monasterii Case Dei, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regulariter substituendis imperpetuum. » Ipsis postulantibus concedit, ad exemplar Leonis noni, Alexandri, Vrbani, Paschalis, Calixti, Eugenii, Alexandri et Lucii Romanorum Pontificum, ut eorum monasterium beati Roberti sub protectione beati Petri recipiatur, abbatias, monasteria, ecclesias, possessiones nec non iura et privilegia enumerat et confirmat, ita tamen ut ad indicium quod idem monasterium specialiter beati Petri iuris existit, bizantium unum Romano Pontifici annis singulis persolvant. Signie per manum magistri Guidonis dni PP. capellani VII. Kal. Augusti Indictione XI. Incarnationis dominice anno MCCXXIIII (*sic*) Pontificatus vero donni Honorii PP. III. anno octavo. — *Reg.*

Vat. lib. 8. epist. 1. fol. 81; Mss. Vall. I. 53; Hist. patriae monum. chart. II. 1321. n. 1785; Potthast Append. 2093. n. 7063a-26102; Horoy H-i opp. omn. IV. 395. n. 170. ex mss. du Theil (23 Iulii anno septimo). — « CVM OMNIBVS CATHOLICE. »

4453. — *Signiae 26 Iulii.*

« Magistro et fratribus ordinis Cruciferorum. » Attendens quod ipsi in eorum hospitalibus pauperes et infirmos recipiunt, grata eis necessariorum subsidia conferendo, indulget eis ut per illam generalem clausulam « quidam alii, » quae apponi apostolicis litteris consuevit, non teneantur, de eorum ordine mentione non habita, respondere. Signie VII. Kal. Augusti anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 2. fol. 82.* — « CVM PIETATIS OPERIBVS. »

4454. — *Signiae 27 Iulii.*

« (Conrado) Ildesemensi et Conrado de Sidekembike quondam Halberstadensi episcopis, et abbati de Valle sancti Petri Coloniensis diocesis. » Episcopo Paldeburnensi vita functo, dissentiente capitulo circa electionem successoris, quum alii magistrum Oliverium eorum concanonicum, Themarus vero et Henricus et Bruno ac tres alii praepositum sanctorum Apostolorum Petri et Andreae nominaverint, et illi ad Sedem Apostolicam hii vero ad archiepiscopum Maguntinum loci metropolitanum appellaverint, mandat Pontifex ut, si constiterit electionem de praedicto magistro Oliverio esse a maiori et saniori parte capituli canonice celebratam, eam confirment, alioquin in irritum revocantes quiquid post appellationem ad Sedem Apostolicam interpositam attemptatum fuit, inquirant diligenter et negotium ad Papam remittant. Signie VI. Kal. Augusti anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 3. fol. 82.* — « DILECTI FILII PREPOSITVS. »

4455. — *Signiae 27 Iulii.*

Magistro A(contio) capellano suo apostolicae sedis legato mandat, ut G(unzello) Spalatensi electo in gratiam recepto pallium dudum transmissum assignet. Signiae VI. Kal. Aug. anno octavo. — *Farlati Illyr. sacr. III. 254; Thomas archidiac. Hist. Salon. c. 27; Katona Hist. crit. V. 411; Fejér Cod. dipl. III. 1. 418; Potthast 611. n. 7064; Horoy H-i opp. omn. IV. 401. n. 1.* — « PER G. SPALATENSEM. »

4456. — *Signiae 27 Iulii.*

(Gunzello) archiepiscopo Spalatensi mandat, ut abbatem monasterii s. Stephani de Spalato ex eo, quod, illo apud sedem apostolicam constituto, per capitulum Spalatense confirmationem electionis obtinuerit et per suffraganeos eiusdem ecclesiae ad petitionem ipsius capituli munus benedictionis acceperit, minime molestet. VI. Kal. Augusti anno octavo. — *Farlati l. c. 254; Katona l. c. 414; Fejér l. c. 419; Potthast 611. n. 7065; Horoy H-i opp. omn. IV. 402. n. 2.* — « SICVT PER ALIAS. »

4457. — *Signiae 29 Iulii.*

« (Waltero) archiepiscopo Senonensi. » Indulget ut in sua dioecesi excommunicatos propter non solutam vicesimam adversus Albigenses vel Terrae Sanctae succursui deputatam, et clericos concubinarios et lascivos, qui sententia excommunicationis lata a G(uala) tituli sancti Martini presbytero Cardinali Ap. Sed. Legato tenentur, absolvere possit. Signie IIII. Kal. Augusti anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 4. fol. 83.* — « AD HOC NOS. »

4458. — *Signiae 29 Iulii.*

Abbati Vallis s. Petri Cisterc. ord. Coloniens. dioc., decano et praeposito Coloniensibus notum facit, se significantibus praeposito, decano ac quibusdam canonicis Paderburnensis ecclesiae audivisse, « quod abbas et decanus et canonici S. Petri Paderburnensis, Wernerus, B. et H. fratres eius milites de Bracle et quidam alii Paderburnensis et civitatis et dioecesis in eorum ecclesiam temere

irruentes ac molientes ipsius episcopatum Henrico eiusdem ecclesiae canonico sua conferre potentia, ipsum de facto in episcopum eligere praesumpserunt. » Mandat eis, ut statuant quod canonicum fuerit. Signiae IV. Kal. Angusti anno octavo. — *Schaten Ann. Paderborn. I. 998; Lünig Spicil. eccles. II. (Reichs-Arch. XVII.) 740. n. 73; Potthast 611. n. 7066; Horoy H-i opp. omn. IV. 403. n. 3 (III. Kal. Aug.).* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

4459. — *Signiae 31 Iulii.*

(Guilelmo) archiepiscopo Remensi et eius suffraganeis et abbatibus, prioribus etc. in Remensi provincia constitutis mandat, ut, si quando clerici vel laici parochiani in aliquem fratrum hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. capiendo vel de suis equitaturis deiiciendo aut alias inhoneste tractando violentas manus iniecerint, huiusmodi praesumptores excommunicatos publice nuntient. Signiae II. Kal. Augusti anno octavo. — *Strehlke Tab. 329. n. 392; Potthast 611. n. 7067.* — « PACI ET QVIETI. »

4460. — *Signiae 5 Augusti.*

« F(rederico) illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sycilie. » Dispensat, ut cum I(olante, *Horoy habet* Isabella) filia I(ohannis) regis Ierosolimitani, non obstante quod in quarta consanguinitatis linea eadem I(olantes) ipsi dicatur attinere, matrimonium ineat, quum ad eius votum in subsidium Terrae Sanctae prosequendum id prosit. Signie Nonis Augusti anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 7. fol. 84; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 7 fragm.; Huillard Brèholles Hist. Dipl. II. 394; Potthast 611. n. 7068; Horoy H-i opp. omn. IV. 404. n. 4; Rodenberg Ep. Sel. 163. n. 234.* — « QVIA CELESTIA SIMVL. »

4461. — *Signiae 6 Augusti.*

« G(arsie) Gundisaliti (*alibi* Gundisalvi) magistro et fratribus Militie beati Iacobi. » Castrum Toraf a Fernando Ispaniarum rege et ab Vrracha uxore sua Iacintho Ap. Sed. in Ispania Legato *(qui postea fuit Celestinus PP. III)* nomine Ecclesiae Romanae concessum, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis eidem donat: refert ad verbum privilegium regiae concessionis factum in Zemora in camera in qua dominus Cardinalis iacebat et in praesentia praedictae reginae, Bobonis fratris domini Cardinalis et Raymundi de capella sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi, Maibrardi, VII. Idus Iulii Era M̃la CCX, eo anno quo famosissimus atque pius dominus Cardinalis Iacinthus Apost. Sedis Legatus venit in Ispania. Signie VIII. Idus Augusti anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 13. fol. 89; Mss. Vall. I. 53.* — « CONSIDERATO NVPER IN. »

4462. — *Signiae 7 Augusti.*

Praeposito et conventu postulantibus, monasterium Skaken cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesias de Imminchus et de Godesleim ei confirmat. Signiae VII. Id. Augusti anno octavo. — *Schaten Ann. Paderborn. I. 999; Potthast. 611. n. 7069; Horoy H-i opp. omn. IV. 405. n. 5.* — » SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

4463. — *Signiae 8 Augusti.*

Abbati et conventui de Driburgh de Scocia Praemonstr. ord. ius patronatus, quod in ecclesia de Golyn S. Andreae dioc. canonice adepti sunt, confirmat. Signiae VI. Id. Augusti anno octavo. — *Liber S. Marie de Dryburgh 213. n. 267, ubi Gregorio IX. haec bulla perperam tribuitur; equidem eius auctorem esse Honorium III. putat Potthast 611. n. 7070.* — « CVM A NOBIS. »

4464. — *Signiae 9 Augusti.*

« Garsie Gundisalvi magistro Milicie beati Iacobi, eiusque fratribus clericis et laicis tam presentibus quam futuris communem vitam professis imperpetuum. » Eorum ordinem ad exemplar Alexandri et Innocentii III.

Romanorum Pontificum confirmat, castra, possessiones, statuta ac privilegia enumerat et conservari mandat, praecipit autem, « ut qui coniugium sortiti fuerint, continentiam custodiant coniugalem, et qui sine coniugio manere decreverint, inviolatam teneant castitatem. » Signie per manum magistri Guidonis dni PP. capellani V. Idus Augusti Indict. XI. Incarnat. dom. anno MCCXXIIII (*sic*) Pontif. vero donni Honorii PP. III. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 8. fol. 84; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 54, nonnisi fragm.; Potthast 611. n. 7072; Horoy H-i opp. omn. IV. 405. n. 6.* — « BENEDICTVS DEVS IN. »

4465. — *Signiae 9 Augusti.*

« (Simeoni) episcopo Terracinensi. » Supplicantibus consulibus et populo Terracinensibus super quadam galea balistariorum, pro qua Friderico imperatori Papa se fecerat fideiussorem, mandat ut si qui suorum civium, qui fideles mercatores existunt, et de quibus sinistra suspitio non possit haberi, ipsam emere voluerint, sufficienti ab eis cautione recepta quod galea ad balistarios non redeat, nec eam alicui, de quo aliqua possit esse suspitio, revendant, et quod ipsi super christianos piraticam non debeant exercere, praedictis civibus cum consilio suo vendi permittat eandem. Signie V. Idus Augusti anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 9. fol. 87; Mss. Vall. I. 53; Rodenberg Ep. Sel. 164. n. 235.* — « AD SVPPLICATIONEM DILECTORVM. »

4466. — *Signiae 9 Augusti.*

« Consulibus et populo Terracinensibus. » Mandat, ut si quis eorum civium galeam balistariorum, pro qua Friderico imperatori ipse Papa fideiussor existit, emere voluerit, cum cautelis, de quibus in superioribus litteris fit mentio, et cum et consilio episcopi Terracinensis eam vendi permittant. Dat. ut supra (Signie V. Idus Augusti anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 10. fol. 88; Mss. Vall. I. 53.* — « AD SVPPLICATIONEM DILECTORVM. »

4467. — *Signiae 9 Augusti.*

(Adamo) abbati et (?) priori de Melross et (Ricardo) decano de Thevidale Glasguens. dioc. causam vertentem inter conventum de Driburgh et monachos de May super quibusdam decimis ad ecclesiam Driburghensium de Kilrethny spectantibus committit cognoscendam et terminandam. Signiae V. Id. Augusti *sine* (anno octavo). — *Liber S. Marie de Dryburgh 137 in n. 192, ubi Gregorio IX. erranter adscribitur; Potthast 611. n. 7071.* — « QVERELAM DILECTORVM FILIORVM. »

4468. — *Signiae 10 Augusti.*

Honorius mande à (Gautier) archevêque de Sens, à (Eudes) abbé de Sainte-Colombe de la même ville et à (Robert) doyen de Sens, de juger la réclamation de (Hugues) évêque de Langres, qui prétend que Thibaut comte de Champagne lui aurait injustement enlevé des serfs et d'autres biens. — *Jubainville Comtes de Champagne V. 201. n. 1554; cf. Potthast 611. n. 7073.*

4469. — *Signiae 17 Augusti.*

« (Conrado) episcopo Ildesemensi. » Monasterii Corbeiensis, quod ad Sedem Apostolicam nullo pertinet mediante, electionem abbatis in personam Hermanni eiusdem monasterii portarii, si canonice celebrata fuerit, confirmet et electo munus benedictionis impendat. Signie XVI. Kal. Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 11. fol. 88.* — « DILECTI FILII PRIOR. »

4470. — *Signiae 17 Augusti.*

« Preposito de Salvia, et de Sancta Cruce, et sancti Andree decanis Ildesemensibus. » Lite pendente inter capitulum Hambebergense, (Hammembergense Hambemburgense *in e. l.* Hamburgen. *Horoy*, *Potth.*) et canonicos Bremenses super iure eligendi archiepiscopum, et rebus aliis; quum Bremensis

archiepiscopus, qui tunc electus fuerat, contemptis praedictis Hambebergensibus, compositionem cum eisdem iniisset, praestito iuramento, ut in pari honore ac dignitate servaret Hambebergensem ecclesiam cum Bremensi, scribendo se archiepiscopum utriusque, prout etiam prius fuerat a praedecessoribus suis factum; postmodum vero ad praepositum S. Mariae ad Gradus Coloniensis et eius collegas apostolicas litteras impetrasset ut ab huiusmodi iuramento absolveretur et compositio irritaretur praedicta; et, lite quoque pendente inter praefatas ecclesias, super eo quod utraque se fore asserebat cathedralem, idem electus sub nomine tantum Bremensis ecclesiae pallium a Papa obtinuisset, nullam de praemissis faciens mentionem; unde Hambebergenses ad Papam supplicarunt ut sibi iustitia exhiberetur; mandat ut, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, causam definiant, alioquin sufficienter instructam ad Papam remittant, praefigentes partibus terminum competentem quo se per procuratores suos Apostolico conspectui repraesentent. Signie XVI. Kal. Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 12. fol. 88; Lappenberg Hamburg. UB. I. 407. n. 466; Potthast 611. n. 7074; Horoy H-i opp. omn. IV. 406. n. 7.* — « DILECTI FILII CAPITVLVM. »

4471. — *Signiae 18 Augusti.*

(Walterio) Senonensi archiepiscopo et (Guillelmo) episcopo Cathalaunensi (*Potth.* Cathalanensi) scribit, se comperisse, « quod licet Willelmus de Donnapetra (Dampetra *Bal.*) et (Aalais) regina Cypri se in eo gradu propinquitatis attingant ut nequeant matrimonialiter copulari, nihilominus tamen tractatur de contrahendo matrimonio inter eos. » Mandat eis, ut si res ita se habeat, inhibeant praefato nobili publice ac expresse, ne ad huiusmodi copulam procedere praesumat. Signiae XV. Kal. Sept. anno octavo. — *Innoc. III. Ep. ed. Baluze II. 852; Opp. ed. Migne III. 533; Bouquet Rec. XIX. 735; cf. Jubainville Comt. de Champagne V. 201. n. 1555; Potthast 611. n. 7075; Horoy H-i opp. omn. IV. 407. n. 8.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

4472. — *Signiae 27 Augusti.*

« Abbati et Conventui monasterii sancti Mathei Viterbiensis. » Vertente lite inter eos ex una parte et episcopum Balneoregensem ex altera, super ecclesia sanctae Mariae de Valle Balneoregensi quae a Pontifice abbati et priori sancti Martini in Monte Viterbiensi et M. archidiacono Vrbevetano commissa fuit; quum ipsi iudices ad decisionem negotii non processissent, abbas sanctae Mariae de Palanzano et coniudices sui ex mandato ipsius Pontificis super causam ipsam inquisiverunt, et L. subdiaconum et capellanum uditorem Pontifex concessit, procuratoribus magistro Alexandro de Monteflascone scriptore Papae pro episcopo Balneoregensi et Iohanne diacono pro monasterio memorato; qui auditor quum ecclesiam sanctae Mariae de Valle ad monasterium ipsum pertinere iudicaverit, quod praefatus scriptor non debere fieri asserebat, eius sententia ex consilio G(ualae) sancti Martini et T(homae) sanctae Sabinae presbyterorum Cardinalium hiis litteris confirmatur. Signie VI. Kal. Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 16. fol. 90.* — « CAVSA QVE INTER. »

4473. — *Signiae 29 Augusti.*

« Nobili viro T(heobaldo) comiti Campanie. » Concordiam inter ipsum et B(lancham) comitissam Campaniae matrem suam ex una parte et nobilem virum Erardum de Brena et Philippam uxorem eius ex altera initam (1222. 6 Februarii), et ab utraque parte sponte receptam, confirmat. Signie IIII. Kal. Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 15. fol. 90; Mss. Vall. I. 53; Innoc. III. Ep. ed. Baluze II. 846; Opp. ed. Migne III. 988; Bouquet*

Rec. XIX. 735; cf. Jubainville Comtes de Champagne V. 202. n. 1556; Potthast 612. n. 7076; Horoy H-i opp. omn. IV. 408. n. 9, qui in nota refert praedictae concordiae instrumentum. — « SI PEDES EVANGELIZANTIVM. »

4474. — *Signiae 31 Augusti.*

« Archidiacono Maioris ecclesie, preposito et Guilelmo canonico sancte Marie in Vineis Ianuensibus. » Vt in civitate Ianuensi ac alibi invalidas publice nuntient litteras Apostolicas Aquensi episcopo et collegis ipsius, nec non alias cantori Terdonensi et ipsius coniudicibus destinatas in praeiudicium abbatis monasterii sancti Fructuosi de Capite Montis auctoritate (Hugolini) Hostiensis episcopi tunc Apost. Sedis Legati ad ipsius monasterii regimen assumpti, quas litteras per circumventionem Rubaldus monachus ab eodem abbate ex dicto monasterio remotus, impetravit. Signie II. Kal. Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 17. fol. 91.* — « INDIGNATIONIS ET IRE. »

4475. — *Signiae 2 Septembris.*

« Hugoni abbati maioris Monasterii Turonensis. » Declarat quod calumniae ei a quibusdam monachis oppositae quoad statum sui monasterii, de quo Carnotensi et Cenomanensi episcopis et archidiacono Pissiacensi scripsit Pontifex, ex relatione Cenomanensis episcopi et testimonio prioris et conventus eiusdem monasterii falsae repertae fuerint. Signie IIII. Non. Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 18. fol. 91; Mss. Vall. I. 53.* — « DE SINCERO PATRIS. »

4476. — *Signiae 2 Septembris.*

« (Vitali) archiepiscopo Pisano. » Ne de feudis, quae de camera archiepiscopatus Pisani tenebant Hubaldus et Lambertus fratres, nec non M. S. F. et E. fratres, qui eisdem esse participes non timuerunt occupando Iudicatum Calaritanum iuris et proprietatis Sedis Apostolicae, ipse et successores sui in aliquo respondere teneantur. Signie IIII. Nonas Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 19. fol. 92; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 20.* — « SVPRA SE HVBALDVS. »

4477. — *Signiae 3 Septembris.*

« Lacedemoniensi episcopo, decano, et archidiacono Corinthiensibus. » Confirmat concordiam inter episcopum et capitulum Argolicenses ex una parte, et O(ctonem) de Rocca dominum Athenarum ex altera, super possessionibus et iuribus ecclesiae Argolicensis et rebus aliis initam, mediantibus P(elagio) Albanensi episcopo, T(homa) tituli sanctae Sabinae et I(ohanne) tituli sanctae Praxedis presbyteris cardinalibus, in qua statutum fuit quod praedictus dominus Athenarum ac sui ecclesiae Argolicensi restituent possessionem omnium cum fructibus perceptis ex illis a tempore quo mandatum Apostolicum emanavit, ad quod idem resignationem Ravenice dicitur recepisse, quae dicta ecclesia a coronatione Alexii Bambacoratii aliquando dinoscitur habuisse. Signie III. Non. Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 25. fol. 95; Mss. Vallicell. I. 53.* — « INTER VENERABILEM FRATREM. »

4478. — *Signiae 4 Septembris.*

« Nobili viro G(aufrido) de villa Arduini principi Achaie. » Fructus quarumdam ecclesiarum ad ecclesias Constantinopolitanas a tempore Graecorum spectantium, quae propter malitiam temporum ac terrae necessitates sine periculo non possunt restitui, ut fortius ad devotionem ecclesiarum et defensionem ipsarum et imperii obligetur, usque ad viginti annos ei concedit, dum modo pro ipsis quadragintorum yperperorum censum ecclesiis quibus debentur iuxta

ordinationem quae a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis presb. Cardinali Apost. Sedis Legato de patriarchae et capituli nec non universitatis praelatorum Constantinopolitanis facta fuit, solvat. Signie II. Non. Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 40. fol. 98; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 13,* — « Sedes Apostolica pia. »

4479. — *Signiae 4 Septembris.*
« Eidem. » Concedit usque ad viginti annos fructus ecclesiarum quae destructae sunt vel etiam derelictae, ita tamen quod ipsarum ecclesiarum fabricae in dispositione maneant praelatorum, et possessiones ecclesiarum sive monasteriorum stantium seu etiam destructorum, quae praelati aliquando a coronationis Alexii Bambacoratii tempore tenuerunt, seu etiam in demanio modo tenent, cathedralibus ecclesiis applicentur et in earum remaneant potestate. Dat. ut supra (Signie II. Nonas Septembris anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 41. fol. 99; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi l. c.* — « Sedes Apostolica pia. »

4480. — *Signiae 4 Septembris.*
« Nobili viro G(aufrido) de Villa Arduini principi Achaie. » Circumstantiis omnibus expositis concordiae inter ipsum et ecclesiam Constantinopolitanam, mediantibus P(elagio) Albanensi episcopo, T(homa) tit. sanctae Sabinae et I(ohanne) tit. sanctae Praxedis presbyteris Cardinalibus initae apud Ravenicam anno 1210. 2 Maii, concordiam ipsam confirmat, ampliata resignatione Ravennicae de praelatorum terrae suae assensu citra passum Megarae, cuius tenor ad verbum refertur. Signie II. Non. Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 47. fol. 100; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi l. c.; Innoc. III. Ep. ed. Baluze II. 835; Opp. ed. Migne III. 968; Bullar. Rom. ed. Taurin. III. 390; Potthast 612. n. 7077. Horoy H-i opp. omn. IV. 409. n. 10, qui hunc habet titulum ex Bull. Rom.:* « Archiepiscopis et episcopis et dill. fill. capitulis eorumdem in terra nob. viri Gaufridi de Villa Arduini principis Achaiae citra passum Megarae Corinthiensis constitutis. » — « Sedis apostolice circvmspectio. »

In eundem modum pro nobili viro Octone de Rocca Domino Athenarum salvis tamen compositionibus inter ipsum ac Atheniensem ecclesiam initis tempore quo (Iohannes) Cardinalis sanctae Praxedis legationis fungebatur officio in partibus Romaniae. — *Reg. Vat. l. c.*

4481. — *Signiae 5 Septembris.*
« (Andreae) episcopo sancti Marchi, decano et thesaurario Cusentinis. » Quum inter archimandritam sancti Salvatoris de Lingua Messanensi eiusque monasterium ex parte una, et ecclesiam Messanensem ex altera diu et super diversis articulis causa verteretur, et pars monasterii, dicto procurante archimandrita, contra providentiam super hoc ab Apostolica Sede factam ad saeculare subsidium recurrisset; mandat ut inducant archimandritam et conventum praedictos ad observationem sententiae excommunicationis et suspensionis, quas in eos protulerunt Reginus archiepiscopus et coniudices sui a Papa delegati, ac deinde archiepiscopus Cusentinus et eius collegae et demum Tropeensis episcopus observari mandarunt; quod nisi obtemperaverint, archimandritam ipsum tamquam huius praesumptionis auctorem officio beneficioque privent et a regimine monasterii sui amoveant. Signie Nonis Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 21. fol. 92.* — « Archimandrita sancti Salvatoris. »

4482. — *Signiae 7 Septembris.*
« Nigripontensi episcopo. » Relaxat ei suspensionis sententiam quam incurrerat

eo quod mandatum apostolicum exequi neglexerat reducendi nobilem virum G(aufridum) principem Achaiae in pristinam excommunicationis sententiam, nec servaverat suspensionis sententiam quam ex huiusmodi incurrerat neglectu. Signie VII. Idus Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 20. fol. 92; Mss. Vallicell. I. 53.* — « LICET SVPER EO. »

4483. — *Signiae 8 Septembris.*

« Nobili viro G(aufrido) de Villa Arduini principi Achaie. » Indulget, eum non teneri ad iuramentum praestandum quod infra annum excommunicatos terrae suae compellat ad satisfactionem exhibendam super hiis pro quibus fuerint huiusmodi vinculo innodati, sed per patentes litteras suas promittat Pontifici quod id bona fide studebit effectui mancipare. Signie VI. Idus Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 45. fol. 99; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 13.* — « VT EX EFFECTV. »

4484. — *Signiae 8 Septembris.*

« (Iordano) episcopo et fratri Iordano priori sancti Benedicti Paduanis. » Quum C. notarius Paduanus haeretica pravitate involutus et a potestate et populo Paduanis bannitus, ad Sedem Apostolicam veniens se poenitentem ostenderit, mandat ut, ad eos remissum, faciant ipsum publice omnem pravitatem abiurare, et idonea cautione recepta quod nunquam deviabit a catholicae fidei veritate, faciant circa ipsum prout animae suae saluti viderint expedire. Signie VI. Idus Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 50. fol. 104; Mss. Vallicell. I. 53.* — « QVOD AMORE FIDEI. »

4485. — *Signiae 9 Septembris.*

« (Raimundo) episcopo Petragoricensi. » Eius supplicationibus ac etiam precibus Bigorritani et Convennarum episcoporum attendens, concedit ut, quum propter gravem infirmitatem personaliter suam dioecesim visitare non possit, in suae substentationis solacium, ad quam sui redditus non sufficiunt, moderatas procurationes percipiat, ita tamen ut in nullo generalis statutis concilii derogetur, in quo noscitur contineri, quod procurationes absque manifesta et necessaria causa ab episcopis vel quibuslibet aliis nullatenus exigantur, nisi quando personaliter officium visitationis impendunt. Signie V. Idus Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 26. fol. 95.* — « EX COMPASSIONIS DEBITO. »

4486. — *Signiae 9 Septembris.*

« N. quondam Eracliensi archiepiscopo. » Fructus et proventus ecclesiae Marmorensis, quam Eracliensi dioecesi I(ohannes) tit. sanctae Praxedis presbyter Cardinalis Ap. Sedis Legatus adiunxit, ad eius substentationem concedit, eo quod monitis dicti Cardinalis obediens regimen ecclesiae Eracliensis resignaverat. Dat. ut supra (Signie V. Idus Septembris). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 27. fol. 95; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM MONITIS ET CONSILIIS. »

4487. — *Signiae 9 Septembris.*

« Abbatisse et conventui sancte Marie de Parcheio Constantinopolitanis Cisterciensis ordinis. » Ipsis et patriarcha et imperatore Constantinopolitanis supplicantibus, confirmat eis quod ab abbate Cisterciensi factum est, qui pactiones inter eundem conventum et monasterium sanctae Mariae Magdalenae Acconense (Avonen. *Horoy*) circa visitatorem irritavit, et visitationis et ordinationis officium abbati sancti Angeli Constantinopolis eiusdem ordinis vice sua commisit, quum ipse propter locorum distantiam huic officio impendere annuatim non possit. Signie V. Idus Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 34. fol. 97; Manrique Ann. Cisterc. IV. 495, ubi perperam Gregorio IX. tribuitur; cf. Garampi B. Chiara 367; Pot-*

thast 612. n. 7078; Horoy H-i opp. omn. IV. 417. n. 11. — « Sedes apostolica pia. »

4488. — *Signiae 9 Septembris.*

« Coronensi et Mothonensi episcopis, et P. de Xpo archidiacono Motonensi (*sic*). » Vt, recepto iuramento ab archiepiscopo et canonicis Patracensibus quod nihil aliud a G(aufrido) de Villa Arduini principe Achaiae ac suis repetituri sint nisi quod sciunt ad suam ecclesiam pertinere, et testibus receptis super possessionibus quas ecclesia sua a tempore coronationis Alexii Bambacoratii dinoscitur habuisse, ad utrosque, iuxta concordiam initam cum eodem principe, sua assignent. Signie V. Idus Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 36. fol. 97; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 13.* — « Discretioni vestre presentivm. »

4489. — *Signiae 9 Septembris.*

« Episcopo et magistro Hugoni scriptori nostro canonico Argolicensibus. » Mandat, fructus possessionum ecclesiarum existentium in terra G(aufridi) de Villa Arduini principis Achaiae, quae destructae sunt ac etiam derelictae, de quarum qualitate et quantitate inquisitio praehabita fuit, usque ad viginti annos ipse princeps et sui percipiant. Signie V. Idus Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 38. fol. 98.* — « Cvm pro necessitate. »

4490. — *Signiae 9 Septembris.*

« Magistro Iohanni de Benevento archidiacono Patracensi. » Processum ab archiepiscopo Patracensi in eum intemptatum circa privationem archidiaconatus et possessionum ipsius, irritat, et ad restitutionem subtractorum et fructuum ipsum archiepiscopum condemnat, salvo iure magistri Hugonis scriptoris apostolici quod super eodem archidiaconatu asserit se habere. Signie V. Idus Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 176. fol. 136.* — « Conqverente te nobis. »

4491. — *Signiae 10 Septembris.*

« (Conrado) episcopo Portuensi Apost. Sedis Legato. » Quum is Papae significaverit casum emersisse inopinatum propter quem compelleretur ad reditum festinare, nec casum huiusmodi expresserit, ipsi, qui consilium habuit praelatorum et plenius novit profectum et defectum negotii et circumstantias universas, an adhuc morari vel redire debeat, quid viderit expedire committit. Signie IIII. Idus Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 23. fol. 93; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 40; Bouquet Rec. XIX. 737; Potthast 612. n. 7079; Horoy H-i opp. omn. IV. 418. n. 12.* — « Significasti nobis casvm. »

4492. — *Signiae .... Septembris.*

« (Vitali) archiepiscopo Pisano. » Eum arguit quod Vbaldum in iniquitate potentem et Dei Ecclesiae inimicum permiserit, ne dicat verius, fecerit, in Pisanae civitatis eligi potestatem, quum ei de providendo potestate libera facultas tributa fuisset, et illis potuisset electoribus prohibere ne praedictum eligerent reprobum, vel multos alios in electores potuisset eligere, et cum illis praeterea qui a Bethleemitano episcopo excommunicati fuerant in divinis participaverit. Signie.... Septembris *(deest dies)* anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 24. fol. 93; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 20; Vghelli Ital. sacra III. 428; Potthast 612. n. 7080 (XIX. Kal.-IV. Id. Septembris); Horoy H-i opp. omn. IV. 418. n. 13 (ad diem 11 Sept.).* — « Si ad tribvnal. »

4493. — *Anagniae 13 Septembris.*

« Nobili viro G(aufrido) de Villa Arduini Principi Achaie. » Concedit ei pro defensione imperii ut abbates, monachi et reli-

giosi Graeci abbatiarum in terra sua existentium, quae in praelatorum potestate, usque ad tempus quo mandatum apostolicum emanavit, ad quod resignationem Ravenicae se recepisse dicit, non fuerunt, nec sunt in ecclesiarum fundo fundatae, usque ad viginti annos impendant ei servitia et auxilia quae dominis temporalibus exhibere consueverunt, de decimis et aliis spiritualibus ecclesiis cathedralibus responsuri. Anagnie Idibus Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 30. fol. 96.* — « CVM PRO DEFENSIONE. »

4494. — *Anagniae 13 Septembris.*
« Nicomediensi archiepiscopo. » Mandat ei ut monachos Graecos, qui post obedientiam Apostolicae Sedi promissam abierunt retrorsum, et Graeco qui se vocat patriarcham Nisensem, obedientiam promiserunt, ad servandam Apostolicae Sedi obedientiam per censuram ecclesiasticam, advocato si necesse fuerit brachio saeculari, compellat. Dat. ut supra (Anagnie Idibus Septembris anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 31. fol. 96; Mss. Vallicell. I. 53.* — « TVA FRATERNITAS POSTVLAVIT. »

4495. — *Anagniae 13 Septembris.*
« Archiepiscopis et episcopis in imperio Constantinopolitano citra Macram constitutis. » Vt clericis suis, qui conqueruntur de indebite molestantibus eos super possessionibus in eorum dioecesibus existentibus, iustitiam exhibeant eosque in suo iure foveant. Dat. ut supra (Anagnie Idibus Septembris anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 32. fol. 96; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM SECVNDVM PROPHETAM. »

4496. — *Anagniae 13 Septembris.*
« Sancti Michaelis Bucce leonis, sancte Marie de Bakerna (*al.* Blakerna), et sancti Georgii de Mangano decanis Constantinopolitanis. » Indulget ut clerici Constantinopolitani ex parte Francorum, qui pro communibus ecclesiarum negotiis ad Apostolicam Sedem destinantur, fructus beneficiorum suorum tamquam praesentes percipiant. Anagnie Idibus Septembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 33. fol. 96.* — « EX PARTE VNIVERSITATIS. »

4497. — *Anagniae 13 Septembris.*
« Corinthiensi archiepiscopo, et Amiclensi et Mothonensi episcopis. » Mandat ut pro defensione imperii et statu terrae servando, abbates, monachi et religiosi Graeci abbatiarum quae in terra G. principis Achaiae existunt nec in praelatorum potestate, ad tempus quo mandatum apostolicum emanavit, ad quod idem princeps resignationem Ravenicae recepit, non fuerunt nec sunt in ecclesiarum fundo fundatae, eidem principi servitia et auxilia, quae consueverunt dominis temporalibus exhibere, per viginti annos exhibeant. Anagnie Idibus Septembris anno octavo.— *Reg. Vat. lib. 8. epist. 37. fol. 98.* — « CVM PRO DEFENSIONE. »

4498. — *Anagniae 14 Septembris.*
« R. archidiacono Fernensi. » Ipsi supplicanti, qui de soluto et soluta genitus est, gratiam dispensationis pro defectu natalium concedit, ita ut ad ecclesiasticos actus admitti possit, exclusa tamen episcopali dignitate, ad quam sine speciali Sedis Apostolicae licentia adscendere nequeat. Anagnie XVIII. Kal. Octobris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 39. fol. 98.* — « QVIA NON IN SEMINIBVS. »

4499. — *Anagniae 15 Septembris.*
« (Conrado) Portuensi episcopo Apostolice Sedis Legato. » Quoad reformationem monasterii Besvensis Nigrorum, quam ipse Apost. Sedis Legatus per Lugdunensem provinciam transitum faciendo commiserat primum Clarevallensi et Fontineti Cisterciensis ordinis nec non de Bellavilla abbatibus, et deinde Lingonensi episcopo loci dioecesano,

habito etiam consilio cum Cluniacensi, Trinorcensi et aliis vicinis abbatibus, mandat ut in primis monachos eiectos a dicto monasterio in aliis sui ordinis studeat collocare, ne in saeculo evagentur, deinde de qualitate et quantitate possessionum et reddituum inquisitione praehabita, inventa redigi faciat in authenticis monumentis, quibus omnibus rite peractis, in ordinatione praescripta procedat. Anagnie XVII. Kal. Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 48. fol. 103.* — « Ex litterarvm tenore. »

4500. — *Anagniae 16 Septembris.*
« Archiepiscopo Corinthiensi, et Mothonensi, et Coronensi episcopis. » Mandat ut post initam concordiam inter G(aufridum) principem Achayae sive P. de Altomagno militem procuratorem eius ex una parte, et archiepiscopos, episcopos et clericos ex altera, super damnis illatis et fructibus perceptis a tempore quo idem nobilis princeps a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis tunc Apost. Sedis Legato excommunicatus fuit, et super iniuriis et damnis illatis a tempore quo mandatum Apostolicum emanavit, sententiam interdicti in eius terra relaxent, et formam concordiae refert. Anagnie XVI. Kal. Octobris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 35. fol. 97; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 13.* — « Fraternitati vestre per. »

4501. — *Anagniae 16 Septembris.*
« Eidem (nobili viro G. de Villa Arduini Principi Achaie). » Eius personam cum uxore, filiis, terra et omnibus suis bonis sub protectione beati Petri recipit. Anagnie XVI. Kal. Octobris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 42. fol. 99; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 13.* — « Sacrosancta romana ecclesia. »

4502. — *Anagniae 18 Septembris.*
« Archiepiscopo et capitulo Atheniensibus. » Quum dioecesis Nigripontensis, ex eo quod I(ohannes) tit. sanctae Praxedis tunc Ap. Sedis Legatus Abilonensem, Oriensem et Caristensem ecclesias eidem adiunxit, valde excreverit, subtrahit ab ea plura loca quae dioecesi Atheniensi adiungit. Anagnie XIIII. Kal. Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 49. fol. 104.* — « Officii nostri proseqvimvr. »

4503. — *Anagniae 19 Septembris.*
« Eidem (nobili viro G. de Villa Arduini principi Achaie). » De voluntate praelatorum terrae suae, ipsi et suis concedit, nobili viro O(ctone) de Rocca domino Athenarum cum suis deducto, ne teneatur restituere fructus de bonis ecclesiasticis ab ipsis occupatis, illis dumtaxat exceptis, qui ab eo percepti fuerunt tempore quo per I(ohannem) tit. sanctae Praxedis presbyterum Cardinalem tunc Ap. Sed. Legatum excommunicationis sententia innodatus extitit. Anagnie XIII. Kal. Octobris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. ep. 43. fol. 99; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 13.* — « Sedes apostolica pia. »

4504. — *Anagniae 19 Septembris.*
« Eidem. » Iurata pace inter ipsum et praelatos terrae suae, et a Sede Apostolica confirmata, permittit, ut cum exercitu suo sacra audire possit si nondum sententia interdicti relaxata fuerit. Dat. ut supra (Anagnie XIII. Kal. Octobris anno septimo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 43a. fol. 99; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 13.* — « Devotioni tve presentivm. »
In eundem modum scriptum est nobili viro O(ctoni) de Roccha domino Athenarum. — *Reg. Vat. l. c.*

4505. — *Anagniae 19 Septembris.*
« Lacedemoniensi episcopo. » Commendat ei episcopatum Helenensem, qui ob eius paupertatem Latinorum tempore nunquam ordinatus fuit, ita ut possessiones et

iura eiusdem episcopatus, iuxta formam pacis inter G(aufridum) principem Achaiae ac praelatos terrae suae initae, requirere, recuperare et fideliter conservare studeat. Dat. ut supra (Anagnie XIII. Kal. Octobris anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 44. fol. 99.* — « CVM PAVPER EPISCOPATVS. »

4506. — *Anagniae 19 Septembris.*

« Corinthiensi archiepiscopo, et Coronensi et Mothonensi episcopis. » Mandat ut, si super restitutione possessionum ecclesiae Patracensis aliqua dubitatio exorta fuerit, quae non possit in ipsis partibus terminari, ipsi circa negotii veritatem, inspectis instrumentis et testibus auditis, rem ad Apostolicam Sedem remittant. Anagnie XIII. Kal. Octobris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 45 a. fol. 99-100.* — « FRATERNITATI VESTRE PRESENTIVM. »

4507. — *Anagniae 19 Septembris.*

« Nobili viro O(ctoni) de Rocca domino Athenarum. » De voluntate praelatorum terrae suae, Argolicensis ecclesiae praelatis exceptis, indulget ut retinere possit fructus ecclesiarum ab eo occupatos, illis dumtaxat exceptis qui percepti fuerunt tempore quo a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis tunc Apost. Sed. Legato excommunicationis sententia innodatus extitit. Anagnie XIII. Kal. Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 46. fol. 100; Mss. Vallicell. I. 53.* — « SEDES APOSTOLICA PIA. »

4508. — *Anagniae 21 Septembris.*

« Patriarche Constantinopolitano, Panedensi et Archadiopolensi episcopis. » Mandat ut N. quondam Eracliensi archiepiscopo, qui in manibus I(ohannis) tit. sanctae Praxedis tunc Ap. Sed. Legati regimen archiepiscopatus resignavit, assignari faciant fructus et proventus ecclesiae Marmorensis, quam Eracliensi dioecesi praedictus Cardinalis Legatus univit, non obstante divisione si qua forsan inter archiepiscopum et capitulum Eraclienses super eisdem fructibus et proventibus intervenerit. Anagnie XI. Kalend. Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 28. fol. 95.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

4509. — *Anagniae 25 Septembris.*

« Archiepiscopo Atheniensi. » Vt iis in terra O(ctonis) de Rocca domini Athenarum, qui a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis presbytero Cardinali tunc Ap. Sedis Legato pro ecclesiarum iuribus excommunicati fuerunt, beneficium absolutionis impendat, dummodo expensas quas ipsi facturi essent in via ad Apostolicam Sedem veniendi, expendant in munitionem castri de Sola. Anagnie VII. Kal. Octobris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 29. fol. 96.* — « CVM PLVRES IN TERRA. »

4510. — *Anagniae 26 Septembris.*

« Abbati et conventui sancti Vedasti Attrebatensibus. » Inhibet ne quis in villam eorum de Aspra in Hannoniensi comitatu sitam vel in eius homines ob culpam comitis Hannoniensis advocati eiusdem villae excommunicationis vel interdicti sententias audeat promulgare, dummodo ipsi vel homines nominati causam non dederint sententiis antedictis. Anagnie VI. Kal. Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 241. fol. 150.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

4511. — *Anagniae 27 Septembris.*

« Abbati sancti Agerici, priori sancti Vitoni, et P. sancti Supplicii canonico Virdunensibus. » Quum R. de Porta praepositus ecclesiae sanctae Mariae Magdalenae Virdunensis obtinuerit ex mandato Pontificis unum ex duobus archidiaconatibus quos Th. primicerius Virdunensis obtinebat, mandat ut dictus praepositus ab imputatione Riccardi eiusdem ecclesiae canonici absolvatur. Anagnie V. Kal. Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 51. fol. 105.* — « EXHIBITA NOBIS DILECTI. »

4512. — *Anagniae 2 Octobris.*

Compositionem inter priorem et fratres Carthusienses ex parte una et conventum monasterii de Iugo Dei ex altera super domo Montis Merulae intercedente R(ainaldo) Lugdunensi archiepiscopo initam, et cuius tenorem de verbo ad verbum refert, confirmat. Anagniae VI. Non. Oct. anno octavo. — *Guichenon Hist. de Bresse, preuv. 121; Potthast 612. n. 7081; Horoy H-i opp. omn. IV. 422. n. 14.* — « EA QVAE IVDICIO. »

4513. — *Anagniae 4 Octobris*

« Potestati et populo Perusinis. » Pacem, mandata et ordinationes quas I(ohannes) tit. sanctae Praxedis presbyter Cardinalis iussu Apostolicae Sedis inter milites et sequaces eorum ex parte una, et populares Perusinos et adiutores eorum ex parte altera statuerat, confirmat: refertur ad verbum tenor praedictae concordiae, in qua habentur litterae Innocentii (III) super aliis conventionibus inter dictos milites et populum a S(tephano) basilicae duodecim Apostolorum presbytero Cardinali camerario et a B(obone) Oddonis Bobonis Romanorum consule et Perusii potestate ordinatis, et etiam aliae litterae Honorii (III) dat. Later. VIII. Kal. Martii anno secundo exhibentur. Anagnie IIII. Non. Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 52. fol. 105; Mss. Vallicell. I. 53; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 76. n. 127; Potthast 612. n. 7082; Horoy H-i opp. omn. IV. 424. n. 15. (III. Non. Oct.).* — « EA QVE AVCTORITATE. »

4514. — *Anagniae 4 Octobris.*

« Nigripontensi, et Thebano decanis, et cantori Thebano. » Mandat ut a syndicis vel procuratoribus patriarchae, capituli et universitatis ecclesiarum Francigenarum Constantinopolis et ab aliis per ordinationem I(ohannis) tit. sanctae Praxedis presbyteri Cardinalis quondam Apost. Sedis Legati, iuramentum recipiant, quod nulla alia ab (Octone) domino Athenarum ac suis repetent, nisi quae ad Constantinopolitanas ecclesias pertinent, atque instrumentis et testibus ex utraque parte examinatis, unicuique suum reddatur. Anagnie IIII. Non. Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 67. fol. 111-112; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1222. n. 13* — « DISCRETIONI VESTRE PRESENTIVM. »

4515. — *Anagniae 5 Octobris.*

« Treverensi archiepiscopo. » Vt Riccardo canonico Virdunensi, cui Pontifex concessit unum de duobus archidiaconatibus quos contra canonicas sanctiones obtinebat T. quondam primicerius ecclesiae Virdunensis, quorum unus praepositurae sanctae Mariae Magdalenae civitatis eiusdem quae dari debet dumtaxat secundum eiusdem ecclesiae consuetudinem canonico Virdunensi, alterum vero eidem primiceriatui est annexus in ecclesia Virdunensi, cuius Apostolicae provisionis I. Tullensis et I. Virdunensis archidiaconi et R. de Porta canonicus Virdunensis executores deputati fuerant, quum mandatum apostolicum exequi non potuisset, archidiaconatum aliquem vel praeposituram aut aliam consimilem dignitatem in provincia Treverensi provideat. Anagnie III. Non. Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 55. fol. 109.* — « CONSTITVTVS IN PRESENTIA. »

4516. — *Anagniae 5 Octobris.*

« Presbyteris fratribus Militiensis (*in marg.* Militie) Templi in Anglia. » Permittit eis ut audiant confessiones eorum fratrum de peccatis quae ante habitum religionis assumptum se recolunt commisisse, eisque poenitentiam iniungant, exceptis casibus ad Sedem Apostolicam reservatis. Anagnie III. Non. Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 60. fol. 110; Musaeum Britann. Add. Mss. 15352.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

4517. — *Anagniae 5 Octobris.*
« (Stephano) archiepiscopo Cantuariensi sancte Romane Ecclesie Cardinali, et suffraganeis eius. » Sententiam excommunicationis ab ipsis promulgatam in nobilem virum Lewelinum dictum principem Norwalliae et fautores suos ob rebellionis crimen in I(ohannem) quondam regem Angliae et Henricum nunc regem, in quo non obstante iuramentis praestitis G(ualae) tit. sancti Martini presbytero Cardinali et Pandulfo Norwicensi electo olim Apostolicae Sedis Legatis pluries fuit praevaricatum, mandat ut solemniter per omnes ecclesias publicent, eorumque terras arctissimo interdicto supponant. Anagnie III. Non. Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. ep. 66. fol. 111; Mas. Britann. Add. mss. 15352.* « FREQVENS SICVT INTELLEXIMVS. »

4518. — *Anagniae 5 Octobris.*
(Waltero) archiepiscopo Eboracensi et suffraganeis eius mandat, ut sententias excommunicationis, quibus nobilis vir Lewellinus dictus princeps Norwalliae et fautores eius per Stephanum Cantuariensem archiepiscopum S. R. E. cardinalem metropolitanum loci et suffraganeos eius nuntiati sint subiacere, per omnes cathedrales et alias civitatum et diocesum suarum ecclesias pulsatis campanis et accensis candelis etc. innovent et terras ipsorum interdicto arctissimo concludant. Anagniae III. Non. Oct. anno octavo. — *Rymer Foedera I. I. 96; Potthast 612. n. 7083; Horoy H-i opp. omn. IV. 434. n. 16.* — « FREQVENS SICVT INTELLEXIMVS. »

4519. — *Anagniae 6 Octobris.*
« Fratri Amato heremite sancti Cataldi de montibus Patricanis. » Suscipit in ius et proprietatem beati Petri ecclesiam sancti Cataldi de montibus Patricanis, in qua heremiticam ducit vitam, eamque, quousque ipse vixerit, eximit ab omni exactione et iure cuiuscumque personae, ita tamen quod post eius mortem archipresbytero sancti Petri de Patrica unam libram cerae sui successores annuatim persolvant. Anagnie II. Non. Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 53. fol. 108; Mss. Vall. I. 53.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

4520. — *Anagniae 6 Octobris.*
« Magistro et fratribus Militie Templi in Francia. » Ipsis supplicantibus, mandat ne abbates, priores et monachi Cistercienses et alii religiosi attemptent contra terras, possessiones et redditus ad eorum dominium pertinentes, nec ab eorum hominibus comparare et appropriare, ipsis invitis, aliquid de dictis possessionibus audeant. Anagnie II. Non. Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 57. fol. 109; Horoy H-i opp. omn. IV. 437. n. 18. ex mss. du Theil.* — « CVM SICVT EX PARTE. »

In eundem modum scriptum est Magistro et fratribus Militie Templi in Anglia. — *Reg. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

4521. — *Anagniae 6 Octobris.*
« Abbati et clericis sancti Erasmi Verulanis. » Vt episcopo Verulano humiliter intendant eique tamquam dioecesano eorum obedientiam et reverentiam exhibeant, et ipse abbas, feuda, quae post inhibitionem ipsius episcopi concessit, infra quindecim dies revocare procuret, alioquin episcopo praedicto per litteras iniunget ut super hoc indemnitati eorum ecclesiae provideat. Anagnie II. Non. Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 58. fol. 109.* — « CVM NON HABEATIS. »

4522. — *Anagniae 6 Octobris.*
« Decano sancti Severini, et sancti Andree, et sancti Severini cantoribus Burdegalensibus. » Reclamante Henrico rege Angliae de aliquibus clericis, qui in Rupella et aliis villis ipsius per comitatum Pictaviae in sacris ordinibus constituti uxores ducunt, negotiationes exercent saeculares et a debitis servitiis ipsi regi praestandis se

subtrahunt, mandat ut a talibus clericis iura ipsi regi debita reddi faciant. Anagnie II. Non. Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 63. fol. 110; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britan. Add. mss. 15352; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 47.* — « CARISSIMVS IN CHRISTO. »

4523. — *Anagniae 6 Octobris.*

Abbati de Creminsmunster, S. Nicolai et de domo S. Floriani praepositis Pataviens. dioc. mandat, ut in causa excommunicationis, quam abbas de Walrebach eiusque collegae ad instantiam (Ludovici) ducis Bavariae contra abbatem conventumque monasterii Priviningensis tulerant post appellationem interpositam, iuxta priorum litterarum continentiam procedant. Anagniae II. Non. Oct. anno octavo. — *Mon. Boica XIII. 201; Potthast 612. n. 7084; Horoy H-i opp. omn. IV. 436. n. 17.* — « SVA NOBIS ABBAS. »

4524. — *Anagniae 7 Octobris.*

« (Thomae) archiepiscopo Strigoniensi. » Si evidens necessitas vel utilitas ecclesiae Strigoniensis exigat, concedit ut praebendas quae tenues sunt equaliter et exiles, de capellis imperpetuum annectendis eisdem, valeat, sicut discretione praevia expedire viderit, augmentare. Anagnie Nonis Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 54. fol. 109; Fejér Cod. dipl. III. I. 419; Theiner Mon. Hung. I. 42. n. 86; Potthast 612. n. 7085; Horoy H-i opp. omn. IV. 438. n. 19.* — « EX PARTE TVA. »

4525. — *Anagniae 7 Octobris.*

« Rectori sancti Iohannis de Piperno. » Statutum Terracinensis episcopi loci dioecesani confirmat, qui possessiones ecclesiae suae secundum consuetudinem hactenus observatam ad mensam communem reduxit, et mandat ut in manibus ipsius rectoris praedictae possessiones teneantur donec ipsius episcopi super hoc desiderium impleatur. Anagnie Nonis Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 56. fol. 109.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4526. — *Anagniae 7 Octobris.*

« (Conrado) Ildesemensi et (Conrado) Mindensi episcopis. » Quum monasterium Helwardeshuoñ ad Sedem Apostolicam nullo mediante pertineat, a qua ei indultum est ut abbas et conventus ipsius a quocumque catholico episcopo maluerint, chrisma, oleum sanctum, ordinationes monachorum seu clericorum, consecrationes altarium seu basilicarum et alia recipiant sacramenta, mandat iis ut, si ab ipsis requisiti fuerint, praedicta eisdem impendant. Anagnie Nonis Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 59. fol. 109; Wenck Hessische Landesgeschichte II. UB. 143. n. 104; Potthast append. 2093. n. 7085a-26103. (23 Sept.-9 Oct.); Horoy H-i opp. omn. IV. 439. n. 20.* — « SICVT INTELLEXIMVS MONASTERIVM. »

4527. — *Anagniae 7 Octobris.*

« Capitulo Nigripontensi. » Ipsis supplicantibus, indulget ne ullum ultra denarium canonicorum numerum, infra quem Cleopan et Henricum quos restituit comprehendit, ad recipiendum compellantur, nisi forsan eorum facultates ita creverint quod idem numerus augeri possit. Anagnie Nonis Octobris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 64. fol. 110.* — « CVM SICVT ECCLESIA. »

4528. — *Anagniae 9 Octobris.*

« C. Atheniensi archiepiscopo. » Ipsi supplicanti concedit ut piratas, qui Capellecti vulgariter nuncupantur, cupientes ad ecclesiae redire mandatum, absolvere, eisque poenitentiam iniungere possit. Anagnie VII. Idus Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 61. fol. 110; Mss. Vall. I. 53.* — « QVI IVXTA OFFICII. »

4529. — *Anagniae 9 Octobris.*

« Eidem. » Davaliensem, Fermopilensem et Carminiensem ecclesias ipsi metropo-

litico iure subiectas, quas I(ohannes) tit. sanctae Praxedis olim Apost. Sedis Legatus in partibus Romaniae Larisseno archiepiscopo, qui tunc a sua ecclesia exulabat, commendaverat, quum ipse archiepiscopus ad suam ecclesiam secure redire poterit, ei restitui concedit. Dat. ut supra (Anagnie VII. Idus Octubris anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 62. fol. 110.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

4530. — *Anagniae 9 Octobris.*
« (Guilielmo) Wigorniensi episcopo. » Vt fratribus Militiae Templi permittat in eorum ecclesia de Gutinges Wigorniensis dioecesis curam animarum habente per fratres suos presbyteros deservire, episcopi et ministrorum eius in omnibus iure salvo. Anagnie VII. Idus Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 65. fol. 110-111; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « DILECTORVM FILIORVM FRATRVM. »

4531. — *Anagniae 12 Octobris.*
Venerabili fratri Alberto episcopo Anagnino. Vt provideat contra decimarum detentores et fraudatores. Anagniae IV. Idus Oct. anno octavo. — *Arch. Capit. Anag. Armad. I. fasc. I. n. 58. Origin.* — « SI OMNIA TIBI. »

4532. — *Anagniae 13 Octobris.*
« Episcopo Pactensi. » Defuncto archimandrita monasterii sancti Salvatoris de Lingua Messanensi, quum eius monachi excommunicationi subiaceant ex eo quod provisionem Apostolicam inter archiepiscopum Messanensem et ipsos contempserunt, nec possint ad electionem procedere, mandat ut illuc accedat eosque absolvat, data eis licentia eligendi et tam ipsos quam archiepiscopum moneat ut praedictam Apostolicae Sedis provisionem observent. Anagnie III. Idus Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 68. fol. 112.* — « CVM MONACHI SANCTI SALVATORIS. »

4533. — *Anagniae 13 Octobris.*
« Magistro Arnaldo priori hospitalis sancti Iacobi Burdegalensis. » Quum ipse et sui fratres pauperum et infirmorum obsequiis iugiter insistant sub certa regula ab I(nnocentio) PP. eis data, inhibet ne decanus et capitulum Burdegalenses in ipsos et eorum hospitale aliam quam in omnes alias eiusdem civitatis collegiatas et conventuales personas ordinariam iurisdictionem exerceant. Anagnie III. Idus Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 74. fol. 114; Mss. Vall. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 439. n. 21 ex mss. du Theil.* — « HII QVI PIETATIS. »

4534. — *Anagniae 13 Octobris.*
« (Guilielmo) Burdegalensi archiepiscopo. » Commendat ei magistrum Arnaldum priorem et fratres hospitalis sancti Iacobi Burdegalensis, qui pauperum et infirmorum obsequiis sub certa regula ab I(nnocentio) Papa eis data iugiter intendunt, nec permittat decanum et capitulum Burdegalenses in eos et eorum hospitale aliam quam in omnes alias civitatis Burdegalensis collegiatas et conventuales personas iurisdictionem ordinariam exercere. Dat. ut supra (Anagnie III. Idus Octubris anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 75. fol. 114; Mss. Vall. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 440. n. 22.* — « HII QVI PIETATIS. »

4535. — *Anagniae 14 Octobris.*
« F(riderico) illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie. » Declarat nihil ei esse derogatum ob provisionem Apostolicae Sedis inter ecclesiam Messanensem et monasterium sancti Salvatoris de Lingua Messanensi, pro quo regias litteras Pontifici scripsit, quum dictum monasterium privilegium exemptionis a sede episcopali non ostenderit, quamquam Alexander PP. et rex Rogerius quaedam capitula citra exemptionem eidem monasterio

concesserint quae ab ipso (Honorio III) fuerunt renovata. Anagnie II. Idus Octubris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 69. fol. 112; Mss. Vall. I. 53; meminerunt huius bullae Bzovius Ann. Eccl. 1224. § 2, et Pirrus Sicilia sacra I. 403 (uterque omittit temporis notam); Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 398; cf. Potthast 612. n. 7086; Rodenberg Epist. Select. 164. n. 236.* — « SERENITATIS TVE LITTERIS. »

4536. — *Laterani 19 Octobris.*
« Prelatis et capitulis universitatis Francigenarum Constantinopolitanis. » Declarat se ratam habere quamdam constitutionem a (Pelagio) Albanensi episcopo tunc in illis partibus Apost. Sedis Legato factam et a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis dum ibidem legationis fungebatur officio innovatam, super legatis defunctorum et quibusdam quae ipsis et ecclesiis ipsorum legantur a decedentibus, inhibens ne de hiis legatis patriarcha Constantinopolitanus tertiam indebite exigat portionem, nec in praedictis aliquid fraudetur in praeiudicium cathedralis ecclesiae. Laterani XIIII. Kal. Novembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. ep. 73. fol. 114; Decret. H-i III. lib. 5 tit. 19.* De verborum significatione *c. 4. ed. Cironius 317; Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 40.* De verb. signif. *c. 32. ap. Boehmer Corp. II. 878 (ad ann. 1223); apud Richter II. 889; Potthast 677. n. 7860 (absque nota chronologica); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. tit. XLI. c. 31.* — « EX PARTE VESTRA. »

4537. — *Laterani 23 Octobris.*
« Decano et capitulo Matisconensibus. » Ordinationem eorum ecclesiae super servitio maiori altari praestando, super canonicorum residentia et aliis articulis factam per Lugdunensem archiepiscopum loci metropolitanum, auctoritate (Conradi) Portuensis episcopi Apost. Sedis Legati et consilio Matisconensis et Cabilonensis episcoporum confirmat. Laterani X. Kal. Novembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 70. fol. 113; Horoy H-i opp. omn. IV. 441. n. 23. ex mss. du Theil.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

4538. — *Laterani 23 Octobris.*
« Abbati et conventui sancti Dionisii Parisiensis diocesis. » Si priores vel alii monachi in eorum domibus exterioribus existentes mutuum sine eorum maioris vel sanioris partis assensu contraxerint, ipsi creditoribus respondere non teneantur. Laterani X. Kal. Novembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 76. fol. 114; Doublet Hist. de l'Abb. de St. Denis 556; Potthast 613. n. 7088; Horoy H-i opp. omn. IV. 442. n. 25.* — « QVIA MELIVS EST. »

4539. — *Laterani 23 Octobris.*
Abbatem et conventum de Esrom cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem possessiones de Husbii, de Haerluffe et de Wethleue ac alia bona eis confirmat. Laterani X. Kal. Nov. anno octavo. — *Thorkelin dipl. Arna-Magn. I. 99; Potthast 612. n. 7087; Horoy H-i opp. omn. IV. 442. n. 24.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

4540. — *Laterani 24 Octobris.*
« Episcopo Salimbriensi, abbati sancti Angeli Cisterciensis ordinis, et priori sancte Marie de Bethleem Constantinopolitanis. » Si patriarcha Constantinopolitanus constitutioni super legatis a decedentibus factis pro ecclesiis, quam (Pelagius) Albanensis episcopus tunc in illis partibus Apost. Sedis Legatus edidit ac deinde I(ohannes) tit. sanctae Praxedis presbyter Cardinalis dum pariter ibidem legationis officio fungebatur, innovavit, tertiam indebite portionem a praelatis et capitulis exigens, contraire praesumpserit, ipsius huiusmodi praesumptionem compescant. Lat. VIIII. Kal. Novembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8.*

epist. 71. fol. 113. — « Ex PARTE DILECTORVM. »

4541. — *Laterani 24 Octobris.*

« Archiepiscopo Eracliensi, Maditensi et Salimbriensi episcopis. » Si patriarcha et capitulum Constantinopolitani contraire praesumpserint compositioni, mediante I(ohanne) tit. sanctae Praxedis Apost. Sedis Legato, initae inter ecclesias et barones de resignanda ecclesiis possessionum acquisitarum ultra Machram in parte Francorum undecima portione, eos, monitione praemissa, districtione qua convenit, mediante iustitia compescant. Dat. ut supra (Lat. VIIII. Kal. Nov. anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 72. fol. 113.* — « Ex PARTE VNIVERSITATIS. »

4542. — *Laterani 25 Octobris.*

« Karissimo in Xpo filio Lodowico regi Francorum illustri. » Condolet de morte Philippi regis Francorum patris sui († d. 14 Iulii a. 1223), eumque ad virtutem hortatur; super negotio autem nobilis viri Theobaldi de Vlliaco et consanguineorum eius, de quo idem rex ad Papam scripserat, consideratione ipsius secundum quod honeste potuit, super hoc providere studuit, sicut litterae Pontificis ad Parisiensem episcopum et ad alios destinatae declarabunt. Laterani VIII. Kal. Novembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 77. fol. 114; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 36-37; Bouquet Rec. XIX. 737; Potthast 613. n. 7089; Horoy H-i opp. omn. IV. 443. n. 26; Rodenberg Epist. Select. 165. n. 237.* — « INEFFABILIS PROVIDENTIE DIVINE. »

4543. — *Laterani 26 Octobris.*

« Patriarche, decano et capitulo Constantinopolitanis. » Vt praebendam, quam in eorum ecclesia obtinebat magister Clemens canonicus nuper apud Sedem Apostolicam vita functus, conferant Marcellino archidiacono Anconitano clerico P(elagii) Albanensis episcopi, viro utique litterato et provido, alioquin dat litteris in mandatis episcopo Salimbriensi et sancti Petri Pisanorum et sanctae Mariae Bethleemitanae prioribus Constantinopolitanis ut id exequantur. Laterani VII. Kal. Novembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 160. fol. 134.* — « ORDINATA CARITAS QVASI. »

4544. — *Laterani 27 Octobris.*

« Episcopo Gurcensi. » Quoad vicesimam pro subsidio Terrae Sanctae a praedecessore suo non solutam, quam ipse in eius locum assumptus ipsam coadunavit statuto termino persolvendam, mandat ut sine dilatione scribat de quantitate ipsius, et eam ad beneplacitum Sedis Apostolicae conservet. Lat. VI. Kal. Novembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 78. fol. 115.* — « Ex PARTE TVA. »

4545. *Laterani 27 Octobris.*

Abbatem et conventum de Sora Cisterc. ord. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit eorumque possessiones confirmat. Laterani VI. Kal. Nov. anno octavo. — *Thorkelin dipl. Arna-Magn. I. 99; Potthast 613. n. 7090; Horoy H-i opp. omn. IV. 444. n. 28.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

4546. — *Laterani 28 Octobris.*

Abbati et conventui sanctae Mariae de Victoria. Eos sub beati Petri et sua protectione suscipit, ac omnia bona et redditus eiusdem monasterii, a cl. mem. Philippo rege Francorum, eius fundatore, nec non ab aliis personis collata, ipsis confirmat. Laterani V. Kal. Nov. anno octavo. — *Bibl. Nat. Paris. f. Moreau mss. lat. t. CXXXII; Horoy H-i opp. omn. IV. 445. n. 28.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

4547. — *Laterani 30 Octobris.*

« (Mariano) Calaritano archiepiscopo. » Relaxat ei interdictum consecrandi primum et secundum episcopos Sulcienses, quo eum

punivit quia Sulciensem episcopum contra prohibitionem B. subdiaconi et capellani Papae Apost. Sedis Legati temere consecraverat. Laterani III. Kal. Nov. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 79. fol. 115.* — « LENTI AD PENAM. »

4548. — *Laterani 30 Octobris.*

Abbati S. Vincentii Mediolanensis et priori S. Petri de Laude Veteri Laudens. dioc. causam inter abbatem conventumque s. Abundii Cumani et archipresbyterum clericosque s. Martini in Olza Placentin. dioc. super ecclesia s. Abundii de Bocarda committit. Laterani III. Kal. Nov. anno octavo. — *Tatti Annali di Como II. 931; Potthast 613. n. 7091; Horoy H-i opp. omn. IV. 446. n. 29.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

4549. — *Laterani 31 Octobris.*

« Nobili viro Henrico comiti de Zwerin. » Eum graviter arguit quod (Waldemarum) illustrem regem Datiae dominum suum, posthabito fidelitatis iuramento, et multorum beneficiorum immemor, quae ab eo receperat, vulneravit, eumque captum extra regnum abducens suum una cum eius filio detinere praesumit, quod etiam in iniuriam cedit Romanae Ecclesiae, ad quam ipsum regnum specialiter pertinet: mandat ut infra mensem eos libertati restituat, alioquin sciat se mandavisse archiepiscopo Coloniensi ut eum et fautores eius excommunicet et dioecesim in qua dictus rex detinetur et locum ubi ipse comes extiterit interdicatur. Laterani II. Kal. Nov. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 83. fol. 117; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 29; Skand. Litterat. Selsk. Skrifter. XXI. 89; Meklenb. UB. I. 278. n. 292; Potthast 613. n. 7092; Horoy H-i opp. omn. IV. 446. n. 30.* — « GRANDEM ET GRAVEM. »

4550. — *Laterani 1 Novembris.*

« (Engelberto) Coloniensi archiepiscopo. » Eum laudat quod ad liberationem (Waldemari) regis Datiae eiusque filii intendat, qui, quum in quandam insulam ipsius regni aestivo tempore ob aeris clementioris temperiem cum sua familia secessisset, nocturno tempore invasus et captus fuit ab Henrico comite de Zwerin, eique mandat ut comitem ipsum ex parte Pontificis moneat, ut infra mensem praefatum regem et filium libertati restituat, et, nisi paruerit, in eum et eius fautores sententiam excommunicationis promulget, eiusque subditos a iuramento fidelitatis absolvat. Laterani Kal. Novembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 82. fol. 115; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1223. nn. 24-27; cf. Suhm Hist. af Danmark IX. 448. et 757; Gruber Orig. Livon. 263; Meklenb. UB. I. 280. n. 293; Dahlmann Gesch. v. Dänemark I. 380. nota 1; Potthast 613. n. 7093; Horoy H-i opp. omn. IV. 448. n. 31: Rodenberg Epist. Select. 166. n. 238.* — « IMMANITAS DETESTANDI FACINORIS. »

4551. — *Laterani 2 Novembris.*

« (Bertoldo) episcopo Lubicensi. » In eundem modum scribitur ut in superiori epistola pro liberatione regis Daciae, ut nisi dictus comes (de Zwerin) infra mensem post susceptionem litterarum quas super hoc ei dirigit ipsum regem et filium libertati restituerit, comitem eundem eiusque fautores excommunicatos nuntiet. Laterani IIII. Non. Novembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 82. fol. 116;* pars ultima ap. *Suhm l. c. IX. 757; Meklenb. UB. I. 282. n. 295; Potthast 613. n. 7095; Horoy H-i opp. omn. IV. 451. n. 33; cf. Rodenberg l. c.* — « IMMANITAS DETESTANDI FACINORIS. »

4552. — *Laterani 2 Novembris.*

« Fr(iderico) illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie. » In eundem modum scribitur ut in sup. ep. pro liberatione regis Datiae eiusque filii, eum exhortans ut super hoc imperialia scripta

ita expressa et efficacia dirigat ut eorum liberatio non possit diutius protelari. Dat. ut supra (Laterani IIII. Non. Novembris anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 82. fol. 116; nonnisi pars ultima ap. Suhm l. c; Meklenb. UB. l. c. n. 294; Potthast 613. n. 7094 (1 Nov.); Horoy H-i opp. omn. IV. 450. n. 32 (1 Nov.); cf. Rodenberg l. c.* — « IMMANITAS DETESTANDI FACINORIS. »

4553. — *Laterani 2 Novembris.*
« Decano et capitulo sancti Martini Guarmaciensis. » Annuum sexdecim librarum Warmaciensis monetae redditum eorum ecclesiae a clar. memor. H(enrico) imperatore in recompensationem cuiusdam Thelonei, quod ab eis acceperat, assignatum, et ecclesiam de Sepeijae (*Potth.* Speiie) a quondam B(urckardo) Warmatiensi episcopo ipsis concessam confirmat. Laterani IIII. Non. Novembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 80. fol. 115; Schannat Hist. episcop. Wormat. II. 105; Mittelrheinisches UB. III. 177. n. 211; Potthast. 613. n. 7097. et append. 2093; Horoy H-i opp. omn. IV. 452. n. 35.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4554. — *Laterani 2 Novembris.*
« Civibus Lubicensibus. » Hortatur eos ut in fidelitate (Waldemari) regis Datiae eorum domini persistant, qui cum eius filio captus per Henrici comitis de Zwerin perfidiam tenetur, ad quorum liberationem studiose Pontifex intendit. Dat. ut supra (Laterani IIII. Non. Novembris anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 81. fol. 115; Suhm Hist. af Danmark IX. 758; Cod. Dipl. Lubec. II. I. 4. n. 7; Meklenb. UB. I. 282. n. 296; Potthast 613. n. 7096; Horoy H-i opp. omn. IV. 452. n. 34.* — « SICVT VASA FIGVLI. »

4555. — *Laterani 4 Novembris.*
« (Ottoni) episcopo Verdensi. » Mandat ut ad liberationem intendat (Waldemari) regis Datiae eiusque filii, qui in sua dioecesi dicuntur detineri; et nisi comes de Zwerin eos infra mensem liberaverit, ipse eum eiusque fautores excommunicet et omnia ecclesiastica sacramenta omnino in sua dioecesi interdicat et cessari faciat, etc., ut in alia ad Coloniensem archiepiscopum epistola data die 1 Novembris. Laterani II. Non. Novembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 82. fol. 117; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 26; nonnisi pars ultima ap. Suhm l. c. 758; rep. Meklenb. UB. I. 284. n. 297; Potthast 613. n. 7098 (fragm.); Horoy H-i opp. omn. IV. 454. n. 37 (fragm.); cf. Rodenberg Ep. Sel. 168. in n. 238.* — « IMMANITAS DETESTANDI FACINORIS. »

4556. — *Laterani 4 Novembris.*
« Preposito de Hegenehe Guarmaciensis (*al.* Warmatiensis) diocesis, et sancti Germani, et Maioris ecclesie decanis Spirensibus. » Si constiterit capitulum Guarmaciense, ad preces imperatoris post coronationem ipsius unum virum, et ad mandatum Apostolicum quinque in canonicos recepisse, de quorum aliquo nondum exonerata fuerit, non obstantibus litteris Apostolicis ad scolasticum sancti Paulini et eius collegas, quibus contra alias litteras ad decanum Spirensem et coniudices suos mandaverat ut G. clericum canonicum Novae domus reciperent in canonicum, iniungit ut ab eiusdem clerici receptione, sublato appellationis obstaculo, absolvantur. Laterani II. Non. Novembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 84. fol. 117.* — « EX PARTE DILECTORVM. »

4557. — *Laterani 4 Novembris.*
« Decano magistro Fremaldo et Clementi canonicis Attrebatensibus. » Vt inquirant veritatem super statu monasterii Himocurcensis, quod ob dilapidationem abbatis, qui, periurii crimine irretitus, alia plura commisit enormia, dicitur ad extre-

mam exinanitionem temporalium devenisse, et super facto episcopi Cameracensis loci dioecesani, qui, instante eodem abbate, a divinorum celebratione duos monachos suspendit, eo quod quosdam contractus eidem monasterio laesivos sigillari recusaverant, et ratione praevia iuxta litteras Apostolicas procedant. Dat. ut supra (Laterani II. Non. Novembris anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 85. fol. 118; Horoy H-i opp. omn. IV. 453. n. 36. ex mss. du Theil.* — « Ex parte conventus. »

4558. — *Laterani 14 Novembris.*

« Preposito et capitulo Mutinensibus. » Statutum ab episcopo Mutinensi in eorum ecclesia adprobatum, ut, quartodecimo praebendarum numero, qui erat ibi institutus, redacto ad terdenarium, quartadecima praebenda tribus mansionariis, quorum unus sit presbyter, alius diaconus, et reliquus subdiaconus, concedatur, confirmat. Laterani XVIII. Kal. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 89. fol. 119.* — « Cvm a nobis petitvr. »

4559. — *Laterani 15 Novembris.*

« De Ripatorio Cisterciensis ordinis, et Aremarensi abbatibus Trecensis diocesis, et cantori Lingonensi. » Vt inquirant super matrimonio de facto contracto inter nobilem virum Guidum de Castellione et nobilem mulierem (Agnetem) filiam quondam (Hervaei) comitis Nivernensis, qui dicuntur esse in proxima consanguinitatis linea inter se iuncti, et si invenerint rem taliter se habere, iniungant utrique sub poena excommunicationis ut se invicem abiurantes, nullatenus cohabitare praesumant. Laterani XVII. Kal. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 86. fol. 118; Mss. Vallic. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 738; Potthast 614. n. 7100; Horoy H-i opp. omn. IV. 455. n. 38.* — « Ad aures nostras. »

4560. — *Laterani 15 Novembris.*

« Eisdem. » Quum Sedi Apostolicae relatum sit, nobilem mulierem M(argaretam) sororem (Iohannae) comitissae Flandrensis, quae olim cum B(ochardo) de Avesnis matrimonium de facto contraxerat quum de iure non posset, nunc simili modo contraxisse cum Vilelmo de Donna petra (Dampetra *Baluze*) in proxima consanguinitatis linea sibi iuncto, mandat ut super hoc inquirant, et si constiterit eos esse ita consanguineos, iniungant utrique sub poena excommunicationis ut se ad invicem abiurantes nullatenus cohabitare praesumant. Dat. ut supra (Laterani XVII. Kal. Decembris anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 87. fol. 119; Mss. Vallic. I. 53; Innoc. III. Epist. ed. Baluze II. 852; Opp. ed. Migne III. 533; Bouquet l. c.; Potthast 614. n. 7101; Horoy H-i opp. omn. IV. 456. n. 39.* — « Ad avres nostras. »

4561. — *Laterani 15 Novembris.*

« Lodowico regi Francorum illustri. » Ad formam litterarum quas ad Philippum regem patrem suum direxerat, mandat ut non incipiatur causa reginae Cypri pro successione comitatus Campaniae, priusquam causa de ipsius natalibus, quae ad Sedem Apostolicam iamdudum delata est, terminetur, ne diversis processibus possit intricari negotium et confusione quadam ordo iudicii perturbetur. Dat. ut supra (Laterani XVII. Kal. Decembris anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 88. fol. 119; Mss. Vallic. I. 53; Decret. H-i III. lib. II. tit. 5. ed. Ciron. 112; inter Decretal. Greg. IX. lib. II. tit. 10.* De ord. cognit. *c. 3. ap. Boehmer Corp. II. 252 (anno 1219); ap. Richter II. 265; Innoc. III. Epist. ed. Baluze II. 845; Opp. ed. Migne III. 985; Bouquet Rec. XIX. 739; cf. Jubainville Comt. de Champagne V. 203. n. 1566; Potthast 613. n. 7099; Horoy H-i opp. omn. IV. 457. n, 40; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II.*

tit. X. c. III. p. 274. — « TVAM NON CREDIMVS. »

4562. — *Laterani 17 Novembris.*

«Abbati Generensi Bigorritane diocesis.» In causa inter episcopum Aquensem et magistrum Petrum canonicum Aquensem super inquisitione contra eundem episcopum, quem magistrum Auxitanus archiepiscopus ait audiri aliquatenus non debere prout ab eodem archiepiscopo excommunicatum, qua in causa Pontifex auditorem dedit N(icolaum) Tusculanum episcopum, coram quo idem magister respondit se a praedicta excommunicatione fuisse per (Conradum) Portuensem episcopum absolutum, mandat ut inquirat de causis excommunicationis et consuetudinibus quas dictus archiepiscopus in suffraganeorum suorum clericis se habere proponit, et rem ad Apostolicam Sedem remittat, praefigens partibus terminum ad comparendum, atque episcopo Aquensi iniungat ut et ipse Apostolico conspectui se praesentet. Laterani XV. Kal. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 90. fol. 119.* — « MAGISTRO PETRO AQVENSI. »

4563. — *Laterani 17 Novembris.*

Abbati et conventui monasterii sancti Stephani Cisterciensis ordinis Constantinopolitane diocesis. » Confirmat constitutionem a (Pelagio) episcopo Albanensi tunc in illis partibus Ap. Sed. Legato factam et a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis presbytero Cardinali dum ibidem legationis officio fungebatur, innovatam, ut de hiis quae ipsis legantur in ornamentis ecclesiasticis vel ad fabricam ecclesiae reparatione indigentem, capellaniam aut ecclesiae luminaria, nec non de hiis quae pro anniversario, septimo, tricesimo ac vicesimo faciendis a quocumque legantur, nec patriarchae, nec archiepiscopi vel episcopi Romaniae aliliquam portionem exigere possint. Laterani XV. Kal. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 91. fol. 120.* — « EX PARTE VESTRA. »

In eundem modum scriptum est abbati et conventui monasterii sancti Angeli Constantinopolis Cisterciensis ordinis.

In e. m. scriptum est abbatisse et conventui sancte Marie de Perceio Constantinopolis Cisterciensis ordinis.

4564. — *Laterani 17 Novembris.*

« Patriarche Constantinopolitano, archiepiscopis et episcopis Romanie. » Praecipit eis ne de hiis quae conventui monasterii sancti Stephani Cisterciensis ordinis Constantinopolitanae dioecesis legantur in ornamentis ecclesiasticis vel ad fabricam ecclesiae reparatione indigentem *etc.*, iuxta constitutionem a (Pelagio) episcopo Albanensi editam et a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis olim Apost. Sedis Legatis, ut in superiori, nullam portionem pro se exigere possint. Laterani XV. Kal. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib.. 8 epist. 92. fol. 120.* — « EX PARTE DILECTORVM. »

In eundem modum scriptum est eisdem pro abbate et conventu monasterii sancti Angeli Constantinopolitanis Cisterciensis ordinis.

In e. m. scriptum est eisdem pro abbatissa et conventu sancte Marie de Perceio Constantinopolitanis Cisterciensis ordinis.

4565. — *Laterani 17 Novembris.*

« (Laurentio) episcopo Wratislaviensi, abbati Lubensi, et E. (C. *Potth.*) monacho quondam scolastico Wratislaviensi. » Ipsis supplicantibus, revocat licentiam datam (Vincentio) Cracoviensi episcopo cedendi episcopatum, ab eo petitam quia voto et iuramento tenebatur adstrictus assumere habitum regularem, quum id fieri non possit sine gravi Cracoviensis ecclesiae detrimento, et ait se iam mandasse supradicto episcopo ut, quum regularem habitum iam susce-

pisset, regimen Cracoviensis ecclesiae quasi de novo susciperet. Laterani XV. Kal. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 100. fol. 121; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 32; Manrique Ann. Cisterc. IV. 482, ubi male Gregorio IX haec epist. tribuitur; Theiner Mon. Polon. I. 14. n. 31; cf. Grünhagen Reg. I. 123. n. 275; Potthast 614. n. 7102; Horoy H-i opp. omn. IV. 458. n. 41.* — « QVODAM NVNTIO VENERABILIS. »

In eundem modum scriptum est decano et capitulo Cracoviensibus, ut eidem episcopo tamquam pastori animarum suarum intendant et obediant humiliter et devote. — *Reg. Vat. l. c.; Theiner l. c. 15. n. 32; Potthast 614. n. 7103; Horoy l. c. 459. n. 42.*

4566. — *Laterani 20 Novembris.*

« Henrico regi Anglorum illustri. » Ipso supplicante, revocat litteras Apostolicas, quibus Wintoniensem episcopum, R(anulphum) comitem Cestrensem, H(ubertum) de Burgo iustitiarium Angliae, et Falkesium de Breaût compelli mandabat ad ballias et castra regia in suis manibus reddenda, quum ipsi tamquam fideles parati sint ea cum ratiocinio proventuum opportuno tempore reddere, nec sint quibus illa securius valeant commendari, verum tamen ita easdem revocat, ut nullatenus per eas, contra praedictos, se invito, procedatur. Lat. XII. Kal. Decem. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 94. f. 120; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. Add. mss. 15352; Shirley Royal letters I. 539. n. 14; Potthast Append. 2093. n. 7104a-26014; Horoy H-i opp. omn. IV. 461. n. 44.* — « EX PARTE TVA. »

4567. — *Laterani 20 Novembris.*

« (Theobaldo) Rotomagensi archiepiscopo. » Concedit ei ut in capitulis tam religiosorum quam saecularium suae iurisdictioni subiectis visitationis et reformationis officium, non obstante frivolae appellationis obiectu, exerceat. Laterani XII. Kal. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 96. fol. 121; Horoy H-i opp. omn. IV. 462. n. 45 ex mss. du Theil.* « CVM SICVT EX PARTE. »

4568. — *Laterani 19-20 Novembris.*

Abbati et priori de Walkinrid et praeposito de Northusin Moguntin. dioc. causam conventus Ilseneburgensis et Rochmanni monachi eiusdem monasterii fine canonico terminandam committit. Laterani XIII. (XII. *Eckst, Leuckf, UB.*) Kal. Decembris anno octavo. — *Chronic. Montis Sereni ed. Mader 183 (ed. Mencken in Scr. rer. Germ. II. 295; ed. Eckstein 167); Eckstorm Chron. Walkenrid. 89; Leuckfeld Antiqq. Walckenrid. II. 73; cf. UB. für Niedersachsen II. 101; Potthast 617. n. 7104; Horoy H-i opp. omn. IV. 460. n. 43 (19 Nov.).* — « SVA NOBIS ABBAS. »

4569. — *Laterani 21 Novembris.*

« Abbati de Antiquo monte Coloniensis diocesis, et sanctorum Apostolorum, et sancti Kuniberti prepositis Coloniensibus. » Vt absolvant ad cautelam archiepiscopum Coloniensem a sententia excommunicationis quae in eum prolata fuit a T. cantore sancti Florini in Confluentia et coniudicibus suis a Sede Apostolica delegatis, eo quod se opposuerat et ad Papam appellaverat quia ipsi quandam monialem minus idoneam monasterio Wilicensi Coloniensis dioecesis in abbatissam praeficere nitebantur. Laterani XI. Kal. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 97. fol. 121.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4570. — *Laterani 22 Novembris.*

« Magistro et fratribus Militie templi de Anglia. » Concedit eis ut de terris ante generale concilium acquisitis, quas propriis manibus ac sumptibus colunt, seu pratis, molendinis, hortis, pascuis vel aliis, de quibus hactenus decimas non solverunt, nemo ab eis decimas exigere vel extorquere prae-

sumat. Laterani X. Kal. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 95. fol. 120; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « Cvm ivxta Salvatoris. »

4571. — *Laterani 22 Novembris.*
« Capitulo Troiano. » Vt abbati sancti Spiritus de Valle ficus Cisterciensis ordinis Troianae dioecesis intendant in hiis quae ad administrationem omnium proventuum eorum ecclesiae spectant, quam, durante negotio inquisitionis contra episcopum Troianum, eidem abbati commisit. Lat. X. Kal. Dec. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 102. fol. 122.* — « Qvia interest nostra. »

4572. — *Laterani 22 Novembris.*
« Abbati sancti Spiritus de Valle ficus Cisterciensis ordinis Troiane diocesis. » Administrationem ei committit omnium proventuum ecclesiae Troianae, ita ut, solutis illius episcopi debitis, iuxta mandatum apostolicum, eidem episcopo cum quatuor personis et tribus equitaturis vitae necessaria ministrentur. Dat. ut supra (Lat. X. Kal. Dec. anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 103. fol. 122.* — « Qvia interest nostra. »

4573. — *Laterani 22 Novembris.*
Archiepiscopo Cretensi mandat, ut abbati et conventui S. Thomae de Torcello ord. Cist. in Montana Nigra permittat aedificare domum super praedia de iure sui monasterii sita in ditione Cretensi. Laterani X. Kal. Decembris anno octavo. — *Cornelius Eccles. Venet. X. I. 229; Potthast 614. n. 7105.* — « Viros fovere religiosos. »

4574. — *Laterani 23 Novembris.*
« (Arnaldo) archiepiscopo Narbonensi. » Dat ei licentiam concedendi quasdam possessiones ecclesiae suae in emphiteosim perpetuam ad vineas plantandas, dummodo ad id capituli sui consensus accedat. Laterani VIIII. Kal. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 93. fol. 120; Horoy H-i opp. omn. IV. 462. n. 46.* (XI kal. Dec.) *ex mss. du Theil.* — « Ex parte tva. »

4575. — *Laterani 24 Novembris.*
« Magistro Sdizlao archidiacono Zavihozteñ, Cracoviensis diocesis. » Quum ipse tamquam vir fidelis et prudens contra oppressores ecclesiarum magnanimiter se opponat, unde multorum magnatum inimicitias incurrit, ita ut nequeat in locis, in quibus beneficia obtinet interdum secure morari, indulget ut in ecclesiis, in quibus beneficiatus existit, valeat per vicarios idoneos deservire. Laterani VIII. Kal. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 98. fol. 121; Theiner Mon. Polon. I. 14. n. 30; Potthast 614. n. 7106; Horoy H-i opp. omn. IV. 463. n. 47.* — « Certantibvs pro ivstitia. »

4576. — *Laterani 24 Novembris.*
« Abbatisse et conventui sancti Amandi Rothomagensis. » Concedit ut tricenarium monialium numerum in eorum monasterio a Coelestino PP. taxatum, nunc, ipsius monasterii facultatibus augmentatis, usque ad quadragesimum augere possint. Dat. ut supra (Laterani VIII. Kal. Decembris anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 99. fol. 121; Horoy H-i opp. omn. IV. 463. n. 48. ex mss. du Theil.* — « Ex parte vestra. »

4577. — *Laterani 24 Novembris.*
« (Bernardo) episcopo Lemovicensi. » Ipsi laboribus insistenti pro defensione fidei contra Albigenses et ecclesiastica libertate, quum omnes fere sui redditus sint tali causa creditoribus obligati, indulget ut in procurationibus ei debitis provideatur. Laterani VIII. Kal. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 104. fol. 122.* — « Ex parte tva. »

4578. — *Laterani 25 Novembris.*
« Episcopo Castrensi. » Concedit ei licentiam ordinandi ecclesiam suam de ca-

nonicis regularibus, proviso ut canonicis aliis, si qui iam sunt in ecclesia praedicta, nullum, ex hoc quamdiu vixerint praeiudicium generetur. Laterani VII. Kal. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 105. fol. 122.* — « A NOBIS HVMILITER. »

4579. — *Laterani 27 Novembris.*

« Mercatoribus Perusinis. » Non obstante quod in civitate Perusii per statuta I(ohannis) tit. sanctae Praxedis presbyteri Cardinalis colligationes omnes et societates dissolutae fuerint, universitati eorum concedit ut ubique possint ex eis rectores eligere qui puniant falsitatem in mensura et pondere committentes, et prout consueverunt stratas reficiant, pacis ineant foedera et de securo conductu providere possint. Laterani V. Kal. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist.. 106. fol. 123; Mss. Vall. I. 53; Theiner Cod. Dipl. dom. temp. S. Sedis I. 79. n. 128; Potthast 614. n. 7107; Horoy H-i opp. omn. IV. 464. n. 49; Rodenberg Ep. Sel. 169. n. 239.* — « LICET IN CIVITATE. »

4580. — *Laterani 28 Novembris.*

« (Iacobo de Carisio) episcopo Taurinensi. » Mandat ut controversiam super archidiaconatu ecclesiae Taurinensis inter Petrum Naboris ex una parte et praepositum Taurinensem ex altera, ex qua ecclesia Taurinensis graviter turbata est et concussa, studeat amicabiliter componere, providendo quod quieti et utilitati eiusdem ecclesiae viderit expedire. Laterani IIII. Kal. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 108. fol. 123.* — « CVM SICVT ACCEPIMVS. »

4581. — *Laterani 29 Novembris.*

« C(onrado) episcopo quondam Halberstadensi et de Walkenred. et de Sickem abbatibus Cisterciensis ordinis Halberstadensis et Maguntine diocesum. » Vt personaliter accedant ad conventum canonicarum saecularium Quidelimburgensis ecclesiae et inquirant contra S. ipsius ecclesiae abbatissam, quae accusatur de dilapidatione bonorum, de societate cum incendiariis, praedonibus, excommunicatis nec non proscriptis ex imperio et de tiramnide erga praedictas canonicas, et perspecta veritate provideant. Laterani III. Kal. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 101. fol. 122. Mss. Vall. I. 53.* — « SVA NOBIS CONVENTVS. »

4582. — *Laterani 29 Novembris.*

« Fratri Francisco, et aliis fratribus de ordine fratrum Minorum. » Eorum ordinem et regulam iam ab Innocentio Papa (III) approbatam, quam ad verbum refert, confirmat. Laterani III. Kal. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 261. fol. 155; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 55, fragm.; Cherubini Bullar. I. 80; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 394. n. 67; Waddingi Ann. Minor. II. 70; Sbaraleae Bull. Francisc. I. 15. n. 14; Fejér Cod. dipl. III. 1. 462; Vita H-i ex mss. Bern. Guidonis ap. Muratori Script. rer. Ital. III. 1. 569; Potthast 614. n. 7108; Horoy H-i opp. omn. IV. 465. n. 50.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

4583. — *Laterani 30 Novembris.*

« (Ottoni) archiepiscopo, preposito et Bertolotto canonico Ianuensibus. » Vt in cives Pisanos, pulsatis campanis et candelis accensis, pubblicari faciant excommunicationis et interdicti sententias latas quia Vbaldum a Papa excommunicatum in potestatem assumpserant, et treguas inter Pisanos ipsos et Lucanos, a Bethleemitano episcopo firmatas pro subsidio Terrae Sanctae violaverant. Laterani II. Kal. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 107. fol. 123; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 20.* — « CVM CIVES PISANI. »

In eundem modum scribitur (Pagano) episcopo, Lanfranco et Vilelmo presbytero canonicis Wulterranis.

In e. m. (Gratiadio) episcopo, Hermanno, et Rainucio canonicis Pistoriensibus.

In e. m. (Alberto) episcopo Massano.

In e. m. (Vitali) archiepiscopo Pisano.

In e. m. (Iohanni) episcopo et archipresbytero Florentinis.

In e. m. (Gualtero) episcopo, archipresbytero Maioris ecclesie, et priori sancte Marie foris portam Lucanis.

In e. m. preposito sancti Genesii, et de Fabrica, et de Mussan. plebanis Lucane diocesis.

In e. m. (Bonfilio) episcopo, archipresbytero Maioris ecclesie et priori sancti Martini Senensibus.

In e. m. de Corvaria, et sancte Felicitatis, et Campo maiori plebanis Lunensis et Lucane diocesum.

In e. m. (I.) electo Lunensi, priori de Carrara Lunensis diocesis, et Vbaldo canonico Lunensi.

4584. — *Laterani 2 Decembris.*

« (Guidoni) episcopo Asisinnati. » Iurisdictionem temporalem in castro et hominibus de Collemanci suae dioecesis sub annuo triginta solidorum proveniensium censu Sedi Apostolicae persolvendo ipsi concedit. Laterani IIII Non. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 110. fol. 124; Mss. Vall. I. 53.* — « Per devota et grata. »

4585. — *Laterani 2 Decembris.*

« Archipresbytero et capitulo sancti Constantii Vrbevetanis. » Consentiente Vrbevetano episcopo, concedit ut proventus ecclesiae sancti Petri de Sucano ad eorum ecclesiam pleno iure spectantis ad usus ipsius mensae deputentur, reservato unde inibi domino famulantibus necessaria ministrentur. Dat. ut supra. (Laterani IIII. Non. Decembris anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 111. fol. 124.* — « Cvm a nobis petitvr. »

4586. — *Laterani 4 Decembris.*

« Archiepiscopis et episcopis presentes litteras inspecturis. » Inhibet eis ne abbates Cistercienses ad generale capitulum adeuntes seu eorum monasteria occasione statuti generalis concilii continentis ut parrochialium ecclesiarum presbyteris de illarum proventibus sufficiens provisio assignetur, consuetudine personae episcopi, vel cuiuslibet alterius non obstante, taxis graventur. Laterani II. Non. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 109. fol. 124.* — « Dilecti filii abbas. »

4587. — *Laterani 4 Decembris.*

« Episcopo et capitulo Montis Synai. » Eorum personas et monasterium cum omnibus suis bonis recipit in protectionem, inhibens ne quis de eorum laboribus sive possessionibus habitis ante concilium generale, ac etiam de novalibus quae propriis manibus vel sumptibus colunt, sive de hortis et virgultis et piscationibus vel nutrimentis animalium decimas exigat, libertatesque et immunitates eorum ordini concessas confirmat. Lat. II. Non. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 112. fol. 124; Mss. Vall. I. 53.* — « Sacrosancta Romana Ecclesia. »

4588. — *Laterani 4 Decembris.*

« (Bonifacio) episcopo Tudertino. » Mandat ut ecclesias suae dioecesis visitans corrigat quae fuerint corrigenda, subditis suis iniungendo ut corpus Christi cum omni honorificentia studeant custodire, et tam vasa quam alia in ministerium tanti adscripta misterii munda et nitida conservanda curent. Laterani II. Non. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 113. fol. 124; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 22.* — « Si manna qvod. »

In eundem modum scriptum est (Gualtero) Lucano, (Iohanni) Florentino, (Pepo) Grossetano, (Bonfilio) Senensi, (Ildebrandino) Fesulano, (Galerino *seu* Gualcherino) Suanensi, (...) Castrensi, (Gratiadio) Pistoriensi, (Pagano) Wlterano, (Alberto) Massano et (Petro) Sutrino episcopis. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. (Vitali) archiepiscopo Pisano *(Raynaldi l. c.; Potthast 614. n. 7109; Horoy H-i opp. omn. IV. 470. n. 51 fragm.).* et I. Lunensi electo. — *Reg. Vat. l. c.*

4589. — *Laterani 4 Decembris.*

De Brabantia et de Antuerpia archidiaconis et decano Cameracensi mandat ut causam inter episcopum Tornacensem ex una parte et abbatem S. Theodorici ac capitulum S. Donatiani Brugensis et quosdam alios Tornacensis et Remensis dioc. ex altera, audiant, atque quod statuerint firmiter observari faciant. Laterani II. Non. Decembris anno octavo. — *Bibl. Nat. Paris. Mss. lat. Colbert Flandre t. LXVI; Horoy H-i opp. omn. IV. 471. n. 52.* — « Ex parte venerabilis. »

4590. — *Laterani 5 Decembris.*

« (Hugoni) Lingonensi episcopo. » Eum reprehendit quod iuxta mandatum Apostolicum nondum benedixerit coemeterium magistri et fratrum Hospitalis Ierosolimitani in Burgundia iuxta capellam domus eorum de Canlinta suae dioecesis; mandat ut dictum coemeterium benedicat, alioquin dat litteris in mandatis Cabilonensi episcopo ut, inquisita super hoc veritate, ad Papam referat ut a Sede Apostolica procedatur. Laterani Non. Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 121. fol. 126; Horoy H-i opp. omn. IV. 471. n. 53 ex mss. du Theil.* — « Significantibus dilectis filiis. »

4591. — *Laterani 5 Decembris.*

« (Durando) Cabilonensi episcopo. » Si episcopus Lingonensis benedicere neglexerit coemeterium magistri et fratrum Hospitalis Ierosolimitani in Burgundia iuxta capellam domus eorum de Calinta (*sup.* Canlinta), inquirat veritatem et ad Papam referat. Dat. ut supra (Laterani Nonis Decembris anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 122. fol. 126; Horoy l. c.* — « Significantibus dilectis filiis. »

4592. — *Laterani 5 Decembris.*

« Capitulo Parmensi. » Quum ipsi praecepta Pontificis neglexerint, quibus mandatum fuit ut magistro Sinibaldo subdiacono ipsius Pontificis canonicatum conferrent, praeposito Papiensi super hoc executore concesso, concedit eidem magistro ius canonicatus primo vacaturi in eorum ecclesia, et ait se praecepisse Henrico Vicecomiti subdiacono Apostolicae Sedis Novariensi et Egidio Terdonensi canonicis Regii commorantibus, ut ei vel eius procuratori stallum in choro et locum in capitulo assignent. Laterani Nonis Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 126. fol. 127.* — « Nisi eos qui. »

4593. — *Laterani 6 Decembris.*

« (Theobaldo) archiepiscopo et capitulo Rothomagensibus. » Indulget ut in causis cum abbate et conventu monasterii Fiscanensis, non obstantibus litteris apostolicis, nullus utriusque partis ipsorum valeat esse iudex, ita tamen quod indulgentiam huiusmodi per partes vicinas pubblicari faciant. Laterani VIII. Idus Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8 ep. 115. fol. 125.* — « Quia sicut ex parte. »

4594. — *Laterani 7 Decembris.*

« (Obizzoni) Terdonensi episcopo. » In controversia inter communitatem Cremonensem ex parte una et abbatem sancti Xisti Placentini ex altera, super duabus partibus castri et curte Guastallae ac curte Luciariae, in qua mandatum fuit episcopo, abbati sancti Savini et praeposito sanctae

Eufemiae Placentinis ut ipsum abbatem, exigente contumacia dictae communitatis, in corporalem possessionem eorum immitterent, et excommunicationis et interdicti sententias, iam hac de causa in potestatem et consiliarios Placentinos prolatas, publicarent et innovarent; quum praefatus episcopus et collegae sui, ipso abbate in possessionem inducto, mandatum Papae non fuerint quantum ad alios articulos executi; nunc mandat ei ut in negotio procedat eodem, iuxta tenorem litterarum apostolicarum ad dictum episcopum et coniudices suos iam directarum (1223. 17 Maii). Laterani VII. Idus Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 116. fol. 125; Affò Ist. di Guastalla I. 364. n. 54; Potthast 614. n. 7110; Horoy H-i opp. omn. IV. 473. n. 54.* — « ORTA DVDVM INTER. »

4595. — *Laterani 7 Decembris.*

« Decano de Guignicort de Provais et de Novo castro presbyteris Laudunensis diocesis. » Super sententiis excommunicationis tam (Guilielmi) Remensis archiepiscopi et officialium suorum in (Anselmum) Laudunensem episcopum et ipsum decanum, quam abbatis et prioris sancti Lupi et cantoris Trecensium a Sede Apostolica delegatorum in archiepiscopum et officiales eosdem prolatis, declarat irritos et inanes omnes processus post appellationem ad Papam attemptatos. Laterani VII. Idus Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 118. fol. 126.* — « AVDITIS ET INTELLECTIS. »

4596. — *Laterani 8 Decembris.*

« De Soberado, et sancto Novali abbatibus Compostellane et Legionensis diocesum et Nimo archidiacono Astoricensi. » Vt personaliter accedant ad Ovetensem ecclesiam et inquirant super (Iohanne) eiusdem episcopo, qui, referente M. Ovetensi canonico, accusatur de dilapidatione bonorum ecclesiasticorum, utpote qui de duobus milibus aureorum a rege Legionensi eidem ecclesiae concessis pro eripiendis a voragine usurarum quibusdam possessionibus, plura sibi retineat, et iuramentum de non alienandis bonis praestitum in praesentia (Pelagii) Albanensis episcopi contempserit. Laterani VI. Idus Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 114. fol. 125; Mss. Vall. I. 53.* — « ETSI DE FRATRIBVS. »

4597. — *Laterani 8 Decembris.*

« (Guilielmo) archiepiscopo Remensi. » Super sententiis suspensionis et excommunicationis tam ab eo et officialibus suis in episcopum Laudunensem, decanum de Guignicort de Provais, et de Novo Castro presbyteros Laudunensis dioecesis, quam ab abbate et priore sancti Lupi et Castoris Trecensibus ab Apostolica Sede delegatis in ipsum archiepiscopum et officiales suos prolatis, omnes processus post appellationem ad Papam interpositam irritos et inanes decernit. Laterani VI. Idus Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 117. fol. 126.* — « AVDITIS ET INTELLECTIS. »

4598. — *Laterani 8 Decembris.*

« (Anselmo) episcopo Laudunensi. » Super eodem argumento et iisdem verbis ut in superioribus litteris decano de Guignicort, de Provais, et de Novo Castro presbyteris die 7 Decembris, et aliis ad archiepiscopum Remensem die 8 Decembris missis. *Cf. nn.* 4595, 4597. Laterani VI. Idus Dec. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 119. fol. 126.* — « AVDITIS ET INTELLECTIS. »

4599. — *Laterani 8 Decembris.*

« Abbati sancti Martini Sagiensi. » Ad exemplar Vrbani Papae concedit ut quae in suo monasterio enormiter fuerint attemptata liceat ei ad debitum statum absque appellationis diffugio revocare, monachos, qui suis monitis obedire contempserint, se-

cundum beati Benedicti regulam corrigere, suaeque sententiae in rebelles ratae habeantur. Dat. ut supra (Laterani VI. Idus Decembris anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 120. fol. 126.* — « Et ordo ivris. »

4600. — *Laterani 8 Decembris.*
« Travaliolo (*in e. l.* Travaglio) consiliariis et populo Expellanis. » Eis ad beneplacitum remittit fodrum debitum Apostolicae Sedi, eo quod tempore temptationis non recedentes ab ipsa sed potius turbinis ingerente procella tamquam aurum quod examinatur in cammino probati grata obsequia Ecclesiae Romanae et R(ainerio) sanctae Mariae in Cosmidin diacono Cardinali rectori ducatus praestiterunt. Laterani VI. Idus Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 127. fol. 127; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Qvia non videretvr. »

4601. — *Laterani 9 Decembris.*
« (Theobaldo) archiepiscopo Rothomagensi. » Concedit ut sacerdotes et clericos concubinarios et fraude reos in vicesima solvenda qui per Legatos Sedis Apostolicae excommunicati fuerant, quum tanta in causa sit multitudo, quod valde dispendiosum esset hos omnes ad Sedem Apostolicam laborare, sub certis cautelis absolvere possit. Laterani V. Idus Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 123. fol. 126; Horoy H-i opp. omn. IV. 474. n. 55 ex mss. du Theil.* — « Ex parte tva. »

4602. — *Laterani 9 Decembris.*
« Eidem. » Statuta concilii generalis, quae in sua dioecesi in multis enervantur, firmiter observari faciat, et transgressores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescat. Laterani V. Idus Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 124. fol. 127; Horoy H-i opp. omn. IV. 474. n. 56 ex mss. du Theil.* — « Cvm nil valeat. »

4603. — *Laterani 11 Decembris.*
« (Roberto) episcopo Fundano. » Ecclesiam sancti Archangeli in territorio Fundano, quam M. natus nobilis viri R. comitis Fundani et nuper vita functus tenuit, eius mensae concedit. Laterani III. Idus Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 125. fol. 127; Mss. Vall. I. 53.* — « Qvoniam noster ad. »

4604. — *Laterani 11 Decembris.*
« Omnibus Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint. » Concedit indulgentiam viginti dierum elemosinas conferentibus in aedificationem ecclesiae Novi monasterii Herbipolensis, quam decanus et capitulum eiusdem per opem L(eonis) tituli sanctae Crucis in Ierusalem presbyteri Cardinalis in novam fabricam coeperunt reparare. Laterani III. Idus Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 128. fol. 127; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Si olim mvltitvdo. »

4605. — *Laterani 11 Decembris.*
« Abbati et conventui de Oratorio (Pratorio *Horoy*) Cisterciensis ordinis. » Decimas de Vernolio eorum monasterio a Gaufrido de Losduno clerico, consentiente (Guillelmo) Andegavensi episcopo, collatas confirmat, dum tamen nulli per hoc praeiudicium generetur. Laterani III. Idus Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 129. fol. 128; Horoy H-i opp. omn. IV. 476. n. 58 ex mss. du Theil.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

4606. — *Laterani 11 Decembris.*
« (Gualtero) archiepiscopo Senonensi. » Mandat ei ut pro negotio Albigensium, quod miserabiliter est collapsum, quinque millia librarum mutuo, absque dispendio morae, super vicesima provinciae suae, quae longe plus valere dicitur, recipiat et Amalrico comiti Tolosano, si in Albigensium partibus remanserit, transmittat: nihilominus

postmodum quod de ipsa vicesima, soluto mutuo, remanserit, memorato comiti, si remanserit in Albigensi terra, transmittat. Laterani III. Idus Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 131. fol. 128; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 41; Bouquet Rec. XIX. 739; Potthast 614. n. 7111; Horoy H-i opp. omn. IV. 475. n. 57.* — « SOLLICITE INTENDENTES VT. »

In eumdem modum scriptum est Remensi archiepiscopo. — *Reg. Vat. l. c.*

4607. — *Laterani 12 Decembris.*

« Archiepiscopo Senonensi. » Vt pro negotio Albigensium vicesimam huius anni et si quid restat de proxime praeteriti anni vicesima colligendum in sua provincia sine morae dispendio colligat. Laterani II. Idus Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 132. fol. 128; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 41; Bouquet Rec. XIX. 739; Potthast 615. post n. 7121. (15 Decembris); sub eodem die cf. Horoy H-i opp. omn. IV. 487. post n. 88.* — « VOLENTES VT NEGOTIVM. »

4608. — *Laterani 12 Decembris.*

« (Raynaldo) episcopo Vltrasilvano. » Eum reprehendit, quod in terra Bozae, et ultra montes Nivium, quae ad magistrum et fratres domus sanctae Mariae Theotonicorum spectat, et nullum praeter Romanum Pontificem episcopum habet vel praelatum, ipse iurisdictionem indebitam sibi usurpare contendens praesbyteros et clericos eiusdem terrae ad synodum suam vocat, et tam ab eis quam a laicis decimas et alia iura episcopalia extorquet, in eos, si ipsius non satisfaciunt voluntati, interdicti et excommunicationis sententias proferendo: mandat ut ab hisce gravaminibus desistat et sententias excommunicationis revocet, alioquin noverit se iam mandasse Strigoniensi archiepiscopo ut eas nullas esse denuntiet. Laterani II. Idus Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 137. fol. 130; Fejér Cod. dipl. III. 1. 420; Schuller Archiv I. 232; Schlözer Krit. Samml. 323; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV). 22. n. 21; Theiner Mon. Hung. I. 43. n. 87; Potthast 615. n. 7115; Horoy H-i opp. omn. IV. 479. n. 62.* — « QVOD DILECTI FILII. »

4609. — *Laterani 12 Decembris.*

« (Mauritio) Cenomanensi, et (Guillelmo) Andegavensi episcopis et abbati Burguliensi Andegavensis diocesis. » In causa super usu et possessione primatiae quam Bituricensis ecclesia in Burdegalensem archiepiscopum et eius provinciam dicitur obtinere, quum (Hugo de Rupibus Corbonis) abbas Maioris monasterii Turonis ex mandato fel. mem. Innocentii PP. (III) testes recepisset apud Hajam, spreta appellatione procuratorum archiepiscopi Burdegalensis ad Sedem Apostolicam, qui asserebant locum ipsum non esse ipsi archiepiscopo securum, mandat ut probationes praedicti Burdegalensis archiepiscopi quoad dictae appellationis validitatem, infra annum ab instanti festo Dominicae Nativitatis recipiat, quum in hoc termino Burdegalensis archiepiscopus ad Sedem Apostolicam iam citatus sit. Laterani II. Idus Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 156. fol. 133; Bouquet Rec. XIX. 744; Potthast 615. n. 7113; Horoy H-i opp. omn. IV. 477. n. 60.* — « CVM FELICIS MEMORIE. »

4610. — *Laterani 12 Decembris.*

« Dalonensi, et de Palatio sancte Marie abbatibus Cisterciensis ordinis Lemovicensis diocesis. » Iniungant archiepiscopo Burdegalensi, ut iuxta litteras Apostolicas, infra annum ab instanti festo Dominicae Nativitatis per se vel procuratorem compareat coram Pontifice, responsurus (Simonis) Bituricensis archiepiscopi querelis, super turbatione possessionis primatiae quam Bituricensis ecclesia in ipso et provincia sua noscitur obtinere, et super damnis et iniuriis illatis

bon. mem. (Guillelmo) Bituricensi archiepiscopo, quondam provinciam ipsam eiusdem primatiae auctoritate visitare volenti. Dat. ut supra (Laterani II. Idus Decembris anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 157. fol. 133; Bouquet l. c. 745; Potthast 615. n. 7114; Horoy H-i opp. omn. IV. 478. n. 61.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4611. — *Laterani 12 Decembris.*

« (Giraldo) archiepiscopo Burdegalensi. » Assignat ei ab instanti festo Dominicae Nativitatis ad annum terminum peremptorium comparendi coram Pontifice in causa super turbatione primatiae quam Bituricensis archiepiscopus in ipsum et provinciam suam dicitur obtinere. Dat. ut supra (Laterani II. Idus Decembris anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 158. fol. 133; Bouquet l. c.; Potthast l. c.; cf. Horoy l. c.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4612. — *Laterani 12 Decembris.*

(Simoni) archiepiscopo Bituricensi, (Hugoni) Lingonensi et (Garino) Silvanectensi episcopis praecipit, ut ad Ludovicum regem Francorum cum litteris, quas super facto Albigensium per eos illi praesentari velit, personaliter accedant regemque ad faciendum id, quod super hoc ab illo requirat, efficaciter inducant. Laterani II. Id. Decembris anno octavo. — *Duchesne Hist. Franc. scr. V. 858. n. 16; Bouquet l. c. 741; Potth. 615. n. 7112; Horoy H-i opp. omn. IV. 476. n. 59.* — « FRATERNITATI VESTRAE PER. »

4613. — *Laterani 13 Decembris.*

« (Guillielmo) Remensi archiepiscopo. » In sua et Rothomagensi provinciis sine morae dispendio vicesimam huius anni et si quid de proxime praeteriti anni colligendum remanserit, colligat pro negotio Albigensium. Laterani Idibus Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 132. fol. 128; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 41; Bouquet Rec. XIX. 739; cf. Potthast 615. post. n. 7121 (15 Dec.); sub ead. die Horoy H-i opp. omn. IV. 457. post n. 68.* — « VOLENTES VT NEGOTIVM. »

4614. — *Laterani 13 Decembris.*

« Nobili viro Amalrico comiti Tolosano. » Eum sollicitat ad defensionem catholicae fidei (contra haereticos Albigenses), monens se litteras destinasse L(udovico) regi Francorum ut ipsi comiti iuxta petitionem nuntiorum suorum succurrat, quas litteras eidem regi praesentabunt (Simon) archiepiscopus Bituricensis, et (Garinus) Silvanectensis et (Hugo) Lingonensis episcopi, qui eum ad id diligenter et efficaciter inducent; scribit etiam super collectione vicesimae et ut Remensis et Senonensis archiepiscopi, absque morae dispendio, interim super vicesima ipsa mutuo decem millia librarum recipiant, eidem pecuniam huiusmodi et quod supererit transmissuri. Laterani Idibus Decembris anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 133. fol. 128; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 41; Bouquet Rec. XIX. 740; Potthast 615. n. 7117; Horoy H-i opp. omn. IV. 482. n. 65.* — « ECCE SVPER NEGOTIO. »

4615. — *Laterani 13 Decembris.*

« L(udovico) illustri regi Francorum. » Laudat eum quod, sicut (Conradus) Portuensis episcopus coram Papa et Fratribus proposuit, in negotio Albigensium principem christianissimum se ostendit, et decem millia marcharum argenti de helemosina incl. re. Philippi regis patris sui ad negotii eiusdem subsidium transmisit, ad quod ut efficacius et libentius opem impendat, treguas inter ipsum et regem Angliae Papa intendit prorogare. Dat. ut supra (Laterani Idibus Decembris anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 134. fol. 128; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 40. 44; Musaeum Britann. Add. mss. 15352; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 860.*

n. 18; Bouquet l. c. 740; Shirley Royal letters I. 539. n. 15; Potthast 615. n. 7118. et append. 2093; Horoy H-i opp. omn. IV. 483. n. 66. — « DIGNAS DEO LAVDES. »

4616. — *Laterani 13 Decembris.*

« (Thomae) archiepiscopo Strigoniensi. » Nisi (Raynaldus) episcopus Vltrasilvanus iuxta Apostolicum mandatum revocaverit sententias interdicti et excommunicationis ab eo latas in incolas terrae Bozae et ultra montes Nivium, ipse tamquam a non suo iudice promulgatas eas nullas esse denuntiet. Laterani Idib. Decemb. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 138. fol. 130; Fejér Cod. dipl. III. 1. 422; Schuller Archiv I. 234; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV). 23. n. 22; Theiner Mon. Hung. I. 43. n. 88; Potthast 615. n. 7116; Horoy H-i opp. omn. IV. 481. n. 64.* — « QVOD DILECTI FILII. »

4617. — *Laterani 13 Decembris.*

Fanensi et Feretranensi episcopis et abbati S. Mariae foris Portam Faventinam mandat, ut iudicium faciant inter potestatem ac commune Cervienses ex parte una et archiepiscopum Ravennatem ex altera, qui procedens hostiliter contra illos, vineas, arbores et alia quae extra civitatem suam habebant incidi fecerat nequiter et cremari. Laterani Id. Decembris anno octavo. — *Amiani Mem. di Fano 186; Fantuzzi Mon. Ravenn. append. I. 126. n. 69; Potthast 615. n. 7119. et append. 2094; Horoy H-i opp. omn. IV. 480. n. 63; cf. Mittarelli Access. hist. Favent. 476. (sine nota chronol. et cum tit.:* Abbati S. M. foris portam Faventiae); *cf. Potthast append. 2094. n. 7132a-26106 (in fine anni 1223. Initium deest).* — « SVA NOBIS POTESTAS. »

4618. — *Laterani 14 Decembris.*

« L(udovico) illustri regi Francorum. » Eum exhortatur ut causam, quae Christi est, contra Albigenses potenter assumat, in qua agitur etiam causa sua, nam pestis ipsa loca iam ei vicina venenat; Amalricus comes Tolosanus quidquid iuris habet in terra ei est offerre paratus: Raimundus quondam comes Tolosanus et filius eius et eorum fautores, dudum excommunicati, contumaciter in malitia sua perseverant: Bituricensem archiepiscopum et Lingonensem et Silvanectensem episcopos, ad eum propter hoc destinatos, benigne recipiat et exaudiat. Laterani XVIIII. Kal. Ian. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 135. fol. 129; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 41-44; Baluze Miscell. II. 255. (ed. Mansi III. 22), ubi falso ad a. 1225; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 857. n. 15; Percin Monum. conv. Tolos. fratr. Praedic. III. 70; Bouquet Rec. XIX. 741; Bullarium magnum Luxemb. IX. addend. p. 3; Potthast 615. n. 7120; Horoy H-i opp. omn. IV. 484. n. 67.* — « CVM REGES ET. »

4619. — *Laterani 14 Decembris.*

« (Simoni) archiepiscopo Bituricensi. » Vt de singulis ecclesiis suae dioecesis habentibus denarium canonicorum numerum, liceat ei unum ad suum servitium evocare, qui quandiu suis insistet servitiis, integre fructus praebendarum suarum percipiat. Laterani XVIIII. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 159. fol. 133; Horoy H-i opp. omn. IV. 500. n. 84, ex mss. du Theil (IX Kal. Ian.).* — « PRECIBVS TVIS BENIGNVM. »

4620. — *Laterani 15 Decembris.*

« Sancti Victoris Parisiensis, et sancte Marie de Vallibus Cisterciensis ordinis Carnotensis diocesis abbatibus. » Propter negotium Albigensium mandat ut, cessante appellatione, cogant exemptos in Senonensi provincia ad solutionem vicesimae anni proxime praeteriti et praesentis. Laterani XVIII. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 130. fol. 128; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 41;*

Bouquet Rec. XIX. 742; Potthast 616. n. 7122; Horoy H-i opp. omn. IV. 488. n. 69. — « Sollicite intendentes ad. »

In eundem modum scriptum est abbati et priori sancti Eligii Noviomensis ut exemptos cogant in Remensi et Rothomagensi provinciis constitutos ad solutionem vicesime. — *Reg. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

4621. — *Laterani 15 Decembris.*

« (Simoni) archiepiscopo Bituricensi. » Vt pro negotio Albigensium vicesimam huius anni et si quid restat de proxime praeteriti anni vicesima colligendum per suam dioecesim et Turonensem provinciam sine morae dispendio colligat. Laterani XVIII. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 132. fol. 128; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 41; Bouquet Rec. XIX. 739; Potthast 615. n. 7121; Horoy H-i opp. omn. IV. 487. n. 68.* — « Volentes vt negotivm. »

4622. — *Laterani 15 Decembris.*

« (Petro) Meldensi episcopo. » Vt non obstante frivolae appellationis obiectu corrigere et reformare valeat tam circa praelatos quam subditos nec non religiosos et alios ei dioecesana lege subiectos, quae correctionis et reformationis officio ipse viderit indigere. Laterani XVIII. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 136. fol. 130; Horoy H-i opp. omn. IV. 488. n. 70, ex mss. du Theil.* — « Et si ad corrigendos. »

4623. — *Laterani 15 Decembris.*

« Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint. » Vt discedentes ab ordine Fratrum Minorum post professionem emissam evitent, eos praesertim a prioribus et custodibus fratrum ipsorum excommunicatione notatos, quos etiam, quum ab eisdem fuerint requisiti, excommunicatos nuntiare curent, ut, quum se demum cognoverint inter homines vivere et humano carere solatio, ad ordinem suum redeant. Laterani XVIII. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 163. fol. 134; Mss. Vall. I. 53; Waddingi Ann. Min. II. 71; Sbaraleae Bull. Francisc. I. 19. n. 15 (XV Kal. Ian.); Potthast 616. n. 7123 (XIV Kal. Ian.); Horoy H-i opp. omn. IV. 489. n. 72 (XV Kal. Ian.).* — « Fratrvm minorvm continent. »

4624. — *Laterani 18 Decembris.*

« Abbati et conventui Matine de Sambuciñ Cisterciensis ordinis. » Ecclesias, grangias, casalia, possessiones et alia bona nec non immunitates, libertates et alia iura, quae monasterium sanctae Mariae de Matinei habebat priusquam Cisterciensis ordo ibidem institueretur, ipsis confirmat. Laterani XV. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 150. fol. 132; Horoy H-i opp. omn. IV. 489. n. 71.* — « Cvm a nobis petitvr. »

4625. — *Laterani 18 Decembris.*

« Eidem (Guilielmo de Sabaudia episcopo Mutinensi). » Visitationem et reformationem ecclesiae sancti Georgii in Braida Veronensis, supplicante ipsius ecclesiae priore, eidem committit. Laterani XV. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 155. fol. 133; Mss. Vallic. I. 53.* — « Ex insinvatione dilecti. »

4626. — *Laterani 20 Decembris.*

« (Guilielmo) episcopo Mutinensi. » Vt A. clericum, qui, dum a monasterio sancti Zenonis Veronensi non tenues redditus obtineret, R. abbatem eiusdem loci et germanum suum interfecit, ab omnibus redditibus et beneficiis, quae a monasterio ipso tenebat, amoveat. Laterani XIII. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 154. fol. 133; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Pervenit ad nos. »

4627. — *Laterani 20 Decembris.*
« Canonicis ecclesie sancti Pauli Tiburtinis. » Statutum Iacobi Iohannis Caputii civis Romani tempore quo Tiburtinae regimen obtinuit civitatis, de consulum, rectorum ac totius civitatis eiusdem consilio editum, ut eorum ecclesia libera sit a talliis, exactionibus et collectis, confirmat. Laterani XIII. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 166. fol. 135.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

4628. — *Laterani 21 Decembris.*
« (Gerhardo) archiepiscopo et capitulo Bremensibus. » Reclamante (Alberto) Livoniensi episcopo, quod ipsi ecclesiam Livoniensem Bremensi ecclesiae subiicere iure metropolitano nitebantur, precipit eis ut a molestatione ipsius ecclesiae penitus desistant, quum ecclesia Livoniensis et omnes aliae ecclesiae quae ab ea et per eam ibidem creantur, ad manus Apostolicae Sedis specialiter teneantur. Laterani XII. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 139. fol. 130; Gruber Orig. Livon. 266; Scr. rer. Livon. I. 395. n. 45; Lappenberg Hamb. UB. I. 408. n. 467; Bunge Livl. UB. I. 60. n. 57; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 38; Potthast 616. n. 7124; Horoy H-i opp. omn. IV. 493. n. 75.* — « GRAVE GERIMVS ET. »

4629. — *Laterani 21 Decembris.*
Monasterium s. Benigni Divionensis patrocinandum suscipit eiusque bona, iura ac privilegia confirmat. Laterani XII. Kal. Ian. anno octavo. — *Pérard Recueil 406; Potthast 616. n. 7125; Horoy H-i opp. omn. IV. 493. n. 76.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

4630. — *Laterani 22 Decembris.*
« (Bernardo) episcopo Magalonensi. » Vt a singulis ecclesiis ei dioecesana lege subiectis moderatum subsidium recipere valeat ad relevationem debitorum quae pro fidei et pacis negotio (contra Albigenses) contraxit. Laterani XI. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 145. fol. 131; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 45; Horoy H-i opp. omn. IV. 495. n. 78 ex mss. du Theil.* — « CVM PRO FIDEI ET. »

4631. — *Laterani 22 Decembris.*
« Eidem. » Vt homines de Melgorio vel alios suae dioecesis Legatorum Sedis Apostolicae sententiis involutos, ad unitatem ecclesiae redire volentes absolvere possit, proviso attentius ne occasione huiusmodi nervus ecclesiasticae disciplinae dissolvatur. Dat. ut supra (Laterani XI. Kal. Ianuarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 146. fol. 131; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 45; Horoy H-i opp. omn. IV. 495. n. 79. ex mss. du Theil.* — « AVERSOS A COMMVNIONE. »

4632. — *Laterani 22 Decembris.*
« S. archidiacono Magalonensi. » Compositionem inter ipsum pro ecclesia sancti Firmini ex parte una et P. Gartiñ archidiaconum Magalonensem pro ecclesia beatae Mariae de Monte pesulano ex altera, mediante I. praeposito Magalonensi amicabiliter initam, et postmodum a (Conrado) Portuensi episcopo tunc Ap. Sedis Legato approbatam, circa institutionem duorum capellanorum in ecclesia beatae Mariae et de sacramentis ab eis populo exhibendis nec non oblationibus, obventionibus et quibusdam aliis articulis, confirmat. Laterani XI. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 148. fol. 132; Horoy H-i opp. omn. IV. 494. n. 77. ex mss. du Theil.* — « EA QVE IVDICIO. »

4633. — *Laterani 23 Decembris.*
« (Alberto) episcopo Livoniensi. » Statuit ut Livoniensis, Seloniensis et Leolensis ecclesiae noviter plantatae in manibus Papae retineantur donec aliter disponatur; eius

precibus erigendi Livoniensem ecclesiam ad metropoliticam dignitatem ad praesens non consentit, sed interim vices Apostolicae Sedis ei in illis ecclesiis committit. Laterani X. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 140. fol. 130; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 30.* — « CVM CIRCA NOVELLA. »

4634. — *Laterani 23 Decembris.*
« Seloniensi et Leolensi episcopis. » Eos certiores facit se commisisse vices suas in eorum ecclesiis episcopo Livoniensi, ita ut si causae in ipsis dioecesibus emerserint quae ad Apostolicam Sedem essent referendae, idem de ipsis vice Pontificis cognoscat. Dat. ut supra (Laterani X. Kal. Ianuarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 141. fol. 131; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 30.* — « CVM CIRCA NOVELLA. »

4635. — *Laterani 23 Decembris.*
« Militibus et populo de Melgorio spiritum consilii sanioris. » Arguit eos quod a gubernatione Magalonensis ecclesiae desciverint, se tradentes proditionis filio Raimundo nato quondam R(aimundi) comitis Tolosani, eosque hortatur ut episcopo Magalonensi obediant, non obstante iuramento si quod dicto Raimundo praestiterunt. Laterani X. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 142. fol. 131; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 45; Bouquet Rec. XIX. 743; Potthast 616. n. 7127; Horoy H-i opp. omn. IV. 497. n. 81.* — « QVOD DE LIBERTATIS. »

4636. — *Laterani 23 Decembris.*
« (Bernardo) episcopo Magalonensi. » Ne sententiae excommunicationis et interdicti ab eo et pro eo latae in Raimundum natum quondam R(aimundi) comitem Tolosanum et terram suam, eo quod castrum Melgorii et alia de dicto castro et comitatu eius ad Ecclesiam Romanam spectantia ei, qui illa in feudum tenebat, rapuit, nisi prius dictum castrum cum pertinentiis suis restituerit et de damnis et iniuriis congrue satisfecerit, ullatenus relaxentur. Dat. ut supra (Laterani X. Kal. Ianuarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 143. fol. 131; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 45; Bouquet l. c. 743; Potthast 616. n. 7126; Horoy H-i opp. omn. IV. 496. n. 80.* — « CVM SICVT IN NOSTRA. »

4637. — *Laterani 23 Decembris.*
« Preposito Massiliensi. » Ei, a Massiliensibus civibus e propria domo cum toto clero Massiliensi eiecto, permittit, ut ecclesiam de Alaudo nunc vacantem, quae ad donationem suam de assensu episcopi et capituli noscitur pertinere, in proprios usus retinere possit, donec ad praeposituram suam pacifice redire valeat. Dat. ut supra (Laterani X. Kal. Ianuarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 144. fol. 131; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 495. n. 82. ex mss. du Theil.* — « CVM SICVT EXHIBITA. »

4638. — *Laterani 23 Decembris.*
« Episcopo, preposito Magalonensibus, et priori sancti Firmini de Monte Pesulano Magalonensis diocesis. » Ipsis postulantibus, compositionem inter ipsos ex una parte et priorem et fratres ordinis Praedicatorum ex altera mediante (Conrado) Portuensi episcopo Apost. Sedis Legato amicabiliter initam, tam super ecclesia cum tribus tantum altaribus intra parrochiam sancti Firmini de Monte Pesulano a dictis fratribus construenda, quam super cimiterio ad opus eorumdem fratrum et conversorum suorum tantum habendo, et quibusdam aliis articulis, confirmat. Laterani X. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 147. fol. 131; Mém. de la Soc. archéol. de Montpellier V. 553. n. 29; Potthast append. 2094.*

n. 7127a-26105; Horoy H-i opp. omn. IV. 499. n. 83. — « Ea qve ivdicio. »

4639. — *Laterani 23 Decembris.*

« (Alberto) Massano episcopo. » Pro relevatione suae ecclesiae alieno aere nimium gravatae, concedit ei ut, nisi eadem ecclesia possit aliter a debitis liberari, hominibus sibi subditis ipsam a debito libertantes cum consensu capituli a servitiis in quibus tenentur liberare possit. Laterani X. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 151. fol. 132: Mss. Vallicell. I. 53.* — « Cvm sicvt asseris. »

4640. — *Laterani 23 Decembris.*

« Vniverso populo Massano. » Eos reprehendit quod se ab ecclesiae suae dominio damnabiliter subducentes ipsam possessionibus et rebus aliis spoliarunt, quare eis mandat ut praefatam ecclesiam ab onere debitorum, quibus, sicut Massanus episcopus coram Pontifice exposuit, gravatur, relevent, praeteritas offensas redimentes, alioquin sedes episcopalis ab eorum civitate in alium locum transferetur. Dat. ut supra (Laterani X. Kal. Ianuarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 152. fol. 132: Mss. Vall. I. 53.* — « Cvm sit maledictvs. »

4641. — *Laterani 23 Decembris.*

« Episcopo Massano. » Vt si cives Massani Papae praeceptum negligentes non relevent suam ecclesiam ab onere debitorum in reparationem iniuriarum eidem illatarum, ipse episcopalem sedem a Massana transferens civitate statuat eam in loco decenti ubi magis viderit expedire. Dat. ut supra (Laterani X. Kal. Ianuarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 153; fol. 132: Mss. Vall. I. 53.* — « Cvm sit maledictvs. »

4642. — *Laterani 23 Decembris.*

« (Stephano) Cantuariensi archiepiscopo sancte Romane Ecclesie Cardinali. » Vt H. monacho monasterii de Theokesberia super quibusdam falsis litteris ab eo traditis R. procuratori archidiaconi Gloverniae, quas ab Apostolica Sede vere datas credebat, dictis litteris penitus cassatis, poenitentiam competentem iniungat. Laterani X. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 162. fol. 134.* — « Constitvtvs in presentia. »

4643. — *Laterani 29 Decembris.*

« (Guillelmo) archiepiscopo Remensi. » Vt P(etro Ameii) archidiacono Narbonensi, latori praesentium, quem de consilio Fratrum suorum et Bituricensis archiepiscopi et episcopi Lingonensis, quos ad L(udovicum) regem Francorum pro negotio pacis et fidei dirigit, ad nobilem virum comitem Montis fortis destinat, de vicesima sua provideat in moderatis expensis, ita ut ipse ad dictum nobilem Papae valeat perferre mandata. Laterani IIII. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 149. fol. 132; Mss Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 744; Potthast 616. n. 7128; Horoy H-i opp. omn. IV. 501. n. 86.* — « Cvm dilectvm filivm. »

4644.

Abbati et conventui Cisterciensi Sermones, quos diversis temporibus habuit ad clerum populumque Romanum, in unum volumen ordinatos transmittit. Sine signo chronologico. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 240; Potthast 616. n. 7129: Horoy H-i opp. omn. IV. 491. n. 73, qui etiam edidit ipsos Honorii III. Sermones in op. c.* — « Aqvas nostras ivbemvr. »

4645.

Archiepiscopo Narbonae significat se a R(aimundo) filio quondam R(aimundi) comitis Tolosae recepisse litteras continentes, « quod est solemnes nuntios ad nostram praesentiam transmissurus. » Hortatur eum, det operam ut terra ita purgetur ab haereticis et ita ecclesiis fiat re-

stitutio ablatorum et cum A(malrico) comite Tolosano taliter componatur, « quod ad audiendos iam dicti nobilis nuntios aures apostolicas inclinare merito debeamus. » Sine signo chronologico. — *Vaissète Hist. de Languedoc III. p. 282; Potthast 616. n. 7130; Horoy H-i opp. omn. IV. 500. n. 85 (29 Decembris).* — « RECEPIMVS LITTERAS NOBILIS. »

4646.

(Nicolaum) Tusculanum episcopum, quem in terram comitis s. Aegidii ad praedicandum contra haeresin ibi pullulantem eamque extirpandam miserat a latere suo, qui autem laboravit « potius pro denariis colligendis » et scandalizavit plurimos in regno Franciae, revocat, mandans ei, ne de cetero legationis officio ingerere se praesumat. Sine nota chronologica. — *Schannat Vindem. I. 190; Potthast 616. n. 7133; Horoy H-i opp. omn. IV. 492. n. 75.* — « DIVVLGATA EST SATIS. »

[An. 1224]

4647. — *Laterani 2 Ianuarii.*

« Abbati et conventui Florensibus. » Decernit ut litterae apostolicae obtentae ab iis qui ab eorum ordine discedunt pro eorum in aliis locis receptione praesertim apud Cistercienses, nullae omnino habeantur, nisi de Florensi ordine ac interdicto huiusmodi mentionem fecerint. Laterani IIII. Non. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 168. fol. 135.* — « GRAVEM EX PARTE. »

4648. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« Abbati de Bordeleia Wigorniensis diocesis, et archidiacono Wigorniensi. » Moneant abbatem monasterii de Theokesbure ut H. monacho licentiam tribuat transeundi ad ordinem Cartusiensem qui est arctioris disciplinae, alioquin ipsi, si id a praedicto abbate denegetur, auctoritate apostolica postulatam licentiam concedant. Laterani III. Non. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. ep. 161. fol. 134; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « EXPOSVIT NOBIS H. »

4649. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« Abbati et conventui sancte Genovefe Parisiensibus. » Concedit eis ut quemadmodum gaudent indultu decimas percipiendi de laboribus suarum parrochiarum, ita exigendi decimas novalium infra easdem parrochias habeant facultatem. Laterani III. Non. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 164. fol. 135; Horoy H-i opp. omn. IV. 501. n. 87. ex mss. du Theil.* — « EX PARTE VESTRA. »

4650. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« Prelatis sub quorum potestate domus sancte Genovefe Parisiensis consistunt. » Ne in parrochianos et subditos dictarum domorum excommunicationis sententiam facilius fulminent, permissa abutentes potestate. Dat. ut supra (Laterani III. Non. Ianuarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 165. fol. 135.* — « CVM IN DAMPNVM. »

4651. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Abbati et conventui sancti Petri Flaviniacensibus. » Statutum, quod (Conradus) Portuensis episcopus tunc Apost. Sedis Legatus super solutione debitorum eorum monasterii ac quibusdam aliis fecit, confirmat. Laterani II. Nonas Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 202. fol. 141.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4652. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Priorisse ac monialibus de Stikiswald Cisterciensis ordinis. » Indulget ne decimas foeni et molendinorum, a quibus ante generale concilium fuerunt immunes, exhibere alicui teneantur. Laterani II. Non. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 167. fol. 135; Musaeum Brit. add. mss. 15352.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

4653. — *Laterani 4 Ianuarii.*
« Abbati et priori Reomensibus Lingonensis diocesis. » Mandat, ne uxorem ac familiam Hugonis militis crucesignati, qui in partibus transmarinis captivus detinetur, permittant contra statutum concilii generalis ab aliquo molestari, molestatoresque per censuram ecclesiasticam compescant. Laterani II. Non. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 239. fol. 150; Horoy H-i opp. omn. 502. n. 88 ex mss. du Theil.* — « CVM IN GENERALI. »

4654. — *Laterani 5 Ianuarii.*
« Episcopo Olenensi. » Auditis quae a magistro Iohanne de Benevento archidiacono Patracensi et a magistro Hugone scriptore Papae contra I. Patracensem archiepiscopum circa subtractionem Patracensis archidiaconatus proposita fuerunt coram G(regorio) sancti Theodori diacono Cardinali, quem Pontifex dederat partibus auditorem, mandat ut exequatur quod a Papa definitum fuit condemnando archiepiscopum Patracensem circa subtractionem et possessionem ipsius archidiaconatus favore dicti magistri Iohannis. Laterani Nonis Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 177. fol. 137.* — « CVM PRO DILECTO. »

4655. — *Laterani 5 Ianuarii.*
Magdeburgensi, Maguntino et Coloniensi archiepiscopis et eorum suffraganeis, et abbatibus, prioribus etc. per istorum provincias constitutis praecipit, ut illos, qui possessiones vel res monasterii Montis Sereni ord. s. Aug., quod ad Romanam ecclesiam nullo pertinet mediante, irreverenter invaserint etc., si laici fuerint, publice excommunicent, si vero clerici vel canonici regulares aut monachi, ab officio et beneficio suspendant. Laterani Nonis Ianuarii anno octavo. — *Chron. Montis Sereni ed. Mader 165 (ed. Mencken in Scr. rer. Germ. II. 283; ed. Eckstein 151); Potthast 617. n. 7134; Horoy H-i opp. omn. IV. 502. n. 89.* — « NON ABSQVE DOLORE. »

4656. — *Laterani 7 Ianuarii.*
« Capitulo Lunensi. » Vt praeposituram Lunensis ecclesiae, quam iam eorum episcopus obtinebat, conferant magistro Ildebrandino I(ohannis) tit. sanctae Praxedis Cardinalis clerico, alioquin praeposito sancti Georgii et priori sanctae Reparatae Lucanis dat litteris in mandatis ut in possessionem eiusdem ipsum inducant. Laterani VII. Idus Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 180. fol. 137.* — « ORDINATA CARITAS VNO. »
Illis scriptum est super eodem.

4657. — *Laterani 9 Ianuarii.*
« Sancti Galgani et sancti Eugenii abbatibus, et preposito de Casulis Senensi Wlterane diocesis. » Quoad preces abbatis et conventus monasterii de Insula vendendi quasdam possessiones minus utiles vel mutuum contrahendi pro solvendo praetio quorumdam bonorum immobilium, quae a quodam nobili viro emerunt, inquirant veritatem et Papae rescribant. Laterani V. Idus Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 169. fol. 135.* — « EX PARTE ABBATIS. »

4658. — *Laterani 9 Ianuarii.*
« (Iacobo) episcopo Suessionensi. » Vt in ecclesiis regularibus dioecesano ei iure subiectis, in quibus vel saeculares clerici vel laici cum maximo fidelium scandalo commorantur, statuat quod secundum Dominum fuerit statuendum, eique praeterea facultatem concedit absolvendi eos qui pro non soluta vicesima vel pro manuum iniectione in religiosas personas et saeculares clericos excommunicationis sententiam incurrerunt, dummodo et super facto vicesimae et passis iniuriam competenter satisfecerint. Laterani V. Idus Ian. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 171. fol. 136; Horoy H-i opp. omn. IV. 504. n. 90 ex mss. du Theil.* — « EX TVA INSINVATIONE. »

4659. — *Laterani 10 Ianuarii.*
« Abbati et conventui sancti Petri de Cella Trecensibus. » Concedit eis facultatem percipiendi decimas novalium eorum parrochiarum in quibus eis veteres sunt concessae, in ea portione in qua illas percipiunt. Laterani IIII. Idus Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 175. fol. 136.* — « Ivstis petentivm. »

4660. — *Laterani 11 Ianuarii.*
« Magistro A(ndreae) archiepiscopo quondam Lundensi et P(etro) episcopo Roskildensi. » Vt Lundensi electo palleum, quod per magistrum Alberum et Andream presbyterum mittit, quum munus consecrationis acceperit, tribuant, et fidelitatis iuramentum ab ipso Ecclesiae Romanae nomine recipiant. Laterani III. Idus Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 172. fol. 136; Mss. Vallicell. I. 53; Suhm Hist. af Danmark IX. 760; Liljegren Svenskt dipl. I. 232. n. 220; cf. Porthan Bullar. access. 15. n. 32; Potthast 617. n. 7135; Horoy H-i opp. omn. IV. 505. n. 91.* — « Dilecto filio Lvndensi. »

4661. — *Laterani 11 Ianuarii.*
« (Petro) electo Lundensi (*Ciron. Decr. Greg.* Lugdunensi). » Acceptis precibus (Andreae) Lundensis quondam archiepiscopi pro cessione archiepiscopatus, quum vota canonicorum Lundensium in ipsum tunc praepositum concorditer convenerint, mittit ei palleum per magistrum Alberum et Andream presbyterum eiusdem capituli nuntios ipsi sub certa forma tribuendum. Dat. ut supra (Laterani III. Idus Ianuarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 173. fol. 136; Mss. Vallicell. I. 53; Suhm Hist. af Danmark IX. 760; Liljegren l. c. 233. n. 221; Decret. H-i III. lib. I. tit. 5.* De elect. *c. 1 ed. Ciron. 32; Decret. Greg. IX. lib. I. tit. 6.* De elect. *c. 46. ap. Boehmer Corp. II. 73 (ad. a. 1222); ap. Richter Corp. II. 86; epit. ap. Neumann Hist. primat. Lundens. 169; cf. Porthan l. c. 16. n. 33; Potthast 617. n. 7136; Horoy l. c. n. 92; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. VI. c. 46. p. 90.* — « Cvm post petitam. »

4662. — *Laterani 11 Ianuarii.*
« Suffraganeis Lundensis ecclesie. » Vt Lundensi electo, cui palleum transmittit, quo post consecrationem debeat decorari, tamquam patri et pastori humiliter intendant eiusque monita observent. Dat. ut supra (Laterani III. Idus Ianuarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 174. fol. 136; Mss. Vallicell. I. 53; Suhm l. c. 761; Liljegren l. c. 234. n. 222; cf. Porthan l. c. n. 34; Potthast 617. n. 7137; Horoy l. c. 506. n. 93.* — « Cvm post petitam. »
In eundem modum scriptum est capitulo Lundensi. — *Reg. Vat. l. c.*

4663. — *Laterani 11 Ianuarii.*
« (Gaufrido) episcopo Ambianensi. » Contra M. et N. et alios Ambianenses canonicos de incontinentia aliisque vitiis accusatos, nisi Ambianensis decani correctionem admittant, ipse ad eorum correctionem auctoritate apostolica procedat. Laterani III. Idus Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 199. fol. 141; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Ex parte dilecti. »

4664. — *Laterani 12 Ianuarii.*
« Episcopo, decano et magistro M. canonico Lametensibus (*al.* Lamecensibus). » Vt abbatem Alcobatiae, priores et alios religiosos Vlixbonensis dioecesis moneant ad adiuvandum Vlixbonensem episcopum pro ecclesiastica libertate contra regiam potestatem laborantem. Lat. II. Idus Ian. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 185. fol. 139; Mss. Vallic. I. 53.* — « Cvm venerabilis frater. »

4665. — *Laterani 12 Ianuarii.*
« Episcopo, decano et cantori Lamecensibus. » Sententiam excommunicationis ab epi-

scopo Vlixbonensi latam in quosdam praelatos suae dioecesis, qui vel sectantur regalem curiam vel se aliis negotiis mancipando in ecclesiis suis non resident, confirmat, eisque mandat ut eam observari faciant. Laterani II. Idus Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 190. fol. 140; Mss. Vallicell. I. 53.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4666. — *Laterani 12 Ianuarii.*
« Illustri regi Legionensi. » Eum laudat quod episcopum Vlixbonensem aliosque praelatos pro ecclesiae libertate certantes regio favore prosequatur, eumque hortatur ut dictum episcopum habeat taliter commendatum quod huiusmodi auxilio suffultus ecclesiae causam ad finem exoptatum perducat. Laterani II. Idus Ian. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 192. fol. 140; Mss. Vallic. I. 53.* — « GRATVM GERIMVS ET. »

4667. — *Laterani 12 Ianuarii.*
« Abbati Alcobatie, ac prioribus et aliis religiosis Vlixbonensis diocesis. » Eos hortatur ut episcopum Vlixbonensem laborantem pro ecclesiastica libertate, quam regia potestas conculcare nititur, commendatum habeant, ita ut pro necessariorum defectu non cogatur huiusmodi causam indefensam relinquere. Dat. ut supra (Laterani II. Idus Ianuarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 193. fol. 140; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM FRATER NOSTER. »

4668. — *Laterani 12 Ianuarii.*
« Sancti Viviani Xantonensis (*in e. l.* Xanctonen.), et sancti Stephani de Mauritania Xantonensis diocesis prioribus, et cantori Engolismensi. » Reformationem monasterii sancti Iohannis Angeliacensis Xantonensis dioecesis, quod plurimum dissolutum et extraneum a regulari observantia dicitur, eisdem committit. Dat. ut supra (Laterani II. Idus Ianuarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 194. fol. 140; Mss. Vall. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 507. n. 94 ex mss. du Theil.* — « EX PARTE ABBATIS. »

4669. — *Laterani 12 Ianuarii.*
« Preposito, R. et I. archidiac. Suessionensibus. » Vt inquirant super eo quod exposuit abbatissa Iotrensis ecclesiae Meldensis dioecesis, videlicet quod presbyteri et clerici dictae ecclesiae, qui capitulum non constituunt, contra consuetudinem et in praeiudicium dictae abbatissae proprium sigillum habere contendunt, et si eis constiterit rem taliter se habere, dictis presbyteris et clericis expresse inhibeant, ne vel de novo sigillum fabricare vel uti eo, si forte noviter fabricarunt, praesumant. Laterani II. Idus Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 213. fol. 144; Decretal. H-i III. lib. 5. tit. 10* De excess. Praelat. *c. 2. ed. Ciron. 285; Decret. Gregorii IX. lib. 5. tit. 31.* De excess. Praelat. *c. 14. apud Boehmer Corp. II. 802 (an. 1225); ap. Richter Corp. II. 810; Potthast (absque signo chronologico) 675. n. 7845; Horoy H-i opp. omn. IV. 508. n. 95. ex mss. du Theil; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. tit. XXXI. c. XIV. p. 841.* — « DILECTA IN CHRISTO FILIA. »

4670. — *Laterani 13 Ianuarii.*
« Eidem (abbati sancti Sepulcri Aquependentis). » Vt prioratus et alias ecclesias monasterii sui in Tuscia et provincia consistentes visitet et reformet. Laterani Idibus Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 182. fol. 138; Mss. Vallic. I. 53.* — « TVA NOBIS DISCRETIO. »

4671. — *Laterani 13 Ianuarii.*
« Gerardo episcopo Tridentino (Cremonensi *Vghelli, Potthast, Horoy*). » Concedit ei ut cum metropolitani et capituli sui vel maioris et sanioris partis ipsius consensu, de possessionibus episcopalibus minus utilibus, si necessitas et utilitas eius exegerit,

praevia discretione infeudare, obligare, vendere et locare valeat: indulget quoque ut per se vel per nuntium non nisi de triennio in triennium visitare Sedem Apostolicam teneatur. Laterani Idibus Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 178. fol. 137; Vghelli Ital. sacra V. 604; Potthast 617. n. 7138, cf. append. 2094. ubi pro* ep. Cremonensi *corrigit* ep. Tridentino; *Horoy H-i opp. omn. IV. 508. n. 96.* — « DE PROVIDENTIA TVA. »

4672. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« Decano Vlixbonensi, priori Santarenensi, et magistro Pelagio regiis consiliariis et capitulo Vlixbonensibus. » Vt Vlixbonensi episcopo pro ecclesiastica libertate laboranti auxilium praestent, alioquin poenam, quam episcopus ipse propter hoc eis inflixerit, ratam habebit. Laterani Idibus Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 186. fol. 139; Mss. Vallic. I. 53.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

4673. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« Decano et priori Santarenensibus (*in e. l.* Santerenen.) ac magistro Pelagio canonico Vlixbonensi. » Vt litteras quas pro Vlixbonensi episcopo regi Portugaliae scribit, eidem regi praesentent, eumque, cuius ipsi sunt consiliarii, ad Pontificis mandatum adimplendum efficaciter inducant. Dat. ut supra (Laterani Idibus Ianuarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 187. fol. 139; Mss. Vallicell. I. 53.* — « DISCRETIONI VESTRE SVB. »

4674. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« Episcopo, decano et cantori Visensibus. » Vt observari faciant interdicti et excommunicationis sententias latas ab Vlixbonensi episcopo in quosdam praetores, alvaziles et maiordomos ac alios regis Portugalensis satellites, tam civitatis quam dioecesis Vlixbonensis, pro eo quod ad mandatum regium quasdam infringentes ecclesias et eorum bona exinde exportantes, « clericos sub introducendo mulierculas occasione cuiusdam regii statuti malitiose infamant. » Dat. ut supra (Laterani Idibus Ianuarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8 epist. 188. fol. 139; Mss. Vallicell. I. 53.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4675. — *Laterani 15 Ianuarii.*

« Episcopo, archidiacono, et cantori Trecensibus. » Ne abbas et conventus Pulterienses super debitis quae nec de conventus assensu, nec pro utilitate monasterii ab R. quondam abbate tamquam dissipatore contracta fuerunt, et ipsi iam ad Papae mandatum creditoribus satisfecerunt Romanis, praetextu litterarum ipsius R. molestentur. Laterani XVIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 179. fol. 137; Horoy H-i opp. omn. IV. 509. n. 97.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

4676. — *Laterani 15 Ianuarii.*

« Abbati sancti Sepulcri Aquependentis. » Vt, adiunctis sibi aliquibus viris religiosis quos ad hoc duxerit advocandos, in monasterio ipso tam personas quam locum, quod ipse asserit valde esse in spiritualibus deformatum, reformet. Laterani XVIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 181. fol. 137; Mss. Vallicell. I. 53.* — « TVA NOBIS DISCRETIO. »

4677. — *Laterani 15 Ianuarii.*

« Abbati sancti Severi, priori sancti Iuvenalis et Tebaldo canonico sancti Andree Vrbevetanis. » Monasterio sancti Sepulcri Aquependentis, si eiusdem utilitati expediat, facultatem vendendi aliquas possessiones in extenuationem debitorum concedant. Laterani XVIII. Kal. Febr. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 183. fol. 138.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

4678. — *Laterani 15 Ianuarii.*
Carissimis in Christo filiabus T. et S. illustribus reginis. » Vt eiiciant e castro de Alanguer eos qui nepotem et maiordomum Vlixbonensis episcopi ibi proditorie occiderunt, eique episcopo pro ecclesiae libertate certanti favorem et auxilium praestent. Laterani XVIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 191. fol. 140; Mss. Vallicell. I. 53.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4679. — *Laterani 15 Ianuarii.*
« G. Menendi cancellario illustris regis Portugallie, decano Vlixbonensi, et cantori Portugalensi ac Petro Iohannis, et Henrico Menendi consiliariis regis eiusdem. » Vt inducant regem Portugaliae ad satisfaciendum episcopo Vlixbonensi et ecclesiis ac aliis ecclesiasticis viris, quos, dampnabili patris sui exemplo, multipliciter gravat et fatigat. Laterani XVIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 220. fol. 145; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM DIVINA SCRIPTVRA. »

4680. — *Laterani 15 Ianuarii.*
Ecclesiam s. Mariae de Aquilar ordinis canon. s. Aug. tuendam suscipit omnesque eius possessiones nominatim recensitas confirmat. Laterani XVIII. Kal. Februarii indict. XI. (!) incarn. dom. anno 1218 (!) pont. anno octavo. — *Yepes Coronica III. app. 26; Potthast 617. n. 7139; Horoy H-i opp. omn. IV. 510. n. 98.* — « QVONIAM A NOBIS. »

4681. — *Laterani 15 Ianuarii.*
(Theobaldo) Rothomagensi archiepiscopo concedit ut cum nonnullis suae dioecesis clericis, qui ab aliis indebite ordinati sint, sed ob conversationis honestatem misericordia non indigni, dispenset et ad celebranda divina admittat. Laterani XVIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Bessin Conc. Rothomag. II. 46; Potthast 617. n. 7140; Horoy H-i opp. omn. IV. 512. n. 99.* — « CVM SICVT EX. »

4682. — *Laterani 16 Ianuarii.*
« (Stephano) archiepiscopo Cantuariensi sancte Romane Ecclesie Cardinali. » Vt magistrum Michaelem Scoti, qui inter litteratos alios dono viget scientiae singulari, infra provinciam suam provideat in beneficio, quod recipienti congruat et deceat providentem. Laterani XVII. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 170. fol. 135; Musaeum Brit. add. mss. 15352.* — « DE PROVISIONE DILECTI. »

4683. — *Laterani 16 Ianuarii.*
« Illustri regi Portugallie. » Arguit eum quod patrem suum imitatus Vlixbonensem episcopum eiusque ecclesiam multipliciter opprimit, eumque hortatur ut de damnis et iniuriis per se, per patrem suum aut eius ministros illatis competentem satisfactionem exhibeat, alioquin omni iure in ecclesiis privetur, et dat litteris in mandatis episcopo, archidiacono et magistro scholarum Auriensibus ut eum ad ea facienda per censuram ecclesiasticam compellant. Laterani XVII. Kal. Ianuarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 184. fol. 138; Mss. Vallicell. I. 53.* — « OPTAMVS FILI KARISSIME. »
Reg. Vat. addit: (Laurentio) episcopo, archidiacono et magistro scolarum Auriensibus scriptum est super eodem. Dat. ut supra.

4684. — *Laterani 16 Ianuarii.*
« Archiepiscopo Compostellano et suffraganeis eius. » Vlixbonensi episcopo pro ecclesiae libertate certanti, qui propter regis Portugalensis immanitatem exulare compellitur, in necessariis subveniant. Laterani XVII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 189. fol. 140; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM FRATER QVI. »

4685. — *Laterani 16 Ianuarii.*
Abbatem et conventum Vallis Gaudii Praemonstr. ord. Carnotens. dioec. cum omnibus bonis

adeptis et adipiscendis, specialiter autem possessiones a regibus Franciae et a Bartholomaeo de Boya eorum fundatore eis concessas sub b. Petri et sua protectione suscipit. Laterani XVII. Kal. Februarii anno octavo. — *Hugo Ann. Praemonstr. I. 576; Potthast 617. n. 7141; Horoy H-i opp. omn. IV. 512. n. 100.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4686. *Laterani 17 Ianuarii.*

« Episcopo Amachostano. » Inhibet ne, eo invito, loci metropolitanus in ecclesia sua beneficia vel praebendas conferre audeat, nisi forsan ad eius collationem secundum Lateranensis statuta concilii devolvantur, vel alias ius ipsa conferendi ad eundem pertineat. Laterani XVI. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 196. fol. 140.* — « TVE FRATERNITATIS DEVOTIO. »

4687. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Eidem. » Vt per censuras ecclesiasticas ad restitutionem cogere possit detentores bonorum ecclesiae suae, quae direpta fuerunt eo tempore quo de mandato Nicosiensis archiepiscopi metropolitani sui pro ecclesiarum regni Cypri negotiis apud Sedem Apostolicam morabatur. Dat. ut supra (Laterani XVI. Kal. Februarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 197. fol. 141.* — « EX PARTE TVA. »

4688. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Magistro et fratribus Hospitalis de Alto passu. » Compositionem inter eos ex parte una et (Gratiadium) episcopum et capitulum Pistorienses ex altera initam, super concessione Hospitalis de Rosaria cum pertinentiis suis a Metensi episcopo imperialis aulae cancellario eis facta, a F(riderico) Romanorum imperatore et Siciliae rege approbata, et ab ipso Honorio III. confirmata, ratam habet. Laterani XVI. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 214. fol. 144.* — « EA QVE IVDICIO. »

4689. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« Capitulo Pisano. » Vt magistro O. clerico R(omani) sancti Angeli diaconi Cardinalis praebendam, quam Pisanus archiepiscopus in eorum ecclesia obtinuit, eidem a Pontifice collatam, et cuius in possessionem per ipsum archiepiscopum inductus fuit, exhibeant, vel procuratorem ad Papae praesentiam destinent, eidem super iamdicta praebenda et fructibus ex eadem a tempore quo sibi fuit collata perceptis exhibiturus quod ordo dictaverit rationis. Laterani XV. Kalendas Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 195. fol. 140.* — « DILECTVS FILIVS MAGISTER. »

4690. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« Episcopo Paphensi. » Inhibet ne, eo invito, loci metropolitanus in ecclesia sua beneficia vel praebendas conferre audeat, nisi ei collatio devoluta sit secundum Lateranensis concilii statuta, vel alias ius ea conferendi ad eundem pertineat. Laterani XV. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 196. fol. 140.* — « TVE FRATERNITATIS DEVOTIO. »

4691. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« Episcopo et capitulo Nimotiensi (*in e. l.* Nimonensi). » Mandat, Rog. ecclesiae eorum clerico et assisio, qui in eadem per quindecim annos et amplius fideliter et devote servivit, in beneficio unde commode substentetur, provideant. Laterani XV. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 198. fol. 141.* — « QVI PERGRATA DEVOTIONIS. »

4692. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« Preposito et capitulo sancte Gertrudis ordinis sancti Augustini. » Vt in festo sanctae Gertrudis, non obstante quod post dominicam septuagesimae idem festum cocurrat, liceat eis *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis Deo* solempniter decantare.

Laterani XV. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 204. fol. 142; Mss. Vallicell. I. 53.* — « DEVOTIS PRECIBVS VESTRIS. »

4693. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« Eisdem. » Licentiam concedit habendi magistrum scolarum in eorum ecclesia, qui tam eius canonicos, quam alios clericos qui ad eius scolas convenire voluerint, valeat erudire. Dat. ut supra (Laterani XV. Kal. Februarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 205. fol. 142; Mss. Vallicell. I. 53.* — « SVPPLICASTIS NOBIS VT. »

4694. — *Laterani 19 Ianuarii.*

« Parisiensi archidiacono, et magistris P. de Collemedio capellano nostro Parisius commoranti et Alberico canonico Parisiensi. » Committit eis causam inter Lingonensem episcopum et Gilbertum, qui ab administratione monasterii sancti Benigni Divionensis ab eodem episcopo amotus fuerat, alio in suum locum substituto, quod nisi partes consenserint, causam ipsam sufficienter instructam ad Apostolicam Sedem remittant. Lat. XIIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 200. fol. 141.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

4695. — *Laterani 19 Ianuarii.*

« Eisdem. » Quoad causam inter episcopum Lingonensem et G(ilbertum), qui ab administratione monasterii sancti Benigni Divionensis amotus fuerat, quandam dirimant quaestionem de expensis quae ad tractationem causae occurrent. Dat. ut supra (Laterani XIIII. Kalendas Februarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 201. fol. 141.* — « PER VENERABILEM FRATREM. »

4696. — *Laterani 19 Ianuarii.*

« Abbati et fratribus monasterii Fossenove. » Ad exemplar Alexandri Papae statuit ut per territorium Pipernense usuaria silvae et pascuarum, sicut a quadraginta retro annis possident, quieta et libera habeant, iura et possessiones confirmat, eisque indulget ut liceat eorum silvam de Laureto excolere et ad excolendum aliis concedere. Laterani XIIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 217. fol. 145.* — « COMMODIS ET PROFECTIBVS. »

4697. — *Laterani 19 Ianuarii.*

Potestati et populo Firmanis mandat, ut Firmano episcopo in omnibus temporalibus ut temporali domino suo, et in spiritualibus ut pastori animarum suarum plenarie respondeant eidemque fidelitatis iuramentum praestent. Laterani XIV. Kal. Februarii anno octavo. — *Cronache della città di Fermo 348. n. 74; Potthast 617. n. 7142; Horoy H-i opp. omn. IV. 513. n. 101.* — « CVM OMNIS A. »

4698. — *Laterani 20 Ianuarii.*

« (Simoni) archiepiscopo Bituricensi. » Vicesimam suae ac Claromontensis et Lemovicensis dioecesum collectam et colligendam in subsidium Terrae Sanctae nec non quod in eisdem dioecesibus datum est pro redemptione votorum colligat, et penes ecclesiam sancti Victoris Parisiensem deponat; si qua tamen sunt penes monasterium Dolense deposita, prohibet ne huiusmodi mandati praetextu ex hiis sibi aliqua assignari faciat. Laterani XIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 203. fol. 141; Mss. Vallicel. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 745; Potthast 617. n. 7145; Horoy H-i opp. omn. IV. 514. n. 102.* — « FRATERNITATI TVE DE. »

4699. — *Laterani 20 Ianuarii.*

« Priori et conventui monasterii sancte Marie de Gualdo. » Inhibet ne eorum monasterium pro quarta decimarum praediorum Forinovi et Francevillae, praeter consuetum et debitum redditum quod vulgo stallum dicitur, aliquid ecclesiae Beneventanae persol-

vat. Lat. XIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 218. fol. 145.* — « Cvm sicvt ex. »

4700. — *Laterani 20 Ianuarii.*

Declarat se investivisse per vexillum Rainaldum Firmanum episcopum de comitatu Firmi etc. Laterani XIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Cronache di Fermo n. 75; cf. Potthast 617. n. 7143.*

4701. — *Laterani 20 Ianuarii.*

Fratres et sorores domus leprosorum de Bauco (Terbanck) ord. s. Aug. Leodiens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit et, cum eorum domus novella sit et nunquam habuerit priorem vel praelatum, abbati Villariensi Cisterc. ord. eiusdem dioc. indulget, ut eis tam in spiritualibus quam in temporalibus possit praeesse et praecipere. Laterani XIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Analectes p. s. à l'hist. eccles. de la Belgique VII. 321; Potthast 617. n. 7144.* « Ivstis petentivm desideriis. »

4702. — *Laterani 21 Ianuarii.*

« Vniversis Xpi fidelibus per regnum Datie constitutis. » Ad instantiam A(ndreae) quondam Lundensis archiepiscopi et Absolensis et Scariensis episcoporum, inspecto processu condito a P. Rosquildensi episcopo et abbate de Ervado Cisterciensis ordinis super vita et miraculis sanctae recordationis Wilelmi abbatis monasterii sancti Thomae quod dicitur de Paraclito, mandat ut illum inter sanctos Domini confessores venerentur. Laterani XII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 208. fol. 143; Mss. Vallic. I. 53; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 30-32; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 399; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 151. n. 17, et fragm. VI. 150. n. 16; Liljegren Svenskt dipl. I. 234. n. 223; Potthast 618. n. 7146; Horoy H-i opp. omn. IV. 514. n. 103.* — « Sacrosancta ecclesia divina. »

4703. — *Laterani 22 Ianuarii.*

« Chimensi episcopo, abbati de Milstat Salzburgensis diocesis et scolastico Frisingensi. » In causa inter archiepiscopum Salzburgensem ex parte una et abbatem et conventum sancti Lamberti Salzburgensis dioecesis ex altera, super libertate ipsius monasterii, auditis Warnerio praeposito de Solio ex parte archiepiscopi et Geroldo plebano de Pībe ex parte abbatis et conventus, procuratoribus ad Apostolicam praesentiam destinatis, committitur hiis ut inspiciant diligenter privilegium Paschalis Romani Pontificis et alia privilegia et instrumenta quae abbas et conventus sancti Lamberti super exemptione duxerint exhibenda eaque de verbo ad verbum transcripta ad Papam remittant, ac utrique parti ad comparendum terminum praefigant, interim eas ad concordiam inducant, quae eorum quieti creditur expedire. Laterani XI. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 207. fol. 142; v. Ankershofen Urk.-Regest. in Arch. f. Kunde österr. Gesch. — Quellen. XXII. 362. n. 798; cf. Meiller Reg. d. Salzb. Erzb. 536. n. 102; Potthast 618. n. 7147 (sine initio).* — « Orta inter venerabilem. »

4704. — *Laterani 22 Ianuarii.*

« Nobili viro Wilelmo marchioni Montisferrati. » Eum omnesque barones ac milites de Lombardia, Tuscia, Burgundia et aliis mundi partibus qui cum eo iter assument in Romaniam, una cum eorum terris et bonis omnibus in protectionem recipit, donec de reditu vel obitu eorum certissime cognoscatur. Lat. XI. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 247. fol. 151; Mss. Vallic. I. 53.* — « Vt propositvm evndi. »

4705. — *Laterani 22 Ianuarii.*

Praeposito, scolastico et thesaurario Naumburgensibus mandat, ut Q. militem, C. M. et quos-

dam alios laicos Misnensis dioc., qui in fratres monasterii Cellae s. Mariae manus violentas iniecerant, illos equis etc. privaverant, tamdiu excommunicatos publice nuntient, donec illis congrue satisfecerint. Laterani XI. Kal. Februarii anno octavo. — *Beyer Alt-Zelle 783. n. 923; cf. Potthast 618. n. 7147 a.*

4706. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Sancti Gildasii et Miseracensi abbatibus, et archipresbytero Exoldunensi Bituricensis diocesis. » Moneant archiepiscopum et capitulum Bituricenses ut iuxta Papae mandatum in canonicum recipiant magistrum Sanctium canonicum sancti Austregisilii, eique praebendam in eorum ecclesia conferant. Laterani X. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 206. fol. 142; Horoy H-i opp. omn. IV. 517. n. 104 ex mss. du Theil.* — « Ecclesiarvm vtilitatibvs non. »

4707. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Preposito et capitulo Loensibus Morinensis diocesis. » Custodiam capellae Loensis, quam ab ipsa sui fundatione ad eos pertinere asserunt, confirmat. Lat. X. Kal. Febr. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 209. fol. 143; Hollebeke Cart. de S. P. de Loo 48. n. 41; Potthast 618. n. 7148; Horoy l. c. 518. n. 105.* — « Ivstis petentivm. »

4708. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Abbatisse Iotrensi. » Si presbyteri et clerici Iotrensis ecclesiae, quum non sint capitulum, auctoritate propria et contra prohibitionem dictae abbatissae proprium sigillum fabricari fecerint aut habeant vel utantur eodem, quidquid super hoc ab eis temere praesumptum fuerit, nullius existere firmitatis decernit. Dat. ut supra (Laterani X. Kal. Februarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 210. fol. 144; Horoy H-i opp. omn. IV. 518. n. 106. ex mss. du Theil.* — « Ex parte tva. »

4709. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Officiali, magistro Iacobo et Eniorrando canonicis Laudunensibus. » Supplicante Iotrensi abbatissa, mandat ut moneant sacerdotes et clericos Iotrensis ecclesiae, inter quos magistrum G. de Grangia, ut ordines sacros recipiant ibique resideant, eosque si necesse fuerit per subtractionem beneficiorum ad id compellant, ipsique abbatissae permittant ut eorum beneficia, quorum collatio ad eam pertinet, personis idoneis conferat, qui in dicta ecclesia velint et valeant deservire. Dat. ut supra (Laterani X. Kal. Februarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 211. fol. 144; Horoy H-i opp. omn. IV. 519. n. 107. ex mss. du Theil.* — « Dilecta in Christo filia. »

4710. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Magalonensi episcopo. » Quum fere omnes parrochiales ecclesiae suae dioecesis sint valde tenues in redditibus, et ipse licentiam petiisset conferendi plures aliquibus de clericis suis, hoc ei concedit circa duos dumtaxat de suis clericis, ita tamen quod illorum utrique unam tantum ecclesiam huiusmodi licentiae auctoritate conferre possit. Dat. ut supra (Laterani X. Kal. Februarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 212. fol. 144; Horoy H-i opp. omn. IV. 520. n. 108 ex mss. du Theil.* — « Svpplicastis nobis vt. »

4711. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Abbati et conventui monasterii Fossenove. » Ad obviandum malitiae eorum de Piperno, de Terracina, de Sugnino (Sumnino) et de aliis locis circumstantibus, qui ripam fluminis et pontem in eorum monasterii praeiudicium devastant, statuit anathematis et centum librarum poenam contra eos qui id attemptare presumunt. Lat. X. Kal. Febr. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 216. fol. 144; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Pervenit ad avdientiam. »

4712. — *Laterani 23 Ianuarii.*
« Priori sancti Pauli de Argon, et preposito Cremensi, Pergamensis et Placentine diocesum. » Vt corrigant Albricum, Benvenutum, Octonem et Lanfrancum monachos monasterii de Aquanigra, qui, referente Simone eiusdem monasterii abbate, adulteria, fornicationes et alia enormia perpetrarunt. Laterani X. Kalend. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 221. fol. 145; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Dilectvs filivs Simon. »

4713. — *Laterani 23 Ianuarii.*
« (Galtero) archiepiscopo Senonensi et suffraganeis eius. » Vt abbatem et monachos sancti Germani de Pratis Parisienses, in quorum subditos ipsi ecclesiasticam censuram, non obstante quod idem monasterium exemptionis privilegio sit munitum, minus convenienter exercent, habeant commendatos. Laterani X. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 224. fol. 146.* — « Qvem admodvm scire. »

4714. — *Laterani 23 Ianuarii.*
Abbatem et conventum monasterii de Passelet Cluniac. ord. Glasguens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem terram quae dicitur Petglassy, possessiones et alia bona eis confirmat. Laterani X. Kal. Februarii anno octavo. — *Registrum monasterii de Passelet 421; Potthast 618. n. 7149; Horoy H-i opp. omn. IV. 520. n. 109.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

4715. — *Laterani 24 Ianuarii.*
« Iohanni Petri clerico. » Dispensat cum eo super defectu natalium, quum pater suus solutus eum genuerit de soluta, ita ut ad sacros ordines promoveri et ecclesiastica beneficia obtinere possit, ita tamen quod absque Sedis Apostolicae licentia speciali ad episcopalem non possit adscendere dignitatem. Lat. VIIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 219. fol. 145.* — « Eivs locvm cvivs. »

4716. — *Laterani 24 Ianuarii.*
« Canonicis sancti Andree Vercellensibus. » Supplicante G(uala) tituli sancti Martini presbytero Cardinali eorum ecclesiae fundatore, personas et locum in quo divino servitio sunt mancipati sub protectione recipit, statuens ut ordo canonicus secundum beati Augustini regulam iuxta dicti Cardinalis desiderium observent, possessiones, terras ab eodem Cardinali ipsis collatas in curia Vercellensi, castrum et villam Constantianam cum Villa ragla, nec non castrum et villam sancti Germani, et domos terras possessiones in castris et villis Veuroni et Carixiani et territoriis eorum confirmat, concessa ipsi Cardinali plenaria potestate disponendi tam spiritualiter quam temporaliter de ipsa ecclesia et bonis eius. Laterani VIIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 223a. fol. 146.* — « Cvm a nobis petitvr. »

4717. — *Laterani 25 Ianuarii.*
« Consulibus et populo Pipernensibus. » Quum quidam de eorum terra, de Terracina et de Sugnino aliorumque locorum circumstantium ripam fluminis et pontem demoliri praesumant in grave damnum et praeiudicium monasterii Fossae novae, mandat sub anathematis et centum librarum poena ne quis de cetero id attemptet. Laterani VIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 215. fol. 144; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Ad avdientiam nostram. »

4718. — *Laterani 25 Ianuarii.*
« De Marolio et de Bordelia prioribus, et archipresbytero de Biras Petragoricensis diocesis. » In causa inter cantorem et capitulum sancti Frontonis Petragoricen. contra decanum et L. archidiaconum Petragoricenses super nominatione P. Mosnerii

clerici et plurium aliorum in canonicos eiusdem ecclesiae, mandat hiis, moneant iudices a (Conrado) episcopo Portuensi Apost. Sed. Legato deputatos, inter quos abbas de Boscocavo se excusaverat, ut relaxent iuramentum ab eis impositum ut quatuor de omnibus nominatis tantumodo viginti librae annuae a capitulo conferrentur. Laterani VIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 227. fol. 147.* — « SIGNIFICARVNT NOBIS DILECTI. »

4719. — *Laterani 25 Ianuarii.*

Andreae abbati s. Mariae Aquilarensis annuit et praefatam ecclesiam de Aquilar ord. Praemonstr. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. Laterani VIII. Kal. Februarii indict. XI. (!) incarn. dom. anno 1223 (?) pont. anno octavo. — *Hugo Ann. Praemonstr. I. prob. 108; Potthast 618. n. 7150; Horoy H-i opp. omn. IV. 521. n. 110.* — « QVOTIES A NOBIS. »

4720. — *Laterani 26 Ianuarii.*

« Ambianensi episcopo. » Vt ab abbate sancti Fusciani, qui propter sui corporis molem et incurabilem aegritudinem et alia incomoda senectutis commissum sibi monasterium utiliter gubernare non valet, cessionem recipiat, et pro sua substentatione de bonis eiusdem monasterii eidem provideri faciat. Laterani VII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 223. fol. 146; Horoy H-i opp. omn. IV. 524. n. 111.* — « DILECTVS FILIVS ABBAS. »

4721. — *Laterani 26 Ianuarii.*

« Capitulo Cenomanensi. » Mandat ut I. archidiacono castri Libi et magistro I. de Roa archipresbytero de Sagonio Cenomanen. absentibus ab ecclesia propter praedicationem verbi crucis in provincia Turonensi, nihil de cotidianis distributionibus subtrahatur, alioquin noverint se iniunxisse abbati beatae Mariae de Iosaphat, officiali et magistro de Frescot canonico Cenomanensibus ut eos per censuras ecclesiasticas ad id compellant. Laterani VII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 225. fol. 146; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 7.* — « DILECTI FILII I. »

Illis scriptum est super eodem. — *Reg. Vat. l. c.*

4722. — *Laterani 26 Ianuarii.*

« (Angelo) episcopo Venetensi. » Quum ipse compellere moliretur abbatem et conventum Rivenses Venetensis dioecesis ut instituerent plures monachos in quibusdam suis prioratibus, in quorum singulis singuli monachi hactenus steterant, et pluribus facultates non suppetant eorundem, super quo Pontifex mandavit abbati sancti Albini Andegavensis et collegis eius ut de eorum facultatibus inquirerent, decernit, in prioratibus praedictis non posse singulos monachos commorari, etiamsi super hoc habeant rescriptum Apostolicum, nisi in illo fiat mentio de concilio lateranensi, « quia tenoris huiusmodi litteras ab Apostolica Sede non credimus emanasse. » Laterani VII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 233. fol. 149; Decret. H-i III. lib. 3. tit. 21.* De capell. monachorum *c. 2. ed. Ciron. 231; Decret. Gregorii IX. lib. 3. tit. 37* De capell. monachorum *c. 3. apud Boehmer Corp. II. 570 (an. 1220); Richter Corp. II. 585; Potthast 673. n. 7819 absque signo chronologico; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. III. tit. XXXVII. c. 3. p. 608.* — « EX PARTE TVA. »

4723. — *Laterani 26 Ianuarii.*

« Patriarche Gradensi, et priori sancte Marie in Ierusalem Castellane diocesis. » Vt ad ecclesiam Tarvisiensem accedant, et si utile eidem ecclesiae esse viderint, permittant (Tisoni) episcopo Tarvisiensi ut aliquas de possessionibus minus utilibus

vendere possit pro emptione aliarum possessionum in quodam castro principali dictae ecclesiae quod Asilo dicitur, una cum rocca quadam et villa dicto castro contigua, et etiam advocatia, quae pertinebat ad defunctum natum quondam Wercii eorum ecclesiae advocati. Laterani VII. Kal Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 253. fol. 153.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4724. — *Laterani 27 Ianuarii.*
« (Eberhardo) Salzburgensi archiepiscopo. » Eum laudat quod duas de novo in sua dioecesi ecclesias fecerit cathedrales, sed de alia in cathedralem erigenda, ut ipse per magistrum Guarnerium praepositum de Solio nuntium et procuratorem suum supplicavit, petit Papa ut causam qua ad hoc inducitur et alias circumstantias plenius explicet. Laterani VI. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 222. fol. 146; Mss. Vall. I. 53.* — « GAVDEMVS IN DOMINO. »

4725. — *Laterani 27 Ianuarii.*
« (Otakaro) illustri Regi Boemie. » Vt ecclesiae Wratislaviensis possessiones, in quibus sunt aurifodinae, a cl. mem. (Vladislao Henrico) marchione Moraviensi per violentiam olim detentas, et modo cum omnibus bonis dicti marchionis ad manus ipsius regis perventas, cum fructibus ex eis perceptis eidem ecclesiae et (Laurentio) ipsius episcopo restituat: meminit Pontifex, se, vivente praefato marchione, dedisse litteris in mandatis episcopo Cracoviensi, abbati de Andreow et I. scolastico Luciocensi Cracoviensis et Gnesnensis dioecesum ut marchionem saepedictum ad restitutionem earum possessionum compellerent. Laterani VI. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 226. fol. 147; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 37; Theiner Mon. Polon. I. 15. n. 33; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 154; Erben Reg. Bohem. I. 313; cf. Palacky Reise 23. n. 94 bis; Potthast 618. n. 7151; Horoy H-i opp. omn. IV. 524. n. 112.* — « OLIM VENERABILI FRATRE. »

4726. — *Laterani 27 Ianuarii.*
« (Vitali) archiepiscopo Pisano. » Concedat episcopo Lunensi, ut, si suae ecclesiae expedierit, super quibusdam castris ecclesiae Lunensis, quae bo. me. N. praedecessor suus ab A. et ab aliquibus aliis ad suas manus revocaverat, cum capituli sui assensu componere vel transigere possit. Laterani VI. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 229. fol. 147.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4727. — *Laterani 27 Ianuarii.*
« Abbati et conventui Fosse nove Cisterciensis ordinis. » Quasdam possessiones vel iura, in locis super quibus inter Terracinenses et Pipernenses hactenus agitata est quaestio, quam modo Papa duxit dirimendam, easque possessiones et iura propriis exprimit vocabulis, ipsis confirmat. Laterani VI. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 230. fol. 148.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4728. — *Laterani 27 Ianuarii.*
« Vniversis Christi fidelibus per Marchiam Stirie constitutis. » Quum plebani ecclesiarum de Marchia inter Alamanniam et Vngariam constituta, ad extirpandam pravam consuetudinem qua clerici a potentibus testamentum condere prohibebantur, ut hii eorum bona occuparent, quoddam hospitale ad opus pauperum, cui decedentes clerici relinquerent bona sua, construere coeperint, mandat ut ad consumationem hospitalis ipsius pias helemosinas tribuant. Laterani VI. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 232. fol. 148; Mss. Vallicell. I. 53.* — « QVONIAM VT AIT. »

4729. — *Laterani 28 Ianuarii.*
« Abbati monasterii de Reiddathgthusen Cisterciensis ordinis. » Mandat ut priori sui monasterii non solum licentiam concedat immo praecipiat et iniungat praedicationis officium in partibus Livoniae suscipere, ad quod episcopus Livonensis ipsum elegerat. Laterani V. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 228. fol. 147; Mss. Vallic. I. 53; Turgenevii Russ. Monim. I. 13. n. 13; Bunge Livl. UB. I. 60. n. 58; Potthast 618. n. 7153; Horoy H-i opp. omn. IV. 525. n. 113.* — « Cvm dilectvs filivs. »

4730. — *Laterani 28 Ianuarii.*
« Atheniensi et Thebano archiepiscopis et priori Dominici sepulcri Atheniensi. » Petente Loretensi episcopo, mandat ut compellant Nigripontensem episcopum ad bona ecclesiae Loretensis illi restituenda, a clericis et laicis Loretensis civitatis et dioecesis debitam obedientiam et reverentiam eidem exhibendam, et Graecum presbyterum vicarium dicti episcopi Nigripontensis a Loretensi dioecesi, quam dolosis circumventionibus a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis presbytero Cardinali Apost. Sedis Legato obtinuit, prorsus amoveant. Laterani V. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 237. fol. 149.* — « Venerabilis frater noster. »

4731. — *Laterani 29 Ianuarii.*
« (Roderico) archiepiscopo Toletano. » Mandat, compellat G. de Rodo Tutellanum sacristam ut restituat Guilelmo de sancto Germano capellano Pontificis praestimonium de Miranda quod Pontifex ipse, dum in minori erat officio constitutus, ab ecclesia Pampilonensi tenens eidem libere resignavit, et iam episcopo et archidiacono Ocxomensibus (*sic*) scripta apostolica direxit ut quilibet ipsius praestimonii et eius fructuum detentores ea omnia procuratori capellani praedicti sine qualibet difficultate resignarent. Laterani IIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 231. fol. 148.* — « Frvstra G. de Rodo. »

4732. — *Laterani 29 Ianuarii.*
« Archiepiscopis et episcopis presentem paginam inspecturis. » Proponentibus abbate et conventu sancti Rufi ordinis sancti Augustini, mandat ut eos qui votum religionis emiserunt, ad illud reddendum per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellant. Laterani IIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 235. fol. 149; Mss. Vall. I. 53.* — « Dilecti filii abbas. »

4733. — *Laterani 29 Ianuarii.*
« (Benedicto) episcopo Scarensi et (Petro) electo Lundensi. » Stragensem episcopum a clero et populo Vbsalensibus in eorum pastorem postulatum, supplicantibus quoque illustri rege Svetiae et eiusdem ecclesiae suffraganeis, mandat ut Vbsalensi ecclesiae in pastorem praeficiant. Dat. ut supra (Laterani IIII. Kal. Februarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 236. fol. 149; Celse app. 60. n. 22; Vastovius Vit. Aquil. 174 (V. Id. Febr.); item Liljegren Sveskt dipl. I. 237. n. 225, et Potthast 619. n. 7162, et Horoy H-i opp. omn. IV. 531. n. 121.* — « Intelleximvs qvod Vbsalensis. »

4734. — *Laterani 29 Ianuarii.*
« (Henrico) episcopo, abbati sancti Stephani et archipresbytero Bononiensibus. » Reclamante Mutinensi episcopo, mandat ut nullas declarent quasdam alienationes et donationes bonorum episcopatus Mutinensis a praedecessoribus suis sine consensu capituli factas, non obstante quodam statuto facto per laicos in Mutinensi civitate et moderatione ipsius, quod videlicet statutum ipsum ad alienationes praeteritas validum ad futuras vero invalidum haberetur, quum moderatores deputati pro suo moderati sint

arbitrio et praeter mentem (Hugolini) episcopi Ostiensis tunc Apost. Sedis Legati. Lat. IIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 244. fol. 151; Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 78. n. 749; Potthast 618. n. 7155.* — « VENERABILEM FRATREM NOSTRVM. »

4735. — *Laterani 29 Ianuarii.*

« Vniversis Christi fidelibus per regnum Datie et Svetie constitutis. » Visitantibus ecclesiam sancti Thomae de Paraclito, ubi S. Wilelmus, quem in sanctorum cathalogo adscripsit, abbas fuit et quiescit, a die solemnitatis suae usque ad octavum ipsius, indulgentiam quadraginta dierum concedit. Laterani IIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 264. fol. 158; Mss. Vall. I. 53; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 153; Liljegren Svenskt dipl. I. 236. n. 224; cf. Porthan Bullar. access. 17. n. 37; Potthast 618. n. 7154.* — « CVM SENSVS HOMINIS. »

4736. — *Laterani 29 Ianuarii.*

« Pataviensi capitulo et clero tam civitatis quam diocesis. » Vt proprio episcopo (Gebhardo), cui ex eo quod frater domus sanctae Mariae Theutonicorum fuerit, obedientia et reverentia a plerisque tam praelatis quam subditis denegatur, obediant. Laterani IIII. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 325. fol. 168; Mss. Vallicell. I. 53; Voigt Gesch. Preussens III. 572. n. 8; cf. Potthast append. 2094. n. 7154a-26107 (sine initio et germanice scripta).* — « DVDVM VOBIS RECOLIMVS. »

4737. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« (Waltero) episcopo Tornacensi. » Quoad preces Wal. militis suae dioecesis, qui, quum A. mulierem duxisset in uxorem ante concilium generale, et in subsidium Terrae Sanctae profectus et reversus, de violatione thori maritalis ipsam graviter infamatam invenisset, postulavit ut dissolveretur matrimonium quia in quinto gradu ipsum eadem mulier attingebat, mandat ut circa hoc exequatur debitum officii pastoralis. Laterani III. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 234. fol. 149.* — » PER TVAS NOBIS. »

4738. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« (Alferio) archiepiscopo et capitulo Surrentinis. » Compositionem inter ipsos ex una parte et monasterium Rubiliani ex altera circa monasterium sancti Renati, ad quam in Papae praesentia convenerant, relato eius tenore, confirmat. Laterani III. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 238. fol. 150.* — « CVM OLIM MONASTERIVM. »

4739. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« Abbati et conventui Venusinis. » Significantibus A. et priore Asculi eorum procuratoribus et monachis, quod ecclesia sancti Iohannis de Barulo sit prioratus et obedientia monachorum pro eorum vestibus deputata, mandat ut, si res ita se habet, ad ipsius ecclesiae collationem, quam ipse Pontifex fecit magistro de Traiecto imperialis aulae notario, Melfiensi episcopo super hoc executore concesso, non teneantur. Laterani III. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 268. fol. 159.* — « CVM RELIGIOSA LOCA. »

4740. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« (Hugoni) episcopo Lingonensi. » Mandat ut moneat abbatem et conventum monasterii sancti Benigni Divionensis suae dioecesis ad recipiendum W. monachum cupientem redire ad claustrum, a quo minus rationabiliter eiectus fuerat. Laterani II. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 240. fol. 150; Horoy H-i opp. omn. IV. 526. n. 114 ex mss. de Theil.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

4741. — *Laterani 31 Ianuarii.*
« Abbati et conventui sancte Genovefe Parisiensis. » Quum servientes regis Franciae Parisius decedentes consueverint apud eorum ecclesiam sepulturam eligere et sepeliri, inhibet ne quis eligentes apud eandem ecclesiam sepulturam contra eiusdem ecclesiae approbatam consuetudinem et antiquam in eorum praeiudicium ad sepulturam admittat. Laterani II. Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 244a. fol. 151; Horoy l. c. IV. 528. n. 116 ex mss. du Theil.* — « ECCLESIAM VESTRAM EO. »

4742. — *Laterani 31 Ianuarii.*
Priori et fratribus de Panzano dioc. Mutinensis, qui suis abutebantur privilegiis in Mutinensis episcopi praeiudicium, mandat ut infra mensem responsales idoneos ad sedem apostolicam mittant « exhibituri et recepturi quod ordo postulat rationis. » Laterani II. Kal. Februarii anno octavo. — *Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 79. n. 750; Potthast 618. n. 7156.* — « SICVT VENERABILI FRATRE. »

4743. — *Laterani 31 Ianuarii.*
R(aimundum) filium R(aimundi) quondam comitis Tolosani certiorem facit, se benigne recepisse G. vicecomitem Cavellicensem, B. de Avinione, P. Martin et magistrum G. eius nuntios illosque diligenter audivisse; simul ei significat, se in Franciae regnum et in Provinciam R(omanum) S. Angeli diaconum cardinalem ad reparanda damna legatum mittere, eumque hortatur, ut mandatis legati et monitis ad Dei et sedis apostolicae gratiam promerendam obtemperet. Laterani II. Kal. Februarii anno octavo. — *Vaissète Hist. de Languedoc III. pr. 283; Bouquet Rec. XIX. 745; Potthast 618. n. 7157; Horoy H-i opp. omn. IV. 527. n. 115.* — « VENIENTES AD APOSTOLICAM. »

4744. — *Laterani 31 Ianuarii.*
Baumburgensis monasterii privilegia et bona roborat. Laterani II. Kal. Februarii. (sine anno). — *Lang Regesta II. 140; cf. Potthast 619. n. 7158.*

4745. — *Laterani 1 Februarii.*
« Laudunensi episcopo. » Vt ecclesiam ordinis Praemonstratensis, convocatis aliquot de vicinis episcopis, solemniter dedicet, et indulgentiam quindecim dierum concedit omnibus qui in die vel infra octavas seu in anniversario dedicationis illuc devote convenerint. Laterani Kal. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 243. fol. 150; Mss. Vall. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 528. n. 117.* — « CVM DILECTI FILII. »

4746. — *Laterani 3 Februarii.*
« Magistro et fratribus Militie templi de Francia. » Confirmat eis singulas praebendas a Ph(ilippo) rege Franciae in Peronensi et sancti Quintini ecclesiis Noviomensis dioecesis eis donatas. Laterani III. Non. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 242. fol. 150; Horoy H-i opp. omn. IV. 529. n. 118 ex mss. du Theil.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

4747. — *Laterani 3 Februarii.*
« (Alferio) archiepiscopo Surrentino. » Non obstante compositione inita inter ipsum archiepiscopum et capitulum suum ex una parte, et P. de Atino abbatem Rubiliani Florensis ordinis ex altera, mandat ut idem archiepiscopus monasterium sancti Renati in prima sui ordinatione de monachis aliorum locorum dioecesis suae ordinare possit, proviso prudenter ut sic eidem monasterio consulatur, quod grave detrimentum alia non incurrant. Laterani III. Nonas Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 269. fol. 159.* — « CVM IVXTA FORMAM. »

4748. — *Laterani 3 Februarii.*
« (Thomae) archiepiscopo Strigoniensi. » Vt in causis, quas abbas et conventus sancti Martini in Pannonia habent super ecclesiis, decimis et rebus aliis adversus episcopum et capitulum Abrigiensem necnon adversus

Albensem et Vesprimiensem praepositos et capitula eorundem et quosdam alios, ab I(nnocentio) Papa ad diversos iudices commissis, iniungat dictis iudicibus ut infra festum Assumptionis beatae Mariae proximo futurum finaliter procedant, alioquin festum Omnium Sanctorum praefigant partibus terminum peremptorium ut coram Papa compareant. Laterani III. Non. Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 286. fol. 163; Theiner Mon. Hung. I. 43. n. 89; Mon. Hung. hist. Dipl. VI. 198; Potthast 619. n. 7159; Horoy H-i opp. omn. IV. 529. n. 119.* — « Dilecti filii abbas. »

4749. — *Laterani 5 Februarii.*

« Episcopo et capitulo Trecensibus. » Vt praebendam quae fuerat N. decani conferant Oddoni de Machiloñ clerico (Pelagii) Albanensis episcopi, iuxta litteras datas episcopo Trecensi praedecessori suo et mandatum executionis P(etro) de Colle Medio capellano Papae et S(tephano) de Columpna subdiacono ipsius Papae, alioquin dat litteris in mandatis abbati et priori sanctae Genovefae et magistro G. canonico Parisiensibus ut id exequentes, contradictores per censuram ecclesiasticam compellant. Laterani Nonis Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 246. fol. 151.* — « Nvper in ecclesia. »

Illis scriptum est super eodem.

4750. — *Laterani 5 Februarii.*

« Rectori et fratribus sancte Marie in Saxia. » Confirmat eis duas partes de quadam praebenda in ecclesia Carnotensi a bon. mem. episcopo Carnotensi de permissione Apostolica ad pauperum et infirmorum usum eorum hospitali concessa, praecipiens ne abbas et conventus sancti Iohannis de Valleia Carnotensis dioecesis super his duabus partibus huiusmodi praebendae eos molestent. Laterani Nonis Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 252. fol. 153; Horoy H-i opp. omn. IV. 530. n. 120 ex mss. du Theil.* — « De radice procedere. »

4751. — *Laterani 6 Februarii.*

« Abbati et conventui sancti Petri de Burgo. » Decimas de quibusdam eorum maneriis hospitalitati monasterii ab ipsis deputatas, et a Lincolniensi episcopo loci dioecesano confirmatas, adprobat. Laterani VIII. Idus Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 245. fol. 151; Musaeum Britann. Add. mss. 15354.* — « Ivstis petentivm. »

4752. — *Laterani 6 Februarii.*

« (Norandino) episcopo Veronensi. » Vt clericos concubinarios suae dioecesis a sententia excommunicationis quam (Hugolinus) Hostiensis episcopus tunc Apostolicae Sedis Legatus in eos promulgavit, absolvere possit. Laterani VIII. Idus Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 315. fol. 167; Biancolini Serie dei Vescovi di Verona 86. n. 11; Potthast 619. n. 7160.* — « Ex parte clerici. »

4753. — *Laterani 7 Februarii.*

« (Octoni) archiepiscopo Ianuensi et suffraganeis eius. » Vt hortentur subditos suos ad transeundum cum Wilelmo marchione Montisferrati in succursum regni Thesalonicensis ad eum haereditario iure pertinentis, cum id toti Constantinopolitano imperio et negotio Terrae Sanctae grandem utilitatem afferre possit. Laterani VII. Idus Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 248. fol. 151; Mss. Vall. I. 53.* — « Clara dilecti filii. »

Reg. Vat. addit.: In eundem modum scriptum est (Gualtero) Lucano episcopo.

In e. m. (Anselmo) archiepiscopo Lugdunensi et suffraganeis eius.

In e. m. (Henrico) archiepiscopo Mediolanensi et suffraganeis eius.

In e. m. (Simeoni) archiepiscopo Ravennati et suffraganeis eius.

In eundem modum (Norandino) episcopo Lunensi.

In e. m. (Vitali) archiepiscopo Pisano.

In e. m. (Norandino) episcopo Veronensi.

In e. m. (Obizzoni) episcopo Parmensi.

In e. m. (Martino) episcopo Aretino.

In e. m. (Bernardo) archiepiscopo Ebredunensi et suffraganeis eius.

In e. m. (Raimundo) archiepiscopo Aquensi et suffraganeis eius.

In e. m. (Hugoni) archiepiscopo Arelatensi et suffraganeis eius.

In e. m. (Bertholdo) patriarche Aquilegensi et suffraganeis eius.

In e. m. episcopo Agniciensi.

In e. m. (Gerardo) archiepiscopo Bisuntino et suffraganeis eius.

In e. m. (Iohanni) episcopo Florentino.

In e. m. (Iordano) episcopo Paduano.

In e. m. (Iohanni? Herluino?) archiepiscopo Tarantasiensi et suffraganeis eius.

In e. m. (Gilberto) episcopo Vicentino.

4754. — *Laterani 7 Februarii.*

« Imperatori Constantinopolitano illustri. » Commendat ei Wilelmum marchionem Montisferrati qui ad succursum Thesalonicensis regni iure sibi haereditario pertinentis se accingit, cui ipse Papa quindecim milia marcarum argenti ministravit de pecunia Terrae Sanctae, quia eius ad partes illas accessus magnifice corroborabit statum totius imperii Romaniae, quod Deus e Graecorum schismate tradidit in manibus Latinorum, et etiam ipsi Terrae Sanctae id constat non modicum expedire, eique mandat ne usque ad eius adventum exponat bellorum discriminibus gentem suam. Laterani VII. Idus Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 249. fol. 152; Mss. Vallicell. I. 53.* — « REX REGVM ET. »

In eundem modum Vberto comiti de Blanderet. — *Reg. Vat. l. c.*

4755. — *Laterani 7 Februarii.*

« Decano et capitulo sancti Severini Burdegalensibus. » In causa super institutione canonicorum regularium, quam in eorum ecclesia facere praetendebat ecclesia sancti Andreae Burdegalensis; exposito quod actum fuit coram bo. me. W. archiepiscopo Burdegalensi et Lemovicensi episcopo auctoritate Lucii Papae, et a bo. me. Helia Burdegalensi archiepiscopo ex mandato Clementis Papae; facta mentione de litteris super hoc a se datis ad abbatem sancti Iohannis Angliacensis, de sententia a cantore Petragoricensi eiusque collegis favore ecclesiae sancti Severini pronunciata, et de appellatione ab huiusmodi sententia et litteris Apostolicis ad abbatem Planae Silvae suosque collegas; tandem, quum a partibus in A. Bigurritanum et G. Covennarum episcopos compromissum fuerit, qui dixerunt super statu canonicorum regularium in ecclesia sancti Severini reformando vel etiam faciendo ab ecclesia sancti Andreae non movendam esse quaestionem, horum arbitrium a partibus acceptatum Pontifex confirmat. Laterani VII. Idus Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 285. fol. 162.* — « EA QVE PRO ECCLESIARVM. »

4756. — *Laterani 7 Februarii.*

« Episcopo Egitaniensi (*Potth.* Egitanensi). » Nuntiat se processus Io. Iohannis Colimbriensis et Barthōi Egitaniensis canonicorum nec non decani Civitatensis et coniudicum ab Apostolica Sede delegatorum et quaecumque secuta sunt ex eis vel ob eos in causa quae inter ipsum et Colimbriensem episcopum super limitatione dioecesum ac rebus aliis vertitur, iudicasse irrita et condemnasse Colimbriensem antistitem in expensis. Laterani VII. Idus Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 287. fol. 163; Decret. H-i III. lib. I. tit. 22* De procurat. *c. I. ed. Cironius 83; inter Decret. Greg. IX. lib. I. tit. 38* De procurat. *c. 8.*

apud Boehmer Corp. II. 197 (an. 1220); apud Richter Corp. II. 208; Potthast 666. n. 7736 absque signo chronologico; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. t. XXXVIII. c. VIII. p. 216. — « AVDITIS ET INTELLECTIS. »

4757. — *Laterani 8 Februarii.*
« Nobili viro comiti Alamanno. » Pactionem inter eum et Wilelmum marchionem Montisferrati, quod videlicet ipse comes debeat ire cum eo in Graeciam cum duabus navibus et totidem galeis ac certo numero bellatorum, et marchio praedictus debeat in illis partibus ei dare centum militias seu centum feuda militaria vel mille marcas argenti, si forte non posset ipsas militias dare, confirmat, et suam eiusque sociorum personas ac bona sub beati Petri patrocinio suscipit. Laterani VI. Idus Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8 epist. 250. fol. 152; Mss. Vall. I. 53.* — « DILECTVS FILIVS NOBILIS. »

4758. — *Laterani 8 Februarii.*
« Nobili viro G(aufrido) de Villa Arduini principi Achaie. » Vt Wilelmo marchioni Montisferrati auxilietur ad defensionem regni Thesalonicensis et specialiter castri Bondonitiae : « speramus enim quod marchio sepedictus cum tanto transibit exfortio, quod coniunctis viribus eius et tuis divino preeunte auxilio taliter humiliabuntur scismatici Romanie, quod de cetero contra Romanam Ecclesiam vel Latinos erigere calcaneum non presument. » Dat. ut supra (Laterani VI. Idus Februarii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 251. fol. 153; Mss. Vall. I. 53.* — « AD SVBVENTIONEM IMPERII. »

In eund. mod. scriptum est nobili viro O. de Rocca domino Athenarum. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. nobilibus viris dominis Nigripontis. — *Reg. Vat. l. c.*

4759. — *Laterani 8 Februarii.*
« Electo Esculano, priori sancti Ylarii, Esculane diocesis, et Conrado canonico Esculano. » Quoad litem B. civis Spoletani contra quondam B. concivem suum, super quadam pecuniae summa et rebus aliis, quae tempore Innocentii Papae (III) ad diversos iudices processit, et tandem ipse Pontifex Barensem archiepiscopum tunc capellanum suum dedit partibus auditorem, in qua causa dictus capellanus sententiam promulgavit; quia tamen pars, contra quam sententia lata est, partem aliam coram iudicibus saecularibus multipliciter inquietat, mandat, ut factum remittant Apostolicae Sedi et partibus terminum coram Papa comparendi praefigant. Laterani VI. Idus Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 260. fol. 154.* — « B. CIVIS SPOLETANVS. »

4760. — *Laterani 8 Februarii.*
« Petro de Areolis precentori Aquensi. » Ecclesias de Salellis et de Alancione a Legatis Apostolicae Sedis ipsi ob devota obsequia collatas, confirmat. Laterani VI. Idus Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 311. fol. 166.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

4761. — *Laterani 9 Februarii.*
« Episcopo Venetensi. » Vt monachos sibi lege dioecesana subiectos, postquam per annum gestaverint habitum monachalem, regulam quoque secundum formam ordinis profiteantur, « cum habitus nequaquam monachum faciat, set professio potius regularis. » Laterani V. Idus Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 255. fol. 153; Decretal. H-i III. lib. 3. tit. 17* De regular. *c. 4 ed. Cironius 218; inter Decretal. Gregorii IX. lib. 3. tit. 31* De regular. *c. 22. ap. Boehmer Corp. II. 593 (an. 1224); apud Richter Corp. II. 556; Potthast 673. n. 7811 (absque signo chronologico); Friedberg Corp. Iur. Canon. II. lib. III. t. XXXI. c. XXII. p. 578.* — « EX PARTE TVA. »

4762. — *Laterani 9 Februarii.*
« Vniversis prelatis et clericis civitatis et diocesis Veronensis. » Vt subveniant (Norandino) episcopo Veronensi in expensis ab eo factis pro monasterio sancti Zenonis Veronensis. Laterani V. Idus Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 270. fol. 159; Biancolini Serie dei Vescovi di Verona 85. n. 10; Potthast 619. n. 7161.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4763. — *Laterani 10 Februarii.*
« Archiepiscopis et episcopis per regnum Francie constitutis. » Ne abbatem et conventum sancti Benedicti Floracenses Aurelianensis dioecesis, qui ad Sedem Apostolicam nullo medio pertinent, et personas sibi subditas indebitis excommunicationis sententiis contra eorum privilegium molestent. Laterani IIII. Idus Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 256. fol. 153-154.* — « SOLET INTERDVM PENA. »

4764. — *Laterani 10 Februarii.*
« (Guilielmo) Remensi archiepiscopo. » Vt causam inter Ambianensem et Morinensem episcopos super subiectione monasterii Caricampi, quae iam abbati sancti Auberti et suis coniudicibus a Sede Apostolica olim commissa fuit, quum a dictis episcopis, quorum metropolitanus existit, requisitus fuerit, audiat et decidat, interim autem molestari ab episcopo Morinensi praenominatum monasterium occasione huiusmodi non permittat. Laterani IIII. Idus Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 258. fol. 154.* — « BONE MEMORIE AMBIANENSI. »

In eundem modum scriptum est Morinensi episcopo, ut de iure suo contra Ambianensem episcopum et non contra monasterium coram dicto metropolitano experiri possit, et interim, lite pendente, memoratum monasterium non molestet.

4765. — *Laterani 10 Februarii.*
« (Rainaldo) archiepiscopo Lugdunensi, et abbati Belleville Lugdunensis diocesis. » Mandat ut statutum C(onradi) episcopi Portuensis tunc Apost. Sedis Legati, quod maior archidiaconus Viennensis (in Gallia) in eadem ecclesia post praepositum primum stallum in choro et capitulo habeat ut persona, et in omnibus aliis post decanum, praepositum et cantorem praeminentem obtineat dignitatem, observari faciant. Laterani IIII. Idus Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 320. fol. 168; Horoy H-i opp. omn. IV. 566. n. 153 ex mss. du Theil.* — « SIGNIFICAVIT NOBIS DILECTVS. »

4766. — *Laterani 10 Februarii.*
Rectori S. Iohannis de hospitali Mutinensi scribit de conquestione Mutinensis episcopi, quod praetextu exemptionis animarum parochianorum in civitate Mutinensi, eodem irrequisito episcopo, curam gerat eique obedientiam debitam deneget. Laterani IV. Id. Februarii anno octavo. — *Tiraboschi Mem. Moden. IV. Cod. dipl. 79; cf. Potthast 619. n. 7163.*

4767. — *Laterani 11 Februarii.*
« Abbati et conventui de Rameseia. » Quum ipsi teneantur pluribus clericis de eorum camera solvere annuas pensiones, donec eis provideant de ecclesiastico beneficio competenti, concedit ut de cetero illis qui oblatam competentem provisionem renuunt recipere, non cogantur promissas solvere pensiones. Laterani III. Idus Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 254. fol. 153.* — « EX PARTE VESTRA. »

4768. — *Laterani 11 Februarii.*
« Abbati et conventui sancti Benedicti Floriacensibus. » Quum causa contra ipsos mota esset a b. m. Manasse episcopo Aurelianensi super quadam procuratione, quam sibi exhiberi petebat, et tandem inspectis privilegiis et aliis rationibus a mota super hoc

destitisset quaestione, Pontifex factum dicti episcopi confirmat, referens super hoc litteras illius datas anno MCCX. Laterani III. Idus Febr. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 257. fol. 154.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4769. — *Laterani 12 Februarii.*

« Priori et conventui sancte Marie in Portu Ravennati. » Initam concordiam inter ipsos ex una parte et archiepiscopum et capitulum Ravennates ex altera, super subiectione dictae ecclesiae sanctae Mariae, in qua T(homam) (*Horoy leg.* I.) tituli sanctae Sabinae presbyterum cardinalem ipsi archiepiscopo et L. ac P. Ravennatis ecclesiae sindicis Papa dederat auditorem, confirmat, et concordiae tenor refertur. Laterani II. Idus Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 262. fol. 156; Mss. Vall. I. 53; Fantuzzi Mon. Ravenn. II. 198. n. 105; Potthast App. 2094. n. 7164a-26108; Horoy H-i opp. omn. IV. 532. n. 122.* — « CVM INTER VOS. »

In eundem modum archiepiscopo Ravennati. — *Reg. Vat. l. c.*

4770. — *Laterani 13 Februarii.*

« (Gaufrido) Ambianensi episcopo. » Vt abbates, priores, et alios regulares et saeculares clericos dioecesano ei iure subiectos, qui in excommunicationis sententiam inciderant ex eo quod vicesimam vel statutis terminis vel integre non solverunt, quorum quidam postmodum celebrarunt, quidam vero ad sacros ordines sunt promoti, absolvere sub certis conditionibus valeat, dummodo tamen quoad vicesimam integre satisfaciant. Laterani Idibus Februarii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 272. fol. 159.* — « EX TVA INSINVATIONE. »

4771. — *Laterani 14 Februarii.*

« (Sinibaldo) episcopo Auximano. » Quod a P. subdiacono et notario Papae et Apostolicae Sedis Legato factum est, super cassatione statuti a civibus Auximanis editi in subversionem ecclesiasticae libertatis, confirmat. Laterani XVII. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 271. fol. 159; Mss. Vallicell. I. 53; Compagnoni Mem. di Osimo V. 49. n. 27; Potthast Append. 2094. n. 7165a.-26109.* — « CVM OLIM CIVES. »

4772. — *Laterani 15 Februarii.*

« P(etro) Lundensi archiepiscopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. » Ad exemplar Adriani Papae et vestigiis quoque inhaerens aliorum Summorum Pontificum Alexandri, Lucii, Vrbani, Clementis, Celestini et Innocentii, eius primatum in regno Svetiae confirmat; mandat ut ipse palleum ab Apostolica Sede accipiens, id archiepiscopo Vbsalensi tradat, qui ei ut primati ubidientiam et reverentiam praestare debeat, exempla referens Stephani Vbsalensis archiepiscopi qui ab Eschillo archiepiscopo Lundensi tempore Alexandri PP., eo praesente, Senonis ratione iamdictae institutionis gratiam consecrationis accepit, et I(ohannis) et P(etri) ac O(lavari) pariter Vbsalensium archiepiscoporum, quos Absolon Lundensis archiepiscopus consecravit. Laterani per manum magistri Guidonis dñi Pape capellani et notarii XVI. Kal. Martii indictione XII. Incarnationis dominice anno MCCXXIII (*sic*) Pontificatus vero dñi Honorii PP. III. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 263. fol. 157; Mss. Vall. I. 53; Liljegren Svenskt dipl. I. 194. n. 172; Potthast 619. n. 7165.* — « IN EMINENTI APOSTOLICE SEDIS. »

4773. — *Laterani 16 Februarii.*

« Pelagio dicto Serotino presbytero. » Ipsi interroganti quid agere debeat eo quod in quodam conflictu contra inimicos crucis ac blasphemas nominis christiani aliquos percussit et irregularitatem propter hoc se metuit incurrisse, respondet, quod, si de in-

terfectione cuiusquam conscientia eum remordet, a ministerio altaris reverenter abstineat. Laterani XV. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 265. fol. 158; Decret. H-i III. lib. 5. tit. 6* De homic. *c. 4. ed. Cironius 279; Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 12* De homic. *c. 24. apud Boehmer Corp. II. 767 (an. 1206); Richter Corp. II. 774; Potthast 675. n. 7840 absque signo chronologico; Friedberg Corp. Iur. Canon. II. lib. V. tit. XII. c. XXIV. p. 803.* — « PETITIO TVA NOBIS. »

4774. — *Laterani 16 Februarii.*

« A(ndreae) quondam Lundensi archiepiscopo. » Concedit ei potestatem absolvendi illos de sua speciali familia et qui fundos Lundensis ecclesiae pro sua provisione ipsi assignatos inhabitant, si aliquando inciderint in canonem promulgatae sententiae, et conferendi personis idoneis beneficia in dictis fundis consistentia, quum vacabunt. Laterani XV. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 267[2]. fol. 158; Liljegren Svenskt dipl. I. 238. n. 226; cf. Porthan Bull. access. 17. n. 38; Potthast 619. n. 7166; Horoy H-i opp. omn. IV. 535. n. 123 (15 Febr.).* — « MERITA TVE PROBITATIS. »

4775. — *Laterani 16 Februarii.*

« Eidem (Nicolao episcopo Regino). » Ad exemplar Celestini Papae Curtem novam, quam ab abbate sancti Sixti de voluntate et assensu fratrum suorum est adeptus, confirmat. Laterani XV. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 275. fol. 159.* — « CVM A FRATRIBVS. »

4776. — *Laterani 16 Februarii.*

« (Obizzoni) Parmensi episcopo, et abbati de Columba Cisterciensis ordinis Placentine diocesis, et magistro S. canonico Parmensi. » Vt ad civitatem Papiensem personaliter accedant, et cives, qui ob enormia delicta in ecclesiam, episcopum et clericos patrata excommunicationis et interdicti sententiis perculsi fuerunt, quum in (Guilielmi) Mutinensis episcopi manibus iuraverint se mandatis apostolicis esse parituros, postquam in eorum manibus simile fecerint iuramentum ac deinde de damnis datis ecclesiis et vicinarum dioecesum terris in quibus iurisdictionem obtinet episcopalem, satisfactionem impenderint, absolvant. Laterani XV. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 279. fol. 161; Mss. Vallicell. I. 53.* — « IMPIETATIS IMMANITAS QVAM. »

4777. — *Laterani 17 Februarii.*

« Magistro Tancredo canonico Bononiensi. » Quum communitas Cerviensis statutum fecerit et etiam iuramento firmaverit ne quis de dicta communitate possit testimonium dicere contra illam, mandat ab huiusmodi statuto et iuramento absolvi eos, quos (Simeon) archiepiscopus Ravennas produxerit in causa super iurisdictione Cerviensis civitatis et rebus aliis, quam cum praedicta communitate habet. Laterani XIIII. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 266. fol. 158; Mss. Vallic. I. 53.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4778. — *Laterani 17 Februarii.*

« Priori Camaldulensi. » Vt abbatem monasterii de Berardingis, quod ad suum coenobium pertinet, a vinculo quo tenetur eidem monasterio absolvat, ut Albarensis monasterii regimen, ad quod electus est, suscipiat. Dat. ut supra (Laterani XIIII. Kal. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 267[1]. fol. 158; Mittarelli Annal. Camald. IV. app. 430; Potthast 619. n. 7167; Horoy H-i opp. omn. IV. 536. n. 124 (16 Febr.).* — « CVM NVPER MONASTERIO. »

4779. — *Laterani 17 Februarii.*

« (Nicolao) episcopo Regino. » Ei proponenti respondet, ad exemplar fel. rec. Alexandri Papae, ut si qui clerici de alienis episcopatibus in ecclesiis suae iurisdictionis sine

conscientia et assensu suo sunt vel fuerint in posterum instituti, ipsi liceat eos removere, nisi aliquos ex hiis ex dispensatione in eisdem ecclesiis duxerit dimittendos. Laterani XIIII. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 274. fol. 159; Decret. H-i III. lib. I. tit. 12* De clericis Peregrinis *c. I. ed. Cironius 52; Decret. Greg. IX. lib. I. tit. 22* De clericis peregr. *c. 4. apud Boehmer Corp. II. 132 (an. 1220); Richter Corp. II. 144; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. XXII. c. IV. p. 149. Potth. 647. n. 7512-b absque signo chronologico.* — « TE NOBIS PROPONENTE. »

4780. — *Laterani 17 Februarii.*

« Episcopo et preposito Grossetanis. » Quum abbas monasterii de Berandirgis (*alibi* Berardingis) in abbatem monasterii Albarensis electus propter paupertatem eiusdem monasterii ad Sedem Apostolicam accedere nequeat pro confirmationis munere obtinendo, mandat ut de huiusmodi electione inquirant, et si canonice factam invenerint, confirment eam, alioquin, ea iustitia exigente cassata, per electionem canonicam praedicto monasterio de alia persona provideant. Laterani XIIII. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 284. fol. 162.* — « SIGNIFICANTIBVS DILECTIS FILIIS. »

4781. — *Laterani 17 Februarii.*

« Episcopo, et Andree Bononiensibus et magistro B. Pratensi Bononie commoranti canonicis. » Cogant cives Cervienses, qui cum M. et I. quondam clericis ecclesiae Ravennatis coniurationem fecerunt contra archiepiscopum Ravennatem et ad haec celanda se adstrinxerunt vinculo iuramenti, ut absolvant ab huiusmodi vinculo illos quos idem archiepiscopus ad testimonium duxerit producendos. Lat. XIIII. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 323. fol. 168; Decret. H-i III. lib. 2. tit. 13* De testibus cogen. *c. 3. ed. Cironius 137; inter Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 21* De testibus cogen. *c. 11. apud Boehmer Corp. II. 318 (an. 1220); Richter Corp. II. 232; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. XXI. c. XI. p. 344; Potthast 668. n. 7762 absque signo chronologico.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4782. — *Laterani 17 Februarii.*

« Priori et conventui de Pritewellis Cluniacensis ordinis. » Collationem ecclesiae de Canewedun̄ ab eis factam Iohanni de donpno Martino, non obstante quod eadem ecclesia a G. Londoniensi episcopo in usus proprios pro susceptione hospitum et aliis charitatis operibus exercendis ipsis concessa fuerit, confirmat. Laterani XIIII. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 360. fol. 174.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4783. — *Laterani 19 Februarii.*

« Episcopis et capitulis Nicosiensis provincie. » Nicosiensi archiepiscopo significante, mandat ut, quum inter dictum archiepiscopum et ipsos nomine ecclesiarum ex parte una, et (Alicem) reginam et regem natum eius et barones Cypri ex altera, compositio inita fuerit, qua proventus ecclesiarum sunt augmentati, canonicorum et aliorum servitorum numerum augeant. Laterani XII. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 276. fol. 160; Mss. Vallicell. I. 53; Mas Latrie Hist. de Chypre II. 46; cf. Potthast 619. n. 7168 (18 Febr.).* — « CVM EX SVSCEPTE. »

Archiepiscopo Nicosiensi scriptum est super eodem. — *Reg. Vat. l. c.; Potthast l. c.*

4784. — *Laterani 19 Februarii.*

« Preposito, decano et archidiacono in Pontivo Ambianensibus. » Mandat, cogant praelatos et alios clericos civitatis Cameracensis, ut, cessante capitulo Cameracensi pro castigandis malefactorum excessibus rationabiliter a divinis, et ipsi a divinis cessent. Laterani XII. Kal. Martii anno octavo. —

Reg. Vat. lib. 8. epist. 305. fol. 165. — « Cvm membra capiti. »

4785. — *Laterani 20 Februarii.*

« Magistro L. canonico Toletano. » Ecclesia de Timnon, vulgariter Monasterium appellata, quam ipse in manibus Papae resignaverat eo quod ab episcopo Ovetensi simoniace obtinuerat, ei sanguine ac moribus generoso et litterarum scientia praedito ab ipso Papa iterum collata fuit; in testimonium vero praesentes litteras concedit. Laterani XI. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 283. fol. 162; Mss. Vallic. I. 53.* — « Nvper nobis confessvs. »

4786. — *Laterani 20 Februarii.*

« Gerardo de Burgo canonico Xantonensi. » Attentis archiepiscopi Burdegalensis patrui sui meritis et industria indolis suae, indulget ei ut proventus ecclesiasticos, non obstante consuetudine vel statuto quacumque firmitate vallato, usque ad triennium in scolis integre percipiat, ac si in locis in quibus illos obtinet personaliter resideret. Laterani XI. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 300. fol. 165.* — « Memoranda venerabilis fratris. »

4787. — *Laterani 21 Februarii.*

« Preposito et decano Pataviensibus, et preposito sancti Nicolai Pataviensis diocesis. » Vt praelatos et clericos Pataviensis dioecesis ad synodum ab episcopo Pataviensi in civitate Pataviensi vocatos, ad eam accedere per censuram ecclesiasticam compellant. Lat. X. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 273. fol. 159.* — « Qverelam venerabilis fratris. »

4788. — *Laterani 21 Februarii.*

« Abbati Aremarensi (Avemoren. *Horoy*) Trecensis diocesis, archidiacono et decano sancti Stefani Trecensis. » Quum inter archidiaconum Senonensem ex parte una, et abbatem et conventum monasterii sancti Petri Vivi Senonensis ex altera, causa super iure archidiaconatus praedicti vertatur, hiis mandat, ut si in ipsos fuit tamquam in arbitros a partibus compromissum, ad aequum arbitrium procedere non tardent, alioquin, non obstante petitione ipsius archidiaconi de recipiendis testibus undecumque productis et interrogandis, quae tenori Apostolici rescripti obviet manifeste, in negotio ipso iuxta eiusdem Apostolici rescripti tenorem procedant. Laterani X. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 277. fol. 160; Horoy H-i opp. omn. IV. 538. n. 127 ex mss. du Theil (20 Febr.).* — « Dilectvs filivs archidiaconvs. »

4789. — *Laterani 21 Februarii.*

« Valentino et Sedunensi episcopis, et cantori Lingonensi. » Mandat ut Bisuntium personaliter accedant, et inquisita veritate super pristino statu et antiquis et approbatis consuetudinibus inter capitulum sancti Stephani Bisuntini et capitulum sancti Iohannis eiusdem civitatis a longe retro temporibus observatis super usu coemeterii, capella sancti Eugendi, processionibus, quibusdam decimis et rebus aliis, res ad eum statum revocent in quo erant quando C(onradus) Portuensis episcopus Ap. Sed. Legatus civitatem adiit Bisuntinam, qui aliqua statuit servanda, et causam terminent, alioquin eam ad Papam remittant sufficienter instructam, et partibus terminum praefigant quo Apostolico se conspectui repraesentent. Laterani X. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 278. fol. 160; Horoy l. c. 539. n. 128 ex mss. du Theil.* — « Dilecti filii decanvs. »

4790. — *Laterani 21 Februarii.*

« Symeoni episcopo et capitulo Terracinensibus. » Permutationem confirmat inter ipsos et abbatem et fratres de Auricula, qua ipse episcopus et capitulum concedunt

monasterium sancti Salvatoris de Mileto quondam monachorum Terracinensis dioecesis positum in territorio Roccae Siccae, quod per multiplices eius lapsus a saecularibus clericis tenebatur, abbas vero et fratres de Auricula cedunt ecclesiam sancti Leonardi de Barcis, ut videlicet medietas proventuum ipsius ecclesiae ac sancti Silviniani de Pede Montis Ferroni territorii Terracinensis ad supplementum mensae episcopalis, reliqua vero medietas in communem canonicorum mensam destinetur. Laterani X. Kal. Martii anno octavo. *Reg. Vat. lib. 8. epist. 280. fol. 161.* — « Sicvt relatvm est. »

In eundem modum scribitur abbati et fratribus de Auricula verbis competenter mutatis.

4791. — *Laterani 21 Februarii.*

« Eisdem. » Sextum decimum canonicorum numerum et proventus ex permutatione inter ipsos et abbatem et fratres de Auricula, ut in superiori epistola, derivantes confirmat. Dat. ut supra (Laterani X. Kal. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 281. fol. 161.* — « Cvm a nobis petitvr. »

4792. — *Laterani 21 Februarii.*

« Lodoico regi Francorum illustri. » Quum Fredericus Romanorum imperator et rex Siciliae in colloquio quod anno praeterito habuit cum Pontifice in Campania, iuraverit se in Terrae Sanctae succursum esse transfretaturum, ut idem succursus veniat ex omni mundi parte, rogat eum ineat firmam pacem vel saltem treguas ad quadriennium proroget cum Henrico rege Angliae, sicut etiam Philippum regem Franciae patrem suum fel. rec. de hoc iam rogaverat. Dat. ut supra (Laterani X. Kal. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 282. fol. 162; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 6; Bouquet Rec. XIX. 746; Potthast 619. n. 7169 (20 Febr.); Horoy H-i opp. omn. IV. 541. n. 129.* — « Cvm cogitamvs apvd. »

4793. — *Laterani 21 Februarii.*

« Abbatisse et conventui sancte Marie Fontis Ebraudi. » Indulget eis, ut de pratis, piscariis, molendinis, nemoribus et eorum virgultis, de quibus hactenus decimas non solverunt, nemo ab eis decimas exigere praesumat. Laterani X. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8 epist. 306. fol. 165-166.* — « Cvm virgines virgini. »

4794. — *Laterani 21 Februarii.*

« (Erico) illustri regi Svetie. » Ne presbyteros et clericos regni sui expeditionum suarum angariis et aliis saecularibus exactionibus aggravet et molestet, vel eos in saeculari compellat iudicio respondere. Dat. ut supra (Lat. X. Kal. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 307. fol. 166; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 37; cf. Porthan; Bullar. access. 17. n. 39; Liliegren Svenskt dipl. I. 238. n. 227; Potthast 619. n. 7170 (20 Febr.); Horoy H-i opp. omn. IV. 536. n. 125 (20 Febr.).* — « Remittere consvevervnt reges. »

In eundem modum scriptum est duci et principibus regni Svetie. — *Reg. Vat. l. c.; Potthast l. c.*

4795. — *Laterani 21 Februarii.*

« Eidem. » Dolet quod, vacantibus episcoporum ecclesiis, earum bona violenter usurpet et pro sua diripiat voluntate, eique mandat ut ab hiis se abstineat. Dat. ut supra (Laterani X. Kal. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 308. fol. 166; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 37; Liljegren l. c. II. 239. n. 228; cf. Porthan l. c. n. 41; Potthast 620. n. 7171 (20 Febr.); Horoy l. c. 537. n. 126.* — « Qvi paravit in. »

4796. — *Laterani 21 Februarii.*

« Nobilibus viris B. et A. marchionibus Extensibus. » Praecipit ut infra quindecim dies post susceptionem praesentium restitui faciant (Rolando) episcopo Ferrariensi castrum Bragantinum ad Ferrariensem ecclesiam pertinens per quosdam cives Ferrarienses fautores eorum iniuriose detentum, ipsumque episcopum de damnis ex hac detentione secutis et illatis iniuriis faciant satisfieri, alioquin Paduano et Veronensi episcopis dat litteris in mandatis ut eos per censuras ecclesiasticas ad id compellant. Laterani X. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 324. fol. 168; Mss. Vall. I. 53.* — « GRAVE GERIMVS ET. »

(Iordano) Paduano et (Norandino) Veronensi episcopis scripsit super eodem. — *Reg. Vat. l. c.*

4797. — *Laterani 21 Februarii.*

« (Guilielmo) episcopo Mutinensi. » Vt ad civitatem Ferrariensem accedat, quae ad Sedem Apostolicam pertinet pleno iure, et subortam ibi discordiam pacificet, iniungens partibus discordibus, ut iurent se mandatis Apostolicis esse obedituros sub poena excommunicationis, quam, si qua pars contumax fuerit, in eam solemniter promulget: communitatibus quoque Veronensi, Mantuanae ac aliarum urbium vicinarum expresse prohibeat ne civitatem vel districtum Ferrariae ad inferendam aliquam laesionem intrare praesumant. Laterani X. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 328. fol. 169; Mss. Vallicell. I. 53.* — « DE DISCORDIA IN CIVITATE. »

4798. — *Laterani 22 Februarii.*

« B(uzad) comiti de Poson. » Eum laudat quod B(elam) regem primogenitum Andreae regis Vngariae favore prosequatur et pro ipso intrepide personas et res suas periculis exposuerit, eumque hortatur ut in fide et devotione ipsius persistat. Laterani VIIII. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 295. fol. 164; Mss. Vall. I. 53; Fejér Cod. dipl. III. 1. 430; Theiner Mon. Hung. I. 44. n. 91; Potthast 620. n. 7172 (21 Febr.); Horoy H-i opp. omn. IV. 543. n. 130 (21 Febr.).* — « EO FIDEI TVE. »

In eundem modum scriptum est I. et M. comitibus, et militibus cum B(ela) rege primogenito regis Vngarie commorantibus. — *Reg. Vat. l. c.; Potthast l. c.*

4799. — *Laterani 22 Februarii.*

« (Andreae) illustri regi Vngarie. » Ne B(uzad) comitem de Poson aliosque molestet, qui pro honore et custodia B(elae) regis primogeniti sui in terra ducis Austriae commorantur, eisque favorem et gratiam per effectum ostendat. Dat. ut supra (Laterani VIIII. Kal. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 296. fol. 164; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 34; Fejér l. c. 430; Theiner l. c. 44. n. 92; Potthast 620. n. 7173 (21 Febr.); Horoy l. c. 544. n. 131.* — « CVM NOBILIS VIR. »

4800. — *Laterani 22 Februarii.*

« Eidem. » Vt B(elam) regem primogenitum suum, qui, pro eo quod uxorem suam ad Papae mandatum recepit, coactus est in terram ducis Austriae se transferre, paterna affectione amplectatur, ne regiae serenitati displicuisse credatur quod ille Papae paruit mandatis; et ad eius suorumque provisionem honestam de regno redditus ei certos assignet. Dat. ut supra (Laterani VIIII. Kal. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 297. fol. 164; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 34; Fejér l. c. 431; Theiner l. c. 45. n. 93; Potthast 620. n. 7174 (21 Febr.); Horoy l. c. 545. n. 132.* — « VENTRI A NOBIS ESSE. »

4801. — *Laterani 22 Februarii.*

« (Gebhardo) episcopo Pataviensi. » Vt ecclesiarum praelatis et clericis suae dioe-

cesis, qui ad ecclesiae suae debita relevanda subsidium recusant, poenam rationabiliter possit statuere, ita tamen ut cum moderatione procedat, et illorum subsidium eidem sit ecclesiae consolatio et ipsis tribulatio non existat. Laterani VIIII. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 313. fol. 166.* — « CVM IVXTA SVPPLICATIONEM. »

4802. — *Laterani 22 Februarii.*

« Vniversis ecclesiarum prelatis et clericis per Pataviensem diocesim constitutis. » Dolet quod contra litteras Summi Pontificis, qui etiam abbatem de Cotwico et collegas suos monitores dederat, ad relevanda onera ecclesiae Pataviensis nondum concurrunt, eisque mandat ut eiusdem ecclesiae episcopo congruum subsidium tribuant. Dat. ut supra (Laterani VIIII. Kal. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 314. fol. 166; Mss. Vallicell. I. 53.* — « STVPIDA NOSCVNTVR ESSE. »

4803. — *Laterani 22 Februarii.*

« Archidiacono maiori, cantori, et magistro Rog. canonico Tullensibus. » Postulante Cathalaunensi episcopo, mandat ut litterae Apostolicae obtentae contra ipsum episcopum et capitulum Cathalaunenses super collatione praebendarum in eorum ecclesia post indulgentiam ipsis iam concessam, sint irritae, nisi forsan aliquis a praefatis episcopo et capitulo iam concorditer receptus sit. Laterani VIIII. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 331[1]. fol. 169.* — « LITTERE VENERABILIS FRATRIS. »

4804. — *Laterani 22 Februarii.*

« (Guilielmo) episcopo Cathalaunensi. » Nuntiat ea quae continentur in superiori epistola super litteris apostolicis obtentis pro collatione praebendarum in ecclesia Cathalaunensi. Dat. ut supra (Laterani VIIII. Kal. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 332. fol. 169.* — « LITTERE TVE NOBIS. »

4805. — *Laterani 23 Februarii.*

« (Vgrino) archiepiscopo Colocensi et suffraganeis eius. » Vt apud A(ndream) regem Vngariae insistant ne male tractet regem B(elam) primogenitum suum pro eo quod uxorem suam ad mandatum Papae recepit, sed in regno suo, ubi cum eius uxore ac suis, sicut regium decet haeredem, honeste valeat commorari, redditus ei certos assignet. Laterani VIII. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 294. fol. 164; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 33; Katona Hist. crit. V. 428; Fejér Cod. dipl. III. 1. 433; Theiner Mon. Hung. I. 44. n. 90; Potthast 620. n. 7176 (22 Febr.); Horoy H-i opp. omn. IV. 547. n. 134 (22 Febr.).* — « CVM CARISSIMVS IN. »

In eundem modum archiepiscopo Strigoniensi et suffraganeis eius. — *Reg. Vat. l. c.*

4806. — *Laterani 23 Februarii.*

« (Otakaro) illustri regi Boemie. » Commendat ei regem B(elam) primogenitum A(ndreae) regis Vngariae, qui a patre, eo quod uxorem suam ad mandatum Papae recepit, male tractatur, ita ut si in terram ipsius ei venire contigerit, benigne illum recipiat eique consilium et auxilium impendat. Dat. ut supra (Laterani VIII. Kal. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 294. fol. 164 ; Mss. Vallicell. I. 53 ; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 33; Erben Reg. Bohem. I. 314. n. 681; cf. Palacky Reise 23. n. 95; cf. Fejér Cod. dipl. VII. V. 234; Potthast 618. n. 7152 (27 Ian.) et 620. n. 7179. (22 Febr.).* — « CVM CARISSIMVS IN. »

In eundem modum duci Carinthie. — *Reg. Vat. l. c.*

4807. — *Laterani 23 Februarii.*

« (Leopoldo) duci Austrie. » Commendat eum quod B(elam) regem primogenitum Andreae regis Vngariae, qui persecutionem

patitur ab ipso rege Andrea pro eo quod ad Papae mandatum uxorem suam recepit, benigne et honeste pertractat, eumque hortatur ut pro Ecclesiae Romanae reverentia illum habeat propensius commendatum. Laterani VIII.Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 298 fol. 164; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 34; Dobner Monum. II. 364; Katona Hist. crit. V. 430; Fejér Cod. dipl. III. 1. 434; Theiner Mon. Hung. I. 45. n. 94; Rauch Oesterr. Geschichte II. 263. Anm. 2; Meiller Reg. der Babenberger 133. n. 186; Potthast 620. n. 7177 (22 Febr.); Horoy H-i opp. omn. IV. 548. n. 135; Rodenberg Epist. Sel. 169. n. 240 (22 Febr.).* — « Devotionem tvam in. »

4808. — *Laterani 23 Februarii.*

« (Briccio) Waciensi episcopo. » Laudibus eum prosequitur, quod, referente B(ela) primogenito Andreae regis Vngariae, eidem B(elae) eiusque uxori semper fideliter astitit pro ipsorum stans matrimonio, et laborantibus ad eorum divortium intrepide iustitiae amore resistens, eumque hortatur ut suo auxilio eum foveat. Dat. ut supra (Laterani VIII. Kal. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 299. fol. 165; Mss. Vallicell. I. 53; Theiner l. c. 45. n. 95; Fejér l. c. 432; Mon. Hung. hist. dipl. VI. 199; Potthast 620. n. 7178 (22 Febr.); Horoy l. c. 548. n. 136.* — « Fraternitatem tvam dignis. »

In eund. mod. scribitur (Roberto) Vesprimiensi episcopo. — *Reg. Vat. l. c.; Fejér l. c. 432; Katona l. c. 429; Koller Hist. ep. Quinqueeccl. II. 12; Potth. 620. n. 7175 (22 Febr.); Horoy l. c. 546. n. 133 (22 Febr.).*

4809. — *Laterani 24 Februarii.*

« Beate Marie de Fontanis et beate Marie de Burgo Medio Blesensis abbatibus Carnotensis et Toronensis (*sic*) diocesum. » Mandat ut, causa inter archiepiscopum Turonensem et Cenomanensem episcopum, quibus Egidium tit. sanctorum Cosmae et Damiani diac. Cardinalem auditorem dedit, de procuratorum assensu usque ad festum Nativitatis Domini suspensa, ad componendum amicabiliter inter archiepiscopum et episcopum praedictos interim intendant. Laterani VII. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 292. fol. 164.* — « Ad decisionem cavse. »

4810. — *Laterani 24 Februarii.*

« Episcopo Regino. » Concedit ei suisque successoribus usque ad triginta annos Bundenum de Runculis (*Potth.* Buncillis) et Bundenum de Arduino, quae ex donatione comitissae Matildis spectant ad Rom. Ecclesiam, sub annuo censu triginta librarum provenienisium Romano Pontifici persolvendo. Dat. ut supra (Laterani VII. Kal. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 293. fol. 164; Mss. Vallicell. I. 53; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 401. n. 69; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 79. n. 129; Potthast 620. n. 7181 (23 Febr.); Horoy H-i opp. omn. IV. 549. n. 137 (23 Febr.)* — « Cvm Bvndenvm de. »

4811. — *Laterani 24 Februarii.*

« Abbati de Columba. » Exponente Mutinensi episcopo, quod a longis est retro temporibus per consuetudinem observatum, ut Legati et alii Nuntii Ecclesiae Romanae per Mutinam transeuntes, prima die episcopi, secunda canonicorum, tertia abbatis sancti Petri Mutinensis, quarta vero abbatissae sanctae Eufemiae et capellanorum civitatis procurentur expensis, per quod contigit quod tam abbas Nonantulanus quam alii onus huiusmodi non agnoscunt, et, quum iidem Legati et Nuntii pene semper uno dumtaxat die ibi morentur, soli episcopo totum fere tale onus incumbit; mandat ut ad singulos supradictos accedat, et de facultatibus et onere uniuscuiusque inquisita veritate, de eodem inter eos statuat onere dividendo. Laterani VII. Kal. Martii anno

octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 301. fol. 165.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4812. — *Laterani 24 Februarii.*

« R. Curiensi electo. » Quum propter diversas quaestiones et alia gravamina Curiensis ecclesia gravi prematur onere debitorum, et quidam viri potentes multa eius bona detineant occupata, concedit ei administrationem monasterii sancti Galli, cuius abbas fuerat et a quo fuit ad eandem ecclesiam electus. Laterani VII. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 316. fol. 167.* — « A NOBIS FVIT. »

4813. — *Laterani 24 Februarii.*

Praeposito, scholastico et cantori Mersburgensis ecclesiae causam plebani ecclesiae s. Georgii iuxta muros Hallis contra Burcardum, Ludolfum et Ruthmarum fratres laicos Magdeburgensis dioec., qui quendam hortum ipsius ecclesiae contra iustitiam detinebant, cognoscendam et terminandam committit. Laterani VII. Kal. Martii anno octavo. — *Dreyhaupt Beschr. des Saal-Creyses II. 785; Potthast 620. n. 7180 (23 Febr.).* — « DILECTVS FILIVS PLEBANVS. »

4814. — *Laterani 25 Februarii.*

« Priori et conventui sancti Iohannis in monte Bononiensi. » Vt per manus Mutinensis episcopi assignent marchioni Montisferrati quingentas viginti et unam marcas, septem soldos et decem denarios sterlingorum novorum, quos Norwicensis episcopus tunc electus et camerarius Papae quinta feria post festum Resurrectionis Dominicae in quinque sacculis nomine ipsius Papae eorum custodiae commisit. Laterani VI. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 288. fol. 163; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 24; Horoy H-i opp. omn. IV. 549. n. 138 (24 Febr.) ex mss. du Theil.* — « VESTRE DEVOTIONIS HABEMVS. »

4815. — *Laterani 25 Februarii.*

« Abbati et conventui de Leucedio. » Vt per manus Mutinensis episcopi ducentas marcas auri de pallola marchioni Montisferrati assignent quas Aegidius subdiaconus et capellanus Papae in quatuor sacculis cum sigillis episcopi Bellicensis, fratris Ann., fratris Rauli et sui eorum custodiae consignavit. Dat. ut supra (Laterani VI. Kal Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 289. fol. 163; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy l. c. 550. n. 140. ex mss. du Theil.* — « VESTRE DEVOTIONIS HABEMVS. »

4816. — *Laterani 25 Februarii.*

« Abbati de Columba. » Vt octuaginta marcas auri de palliola (*al.* de pallola) et dimidia, quae, solutione facta nuntiis marchionis Montisferrati, penes monasterium suum in deposito remanserunt, per manus Mutinensis episcopi eidem marchioni non differat assignari. Dat. ut supra (Lat. VI. Kal. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 290. fol. 163; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 34; Horoy l. c. 550. n. 139 ex mss. du Theil.* — « TVE DEVOTIONIS HABEMVS. »

4817. — *Laterani 25 Februarii.*

« Abbati sancti Proculi Bononiensi. » Vt per manus Mutinensis episcopi quingentas marcas sterlingorum novorum, quas Norwicensis episcopus tunc electus et camerarius Papae eius custodiae commisit, marchioni Montisferrati assignet. Dat. ut supra (Laterani VI. Kal. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 291. fol. 163; Mss. Vallicell. I. 53.* — « TVE DEVOTIONIS HABEMVS. »

In eundem modum scriptum est abbati sancti Stephani Bononiensi ut assignet quingentas marcas sterlingorum novorum in quinque sacculis a dicto Norwicensi episcopo eius custodiae commissas. — *Reg. Vat. l. c.*

4818. — *Laterani 27 Februarii.*

« Potestati et populo Mediolanensibus. » Arguit eos quod archiepiscopum et capitulum pluribus iniuriis ac damnis afficiunt, ita ut potestas de sua quasi loco banni fiducia ipsos eiecit, eis, rerum suarum destructionem et etiam mortem personarum temere comminando, et etiam legitima matrimonia separare presumunt; quare mandat, ut illos debita reverentia in civitatem revocantes eisdem de damnis et iniuriis satisfaciant, et nuntiat se praecepisse Placentino episcopo ut nisi intra competentem terminum mandatum Apostolicum adimpleverint, in eos eorumque fautores excommunicationis sententiam promulget. Laterani IIII. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 302. fol. 165; Mss. Vallic. I. 53; Rodenberg Ep. Sel. 170. n. 24.* — « Qvanto maior est. »

Episcopo Placentino scriptum est in eundem modum super eodem, verbis competenter mutatis. — *Reg. Vat. l. c.; Rodenberg l. c.*

4819. — *Laterani 27 Februarii.*

« Lectoribus Mediolanensis ecclesie. » Concessionem ab archiepiscopo et capitulo ipsius ecclesiae eis factam quadraginta librarum infortiatorum, quorum medietas de archiepiscopalibus et medietas de capituli redditibus solvenda sit, ita videlicet ut exinde certa portio per totum annum eis qui divinis officiis interfuerint per manus primicerii diebus singulis ministretur, eis confirmat. Dat. ut supra (Laterani IIII. Kalend. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 303. fol. 165.* — « Ea qve pro divini. »

4820. — *Laterani 27 Februarii.*

« Abbati et conventui sancti Rufi ordinis sancti Augustini. » Quum propter guerrarum discrimina, quibus terra Provinciae diu attrita est, eorum monasterium gravi debitorum oneri subiaceat, concessionem C(onradi) Portuensis episcopi Apost. Sedis Legati eis confirmat, ut prioratum sancti Iacobi de Valentia ad dictum monasterium pertinentem ad eorum manus ipsi possint retinere, donec relevatum sit onus debitorum. Dat. ut supra (Laterani IIII. Kal. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 304. fol. 165.* — « Vestra nobis devotio. »

4821. — *Laterani 27 Februarii.*

« P. subdiacono et notario nostro Apost. Sedis Legato. » Supplicante (Rainaldo) Firmano episcopo, mandat ut eidem episcopo, « qui de familia nostra existit et quem nos creavimus in Firmanum episcopum, » dimittat comitatum Firmanum cum suis iuribus, sicut in pace praedecessores sui plenius habuerunt. Laterani IIII. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 312. fol. 166; Mss. Vallicell. I. 53; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 79. n. 130; Cronache della città di Fermo 349. n. 77; Potthast 620. n. 7182; Horoy H-i opp. omn. IV. 552. n. 142.* — « Venerabilis frater noster. »

4822. — *Laterani 27 Februarii.*

« (Fulconi) episcopo Papiensi. » Non obstante quodam statuto in civitate Alexandriae facto, quod nullus de ipsa civitate sive districtu pro archiepiscopo Mediolanensi perhibeat testimonium ad ostendendas terras et redditus ad ipsum pertinentes, mandat ut moneat et inducat potestatem et consiliarios dictae civitatis, etiam sub poena excommunicationis et interdicti, ut permittant cives a praedicto archiepiscopo invitatos testimonium perhibere. Laterani IIII. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 329. fol. 169.* — « Venerabilis frater noster. »

4823. — *Laterani 28 Februarii.*

« (Galtero) archiepiscopo Senonensi. » Quum in quibusdam religiosorum ecclesiis quae ei dioecesana lege subiectae sunt, monachorum numerus valde imminutus sit ob

aviditatem abbatum et priorum Cluniacensium et aliorum ordinum, ad quos ecclesiae ipsae temporaliter spectant, quia in proprias utilitates redditus earumdem converterunt, mandat dictos abbates et priores moneat ut secundum facultates earumdem personarum quoque numerum in eisdem instituant. Laterani III. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 309. fol. 166; Horoy H-i opp. omn. IV. 551. n. 141 ex mss. du Theil (27 Febr.).* — « Ex parte tva. »

4824. — *Laterani 28 Februarii.*

« P. canonico Colimbriensi. » Attento probitatis testimonio quod de eo a multis perhibetur, et intuitu magistri Iohannis capellani et phisici ipsius Papae patrui ipsius canonici, indulget ut, salvis beneficiis quae nunc habet, alium quoque etiam si curam animarum habeat recipere possit. Dat. ut supra (Laterani III. Kalend. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 310. fol. 166.* — « Cvm lavdabile testimonivm. »

4825. — *Laterani 28 Februarii.*

« (Nicolao) episcopo Roschildensi. » Pro verbi Crucis in subsidium Terrae Sanctae praedicatione, quam in provincia Lundensi ei commisit, plura concedit privilegia, inter quae iter ad beati Iacobi vel aliorum sanctorum limina in transmarinam peregrinationem commutandi, eique iniungit ut, ad fidelium devotionem pro Terrae Sanctae subsidio melius provocandam, solemnes processiones instituat. Lat. III. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 317. fol. 167; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 7; Skand. Literat. Selsk. Skrift. XXI. 11; Potthast 620. n. 7183; Horoy H-i opp. omn. IV. 552. n. 143.* — « Cvm predicande crvcis. »

4826. — *Laterani 29 Februarii.*

« Abbatisse et monialibus sancti Victorini Beneventanis. » Quum ad Papae mandatum filiam quondam Philippi Stampalupi receperint in monachiam et sororem, et Nicolao clerico providerint in beneficio, sicut ipsae et Gregorius de Romania capellanus Apostolicus et rector Beneventanus testantur, indulget eis ut nisi de praefatae monialis receptione et de provisione clerici supradicti litterae Apostolicae faciant mentionem, non teneantur recipere aliquam vel providere alicui. Laterani II. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 331. fol. 169.* — « Ea negotiorvm freqventia. »

4827. — *Laterani 1 Martii.*

« Abbati Aquebelle Cisterciensis ordinis Tricastrinensis diocesis et preposito Arelatensi. » Pro praedicatione verbi crucis in subsidium Terrae Sanctae privilegia concedit, ex quibus illud nempe ut iter ad sancti Iacobi limina in transmarinam peregrinationem commutare possint, eisque iniungit ut ad devotionem ad ipsius Terrae subsidium excitandam solemnes processiones instituant. Laterani Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 317. fol. 167; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Cvm predicande crvcis. »

4828. — *Laterani 1 Martii.*

« Episcopo, preposito, et B. Vinace canonico Neumacensibus. » Vt abbatem et conventum sancti Rufi in possessionem reducant prioratus castri Melgorii, quod P. de Conchis alterius ecclesiae canonicus regularis per Conradum episcopum Portuensem Apost. Sedis Legatum sibi assignari callide procuravit, sub praetextu quod violatum fuit statutum a B. Sanctae Romanae Ecclesiae in Provincia Legato conditum et ab ipso Conrado confirmatum, ut si quis in castro vel in villa interdicto subiectis remaneret, beneficio et officio privaretur, et prior dicti prioratus in castro Melgorii commoratus fuit, et R. iuvenem comitem dicti castri et fautores ipsius ex-

communicatos recepit et procuravit. Lat. Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 318. fol. 167.* — « SIGNIFICAVERVNT NOBIS DILECTI. »

4829. — *Laterani 1 Martii.*
« Abbati et conventui sancti Rufi (Rufini *Horoy*) ordinis sancti Augustini. » Indulget ut personae commorantes in prioratibus quos ipsi habent in Viennensi (Galliae), Arelatensi, et Narbonensi provinciis et partibus circumvicinis accedere possint ad terras excommunicatorum ecclesiastico interdicto suppositas, ita tamen ut urgens prioratuum ipsorum necessitas et evidens utilitas id exposcat, et ibi celebrare divina, etc., non praesumant. Dat. ut supra (Laterani Kal. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 319. fol. 168; Horoy H-i opp. omn. IV. 561. n. 148. ex mss. du Theil.* — « PETITIO VESTRA NOBIS. »

4830. — *Laterani 1 Martii.*
« Abbati sancti Iacobi de Pruvino. » Vt in negotio magistri Stephani de Pruvino, qui petit ut absolvatur ad cautelam ab excommunicationis sententia, quam timet se incurrisse ob vicesimam cuiusdam domus minus plene solutam ad opus Terrae Sanctae, mandat ut, non obstante mandato Apostolico directo ad episcopum Belvacensem, procedat iuxta formam ipsi abbati traditam. Laterani Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 321. fol. 168.* — « MAGISTER STEPHANVS DE. »

4831. — *Laterani 1 Martii.*
« (Matthaeo) patriarche Ierosolimitano, Tirensi et Nazarensi archiepiscopis et episcopo Acconensi. » Nuntiat eis F(ridericum) Romanorum imperatorem et regem Siciliae nuntios missurum esse ad partes illas ut consensum matrimonii in Helisabeth filiam regis Ierosolimitani exprimat per eosdem, et ipsa nihilominus in eorum praesentia suum exprimat in ipsum imperatorem consensum. Laterani Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib 8. epist. 337. fol. 170; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 11; Rodenberg Ep. Sel. 171. n. 242.* — « INTELLEXIMVS QVOD KARISSIMVS. »

4832. — *Laterani 1 Martii.*
« (Hugoni) episcopo Lingonensi. » Besvensis monasterii reformationem, quam C(onradus) Portuensis episcopus Apostol. Sedis Legatus primo Clarevallensi et Fontineti et de Bella villa abbatibus, ac deinde ipsi episcopo commiserat, tandem adhibito super hoc Cluniacensis et aliorum abbatum consilio, fratres ordinis Praedicatorum in eodem monasterio collocaverat, et idem Lingonensis episcopus promiserat pro se et suis successoribus ipsius monasterii debitorum onera se suscepturum ac annuatim ministraturum sexaginta fratribus dicti ordinis sexcentas libras Stephanien. pro necessariis suis in eodem monasterio de ipsius possessionibus sibi et suis successoribus applicandis, confirmat; ea conditione, ut episcopus Lingonensis pro tempore de praefatis sexcentis libris fratribus Praedicatoribus necessariis per viros idoneos et fideles ministrari faciat, qui semel vel bis in anno coram priore ac provisore domus rationem reddant. Laterani Kal. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 357. fol. 173; Horoy H-i opp. omn. IV. 557. n. 146 ex mss. du Theil.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4833. — *Laterani 1 Martii.*
« Episcopo Lingonensi, abbati Cisterciensi, et priori de Sine muro Cabilonensis et Eduensis diocesum. » Vt ad Besvense monasterium accedentes de omnibus suis bonis inventarium faciant iuxta ordinationem C(onradi) episcopi Portuensis Apost. Sedis Legati, et monachis, qui a monasterio ipso amoti ad illud praesumpserunt redire

ac excommunicati excommunicatum abbatem elegerunt, congruam poenam infligant, invocato etiam brachio saeculari, et provideant super debitis contractis ab ipso monasterio cum diversis iudaeis et christianis, ita tamen quod possessionum vel reddituum vel membrorum dicti monasterii nulla alienatio intercedat. Dat. ut supra (Laterani Kal. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 358. fol. 174; Horoy l. c. 555. n. 145 ex mss. du Theil.* — « LICET ORDINATIONEM A. »

4834. — *Laterani 1 Martii.*

« Eisdem. » Si fratres ordinis Praedicatorum ad monasterium Besvense nolint vel non possint convenire iuxta ordinationem C(onradi) episcopi Portuensis Apost. Sedis Legati, ordinem monachorum nigrorum vel canonicos saeculares ibi instaurent, sed prius super hoc inquirant et rescribant. Dat. ut supra (Laterani Kal. Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 359. fol. 174; Horoy l. c. 560. n. 147 ex mss. du Theil.* — « ORDINATIONEM A VENERABILI FRATRE. »

4835. — *Laterani 1 Martii.*

G(erardo) archiepiscopo Bisuntino pauperes clericos convenientes ad scholas S. Stephani Bisuntini protegendos commendat. Laterani Kal. Martii anno octavo. — *Gallia Christ. XV. instr. 64; Potthast 620. n. 7184; Horoy H-i opp. omn. IV. 554. n. 144.* — « PECCATIS COMMVNICAT ALIENIS. »

4836. — *Laterani 2 Martii.*

« (Simoni) archiepiscopo Bituricensi. » Vt magistro S(tephano) olim magistro scolarum et postea sacristae Brivatensi, nunc electo Mimatensi, consecrationis munus impendat, licet clericus ipsius archiepiscopi proponeret dictum electum ad ipsum metropolitanum debere remitti, nec nuntiatam fuisse ei cessionem (Willelmi) praedecessoris, nec licentiam ab eo eligendi fuisse postulatam, quum haec omnia coram vel de mandato (Conradi) Portuensis episcopi Apost. Sedis Legati acta fuerint; sciat, nisi id fecerit, se iniunxisse archiepiscopo Viennensi (in Gallia) ut, adiunctis sibi duobus episcopis, eum non differat consecrare. Laterani VI. Non. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 327. fol. 169; Gallia Christ. (ed. 1716) I. 91; Potthast 621. n. 7185; Horoy H-i opp. omn. IV. 562. n. 149.* — « CVM OPTIMVM REPARANDI. »

4837. — *Laterani 4 Martii.*

« Magistro et fratribus Hospitalis beate Marie Magdalene de Monte. » Indulget eis ne quis de hortis et virgultis eorum ac eorum animalium nutrimentis decimas exigere vel extorquere praesumat. Lat. IIII. Non. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 330. fol. 169.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

4838. — *Laterani 5 Martii.*

« Oddoni Valvensi episcopo. » Notum facit, quod abbas monasterii sanctae Mariae ac sancti Peregrini martiris de Bominaco in Valvensi dioecesi constituti, postquam diu, lite contestata, disceptavit coram Papa super libertate ipsius monasterii ab ecclesia Valvensi, tandem recognovit quod duo praedecessores sui a praedecessoribus episcopi Valvensis munus benedictionis acceperunt, et ipse ab eo illud accipiens corporale ei praestitit iuramentum, nolensque cum eo exinde de cetero litigare, in Papae praesentia ei obedientiam et reverentiam repromisit. Laterani III. Nonas Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 334. fol. 170.* — « CVM ABBAS ET CONVENTVS. »

4839. — *Laterani 6 Martii.*

« Episcopo Acconensi. » Ne in bello contra hostes Ihesu Christi quasi fessus cedat, sed verbo et exemplo animet iuxta datam ipsi a Domino gratiam christianum

populum, praesertim quum F(ridericus) Romanorum imperator et rex Siciliae in proximo cum numerosa multitudine bellatorum in subsidium Terrae Sanctae transfretare disponat. Laterani II. Non. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 322. fol. 168; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 11.* — « CVM TAMQVAM BONVS. »

4840. — *Laterani 6 Martii.*

« Abbati et conventui monasterii sancte Marie et sancti Peregrini martiris de Bominaco (*in e. l.* Bominiaco) Valvensis diocesis. » Vt episcopo Valvensi, contra quem extitit controversia super subiectione dicti monasterii, obedientiam et reverentiam debitam tamquam eorum episcopo impendant. Laterani II. Non. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 333. fol. 170.* — « QVONIAM OBEDIENTIA VICTIMIS. »

4841. — *Laterani 7 Martii.*

« Preposito, archidiacono et capitulo Mimatensibus. » Vt S(tephano), olim magistro scolarum deinde sacristae Brivatensi, et cum quo a vitio natalium dispensatum fuit ab I(nnocentio III) Papa, quem ipsi, recepta (Willelmi) eorum episcopi cessione, in ipsius locum elegerunt, habita prius licentia a (Conrado) Portuensi eipiscopo tunc Apost. Sedis Legato ut per electionem canonicam eorum ecclesiae de pastore providerent, obedientiam et reverentiam tamquam patri et pastori impendant. Laterani Nonis Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 326. fol. 169.* — « CVM OPTIMVM REPARANDI. »

4842. — *Laterani 7 Martii.*

« Rectori et fratribus Hospitalis sancti Martini in Erphordia. » Eos et locum in quo divino obsequio sunt mancipati, sub protectione recipit nec non possessiones et libertates a Maguntino archiepiscopo de capituli sui assensu pia liberalitate eisdem concessas confirmat. Laterani Nonis Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 335. fol. 170.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

4843. — *Laterani 7 Martii.*

« Abbati de Ehistrebach Cisterciensis ordinis et magistro Gerungo scolastico Bunnensi Coloniensis diocesis. » Pro praedicatione verbi crucis ad subsidium Terrae Sanctae in provincia Treverensi plura privilegia eisdem concedit, ut in superiori epistola ad episcopum Roschildensem (28 Februarii 1224) pro provincia Lundensi. Laterani Nonis Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 338. fol. 170; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 7; Rodenberg Ep. Sel. 172. n. 244.* — « CVM PREDICANDE CRVCIS. »

In eundem modum abbati de Lucelano Cisterciensis ordinis et magistro Henrico scolastico Basiliensi per provinciam Bisuntinam. — *Reg. Vat. l. c.; Rodenberg l. c.*

In e. m. quondam Halberstadensi episcopo et preposito sancte Marie Magdeburgensi per eandem provinciam. — *Reg. Vat. l. c.; Rodenberg l. c.*

In e. m. (Conrado) episcopo Ildesemensi et magistro Salomoni canonico Herbipolensi per provinciam Maguntinam. — *Reg. Vat. l. c.; Würdtwein Nova Subs. IV. 120; Potthast 621. n. 7186; Horoy H-i opp. omn. IV. 563. n. 150; Rodenberg l. c.*

4844. — *Laterani 7 Martii.*

« Compostellano archiepiscopo. » Ipsi, qui iam pro voto Terrae Sanctae mille libras dedit magistro Militiae Templi, indulgentia crucesignatorum obtenta ab Innocentio (III) Papa, nunc pro conscientiae suae securitate alias octuaginta libras ad Pontificis beneplacitum erogandas elargienti indulgentiam iterum concedit. Laterani Nonis Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 339.*

fol. 170; Mss. Vallicell. I. 53. — « INTELLECTO TE GRAVITER. »

4845. — *Laterani 8 Martii.*

« Symeoni archiepiscopo Ravennati. » Quum beatus Petrus princeps Apostolorum valde carum habuisset beatum Apollinarem discipulum suum, pro reverentia tanti martiris, et consideratione honestatis, litteraturae et devotionis suae, ad exemplar Lucii Papae consuetudinem ei confirmat in portanda cruce et tintinnabulo, adiiciens ut quocumque ierit, excepta Vrbe et tribus miliariis prope, et tribus miliariis a loco ubi fuerit Romanus Pontifex, crucem et tintinnabulum deferat et cum praedictis insignibus ubicumque benedicat. Laterani VIII. Idus Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 336. fol. 170; Mss. Vallicell. I. 53.* — ATTENDENTES QVAM CARVM. »

4846. — *Laterani 8 Martii.*

« Vniversis Xpi fidelibus per Hyspanias constitutis. » Helemosinas erogantibus priori et fratribus hospitalis Roscidevallis siti in strata sancti Iacobi in loco horroris et vastae solitudinis, indulgentiam triginta dierum concedit. Laterani VIII. Idus Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 452. fol. 196; Mss. Vall. I. 53.* — « QVONIAM VT AIT. »

In eundem modum scriptum est pro eisdem per Vasconiam. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. scriptum est pro eisdem per Provinciam. — *Reg. Vat. l. c.*

4847. — *Laterani 9 Martii.*

« (Stephano) archiepiscopo, archidiacono et officiali Cantuariensibus. » Supplicantibus abbate et conventu de Dorekecestria, mandat ut corpus sancti Birini, qui olim ab Honorio Papa in Angliam destinatus regem Angliae ab idolatria cum gente sua conversum ad Christum in eorum monasterio baptizavit, et ibidem episcopus ordinatus, multis coruscans virtutibus feliciter officio legationis impleto vita functus et sepultus fuit in humili loco, quum in sanctorum cathalogo habeatur, in loco magis ydoneo collocetur. Laterani VII. Idus Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 353. fol. 173; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 46; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « EX PARTE DILECTORVM. »

4848. — *Laterani 9 Martii.*

« Preposito Brivacensi. » Ad instar Clementis Papae indulget ei ut praebendas, terras et administrationes, quae ultra sex menses in ecclesia Brivacensi vacaverint, nisi illi quorum interest post commonitionem ab eo in communi capitulo factam de illis infra quadraginta dierum spatium ordinaverint, ipse personis idoneis assignare possit. Laterani VII. Idus Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 364. fol. 175.* — « INSINVATVM EST NOBIS. »

4849. — *Laterani 9 Martii.*

Capitulo Hamburgensi licentiam concedit, lectiones « *Te Deum laudamus* » et « *Gloria in excelsis Deo* » a septuagesima usque ad pascha, et ab adventu Domini usque ad nativitatem in festivitatibus novem cantandi. Laterani VII. Id. Martii anno octavo. — *Lappenberg Hamburg. UB. I. 414. n. 475; Potthast 621. n. 7187; Horoy H-i opp. omn. IV. 565. n. 151.* — « EX PARTE VESTRA. »

4850. — *Laterani 11 Martii.*

« P. vicario... potestatis et populo Reatinis. » Arguit eos qui, quum a Romana Ecclesia tantis laboribus de imperatoris faucibus liberati fuerint, statuerunt quod quicumque aliquem ad aliam quam ad Reatinam curiam traxerit, non excipientes Apostolicam Sedem, ad quam libere appellatur, poenam centum librarum incurrat, « cum et in Vrbe a sententia Iudicis Senatoris ad nos in recognitionem dominii libere ap-

pelletur, » et Ber. Oddonis eorum concivem, qui quandam causam inter S. filium suum ex parte una et Nicholaum Rubei et fratres eius ex altera de Apostolicae Sedis licentia ad episcopum Interamnensem obtinuerat committi, ad poenam centum solidorum condemnarunt. Laterani V. Idus Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 339. fol. 170, sed haec epistola ibi calamo deleta est.* — « QVODAM PRESAGIO FVTVRORVM. »

(Raynerio) episcopo Iteramnensi scriptum est super eodem in eundem modum.

4851. — *Laterani 11 Martii.*

« W(illelmo) episcopo quondam Mimatensi. » Concedit ei ut, non obstante quod episcopatui Mimatensi sponte cesserit, cum episcopi dioecesani licentia possit cum pontificalibus insigniis divina officia celebrare. Laterani V. Idus Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 342. fol. 171; Horoy H-i opp. omn. IV. 567. n. 164 ex mss. du Theil.* — « CVM EPISCOPATVI MIMATENSI. »

4852. — *Laterani 11 Martii.*

« Suerio Scolari (*in e. l.* Scolario) de Roures Legionensis diocesis. » Dispensat cum eo super defectu natalium ut ad ecclesiasticos ordines et beneficia promoveri possit, ita tamen quod praesulatus honorem recipere non possit sine speciali Sedis Apostolicae licentia. Laterani V. Idus Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 366a. fol. 175.* — « PRO TE QVI. »

4853. — *Laterani 11 Martii.*

(Gregorio) episcopo, praeposito et decano Iaurinensibus iniurias abbati et conventui de Monte s. Mariae Cisterc. ord. illatas a nobili viro Borsonensi et quibusdam aliis super quadam pecuniae summa, praediis *etc.* diiudicandas committit. Laterani V. Id. Martii anno octavo. — *Fejér Cod. dipl. III. 1. 439; Potthast 621. n. 7188; Horoy H-i opp. omn. IV. 565. n. 152.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

4854. — *Laterani 12 Martii.*

« Priori et conventui Dunelmensibus. » Vt clericis de eorum camera, quibus tenentur annuas solvere pensiones donec ipsis in ecclesiasticis beneficiis sit provisum, si ecclesias parrochiales eis oblatas recipere recusaverint, non teneantur promissas solvere pensiones. Laterani IIII. Idus Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 340. fol. 171; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « PETITIO VESTRA NOBIS. »

4855. — *Laterani 12 Martii.*

« (Andreae) illustri regi Vngarie. » Nuntiat se eius litteras recepisse per D. archidiaconum de Sirimia, cuius circumspectam et fidelem diligentiam laudat, et B(elae) regi nato ipsius scripsisse ut se illi filium devotum exhibeat, hortaturque eum ut dictum filium benigne tractet. Laterani IIII. Idus Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 344. fol. 171; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 35 (VI. Idus); Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 12; Katona Hist. crit. V. 431; Theiner Mon. Hung. I. 48. n. 97; Fejér Cod. dipl. III. 1. 435; Potthast 621. n. 7189; Horoy H-i opp. omn. IV. 567. n. 155.* — « PER DILECTVM FILIVM. »

4856. — *Laterani 12 Martii.*

« Eidem (Guilielmo Wigorniensi episcopo). » Vt in sua dioecesi statutum concilii generalis exequatur, quod nempe presbyteris ecclesiarum deputatis servitio de illarum proventibus sufficiens portio assignetur. Laterani IIII. Idus Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 351. fol. 172; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « CVM IN GENERALI. »

4857. — *Laterani 12 Martii.*

« Eidem (Wigorniensi episcopo). » Vt beneficia, quae in sua dioecesi per sex menses vacare contigerit nec ad illa per-

sonae idoneae fuerint praesentatae, dum ipse in mora non sit vel impedimentum non praestet, viris ydoneis conferre possit. Dat. ut supra (Laterani IIII. Idus Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 352. fol. 172; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — Ex parte tva. »

4858. — *Laterani 13 Martii.*

« Archidiacono, decano et cantori Attrebatensibus. » Referentibus F. R. et N. sacerdotibus et quibusdam aliis canonicis regularibus ecclesiae de Eversan Morinensis dioecesis, quod eadem ecclesia ex negligentia vel malitia I., qui pro praeposito se gerit ipsius, in temporalibus et spiritualibus collapsa est, et idem I., praeter alia enormia quae committit, fratres ecclesiae nominatae innoxios ab eadem saepius eiicit per manum laicalem violenter, et fratrum confessiones publice revelare praesumit; mandat ut illuc accedant, ibique ad visitationis officium intendant et Papae referant. Laterani III. Idus Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 343. fol. 171; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 570. n. 159 ex mss. du Theil.* — « Exposita nobis dilectorvm. »

4859. — *Laterani 13 Martii.*

« Nobilibus viris et aliis cum B(ela) rege nato (Andreae) karissimi regis Vngarie illustris commorantibus. » Eos hortatur ut praedictum B(elam) suadeant et animent ad devotionem et reverentiam erga patrem suum, et ipsi nihil, unde pater eius moveri et regnum suum turbari valeat, facere praesumant. Lat. III. Id. Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 345. fol. 172; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 35; Fejér Cod. dipl. III. 1. 436; Theiner Mon. Hung. I. 48. n. 98; Potthast 621. n. 7190; Horoy H-i opp. omn. IV. 568. n. 156.* — « Nec karissimo in. »

4860. — *Laterani 13 Martii.*

« B(elae) regi nato illustri regis Vngarie. » Vt patri suo filium devotum se exhibeat nequaquam faciens nec permittens ab hiis qui cum eo morantur fieri unde regnum ipsum turbetur et idem pater suus valeat commoveri. Dat. ut supra (Laterani III. Idus Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 346. fol. 172; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi l. c.; Fejér l. c. 437; Theiner l. c. n. 99; Potthast 621. n. 7191; Horoy l. c. 569. n. 157.* — « Licet devotioni tve. »

4861. — *Laterani 13 Martii.*

« (Leopoldo) duci Austrie. » Mandat ut moneat et inducat B(elam) regem natum A(ndreae) regis Vngariae ad devotionem et reverentiam patri suo exhibendam, et ad familiaritatem devitandam eorum, qui inter ipsum et patrem suum seminare discordiam et ad bona vellent aliena extendere manus suas. Dat. ut supra (Laterani III. Idus Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 347. fol. 172; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi l. c.; Dobner Monum. II. 364; Katona Hist. crit. V. 433; Theiner l. c. 49. n. 100; Fejér l. c. 438; Meiller Reg. der Babenberger 133. n. 187; Potthast 621. n. 7193; Horoy l. c. 571. n. 160; Rodenberg Ep. Sel. 173. n. 245.* — « Sic habere te. »

4862. — *Laterani 13 Martii.*

« (Thomae) Strigoniensi archiepiscopo. » Solerter invigilet ne discordiae seminentur inter A(ndream) regem Vngariae et B(elam) regem natum eius, et ad amputandam dissentionis materiam et pacem fovendam partes suas efficaciter interponat. Dat. ut supra (Laterani III. Idus Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 348. fol. 172; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi l. c.; Fejér l. c.; Theiner l. c. n. 101; Potthast 621. n. 7192; Horoy l. c. 569. n. 158.* — « Fraternitati tve sicvt. »

In eundem modum scriptum est (Vgrino) archiepiscopo Colocensi. — *Reg. Vat. l. c.; Potthast l. c.*

4863. — *Laterani 13 Martii.*

« (Iohanni) episcopo Elyensi, et abbati de Waredon et archidiacono Bedeford Lincolniensis diocesis. » Vt accedant ad monasterium de Theokesbir et compellant per censuras ecclesiasticas P. abbatem illius ad ostendendas quasdam litteras Apostolicas, quarum vigore ipse asserit se habere usum mitrae, anuli et cyrothecarum, easque litteras cum transcripto quod eis transmittit conferant, et si eas concordare non invenerint, tam impetratorem illarum quam eos qui illis usi sunt privent, et si litterae non inveniantur, inquirant veritatem et procedant, in eoque monasterio visitationis officium exerceant et reforment quod reformatione viderint indigere. Dat. ut supra (Laterani III. Idus Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 349. fol. 172; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « Dilecti filii R. »

4864. — *Laterani 13 Martii.*

« (Guilielmo) Wigorniensi episcopo. » Vt R. et W. monachis de Theokesbir, qui pro abolenda infamia qua P. abbas ipsorum litteris falsis nomine Papae confectis utendo monasterium sibi commissum respersit et pro aliis articulis ad Sedem Apostolicam laborarunt, rationabiles et moderatas expensas de bonis dicti monasterii ministrari faciat. Dat. ut supra (Laterani III. Idus Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 350. fol. 172; Musaeum Brit. add. mss. 15352.* — « Cvm dilecti filii. »

4865. — *Laterani 14 Martii.*

« De Cremsmunster et de Gaersten, et de Sitansteten abbatibus Pataviensis diocesis. » Vt ad monasterium Meldicense personaliter accedant, et C. abbatis ipsius ratione corporis infirmitatis cessione recepta, utpote iam convocatis de Kotwico et quibusdam aliis abbatibus sponte cessit, praeficiant dicto monasterio Gualterium Cellae sanctae Mariae abbatem, iam ab ipsis electum, de quo a Sede Apostolica cum testimonialibus abbatum, qui cessionem nominati C. receperunt, et ducis Austriae praefati monasterii advocati, confirmationem postularunt. Laterani II. Idus Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 341. fol. 171.* — « Cvm dilectvs filivs. »

4866. — *Laterani 14 Martii.*

« Henrico regi Anglorum illustri. » Gaudet quod, referentibus magistro Stephano de Lucy et nobili viro G. de Craucumb nuntiis eius, in omnibus laudabiliter se gerat, ita ut flos adolescentiae suae gratos et acceptabiles fructus indubitanter promittere videatur, eumque hortatur ut singulis favorabilem et benignum se exhibeat, nec cum vassallis suis ponat hoc tempore rationem, neque eos super restitutione reddituum scandalizet: ait se a praedictis nuntiis eius petitiones accepisse, quas tempore opportuno exaudiet. Laterani II. Idus Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 356. fol. 173; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 44; Rymer Foedera I. 1. 94; Shirley Royal letters I. 540. n. 16; Potthast 621. n. 7193a et Append. 2094; Horoy H-i opp. omn. IV. 572. n. 161.* — « Gavdemvs in Domino. »

4867. — *Laterani 15 Martii.*

« Magistro Stephano de Lucy clerico regis Anglie. » Attentis eius meritis et supplicationibus Henrici Anglorum regis, concedit ei ut, non obstante statuto concilii generalis, praeter beneficia quae nunc possidet, etiam unum curam animarum habens, obtinere possit. Laterani Idibus Martii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 354. fol. 173;*

Musaeum Britann. Add. mss. 15352. — « CLARVS NOBILITATIS TITVLO. »

4868. — *Laterani 15 Martii.*

« Philippo de Lucy. » Attentis eius meritis doctrinae et morum honestatis nec non supplicationibus S(tephani) Cantuariensis archiepiscopi sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, et Bathoniensis, Lincolniensis, Saresbiriensis, Norwicensis episcoporum, et Cicestrensis et Exoniensis electorum, dispensat cum eo super defectu natalium ut ad sacros ordines promoveri, et ad ecclesiasticas dignitates assumi possit. Dat. ut supra (Laterani Idibus Martii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 355. fol. 173; Musaeum Brit. add. mss. 15352.* — « DIVINA PROVIDENTIA SACROSANCTAM. »

4869. — *(Laterani) 15 Martii.*

(Conrado) episcopo, abbati s. Emmerami et thesaurario Ratisbonensibus committit causam vertentem inter quosdam canonicos Salesburgenses et (Eberhardum) archiepiscopum, qui illos excommunicaverat, quia appellaverant ad sedem apostolicam ab iniusta confirmatione praepositi Salesburgensis ab ipso archiepiscopo facta. (Laterani) Idib. Martii anno octavo. — *Deutinger Beyträge II. 158. n. 72; cf. Potthast 621. n. 7194.*

4870. — *Laterani 16 Martii.*

(Conrado) episcopo Hildesemensi mandat, provideat ne de cetero in dioecesi sua clerici ab aliis clericis vel laicis primam coronam indiscrete recipiant « quod est prorsus contra canonicas sanctiones. » Laterani XVII. Kal. Apr. anno octavo. — *Sudendorf Registr. III. 54. n. 36; Potthast 621. n. 7195; Horoy H-y opp. omn. IV. 573. n. 162.* — « MIRARI COGIMVR ET. »

4871. — *Laterani 18 Martii.*

« Magistro Michaeli Scotto. » Ob eius scientiae merita concedit ei ut non obstante constitutione concilii lateranensis duo possit obtinere beneficia etsi curam habeant animarum. Laterani XV. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 362. fol. 175; Musaeum Brit. add. mss. 15352.* — « EA PREMINES SCIENTIA. »

4872. — *Laterani 18 Martii.*

« R(oberto) episcopo Fundano. » Eius precibus annuens, declarat ecclesiam sancti Archangeli positam in territorio Fundano, quae post mortem M. filii R. comitis Fundani ipsi a Pontifice donata fuit, ad mensam episcopalem pertinere et ab ea non posse separari. Dat. ut supra (Laterani XV. Kal. Aprilis anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 363. fol. 175.* — « MORTVO HIIS DIEBVS. »

4873. — *Laterani 18 Martii.*

« Abbati et conventui de Alpibus Cisterciensis ordinis. » Ecclesiam de Filie dioecesis Gebennensis, ab N. Gebennensi episcopo ad instituendum Cisterciensem ordinem in eadem cum suis pertinentiis, consentiente capitulo suo, donatam, eamque donationem a Gebennensi episcopo ipsius N. successore approbatam, confirmat. Laterani XV. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg Vat. lib. 8. epist. 390. fol. 180.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4874. — *Laterani 18 Martii.*

Bremensis provinciae incolas monet et hortatur, ut ad reparationem ecclesiae Bremensis prae vetustate ruinam minantis subsidia caritatis erogent, et omnibus, qui ad praedicti operis consummationem manum porrexerint, indulgentiam 20 dierum promittit. Laterani XV. Kal. Aprilis anno octavo. — *Lünig Spicil. eccl. Cont. III. (Reichs — Arch. XXI) 948; Lappenberg Hamburg. UB. I. 414. n. 476; Ehmck Bremisches UB. I. 152. n. 129; Potthast 621. n. 7196; Horoy H-i opp. omn. IV. 574. n. 163.* — « QVONIAM VT AIT. »

4875. — *Laterani 18 Martii.*

Abbatem et conventum in Homburgk (ord. s. Ben. Magunt. dioec.) cum omnibus bonis pro-

tegendos suscipit, specialiter autem terras, vineas et alia bona sicut ea possident ipsis confirmat. Laterani XV. Kal. Aprilis anno octavo. — *Förstemann Vrk. des Bened. — Klosters Homburg 33; Potthast 621. n. 7197.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

4876. — *Laterani 19 Martii.*

C. rectore postulante eius personam et hospitale Misnense cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. Laterani XIV. Kal. Apr. anno octavo. — *Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. IV. 3. n. 5; Potthast 622. n. 7198; Horoy H-i opp. omn. IV. 575. n. 164.* — « Sacrosancta Romana ecclesia. »

4877. — *Laterani 20 Martii.*

« Abbati Aquicintensi. » Quum, referentibus Attrebatensi episcopo et aliis quam pluribus episcopis et abbatibus, anuli et mitrae privilegio sibi concesso abutatur, discurrens per sinodos ut annulatus appareat et mitratus, et alia multa, quae ad episcopale officium pertinent indecenter usurpet, inhibet ne mitra nisi in monasterio suo utatur et abstineat monachis ordines minores conferre et altaris ornamenta benedicere. Laterani XIII. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 361. fol. 175; Mss. Vall. I. 53.* — « Qvanto te amplivs. »

4878. — *Laterani 20 Martii.*

« Episcopo et capitulo Zamorensibus. » Non obstante quod pro Petro Stephani eis monitorie scripserit, mandat ut Fernando presbytero capellano E(gidii) sanctorum Cosmae et Damiani diaconi cardinalis, et eorum ecclesiae portionario, beneficium canonice primo vacaturum conferant. Laterani XIII. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 365. fol. 175.* — « Si meditatione debita. »

4879. — *Laterani 20 Martii.*

« Abbati Tilieti Aquensis diocesis. » Vt electionem Aloisae in abbatissam monasterii sanctae Mariae de Latronolio Cisterciensis ordinis, de voluntate abbatis de Columba visitatoris ipsarum peractam, si canonice celebratam invenerit, confirmet. Laterani XIII. Kal. Aprilis anno sexto. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 369. fol. 176.* — « Ex parte priorisse. »

4880. — *Laterani 21 Martii.*

« Sancti Galgani, et sancti Eugenii abbatibus, et preposito de Casulis, Senensis et Wlterrane diocesum. » Licentiam tribuant abbati et conventui monasterii de Insula vendendi quasdam possessiones minus utiles pro solvendo praetio aliarum possessionum quas sibi emerunt. Laterani XII. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 366 b. fol. 175.* — « Cvm abbas et. »

4881. — *Laterani 21 Martii.*

« (Alberto) episcopo Brixiensi. » Mandat, ut magistrum Maurum presbyterum ecclesiae sanctae Brigidae Brixiensis, quem ipse perpetuo interdicto supposuit, quia in pane fermentato et in scifo ligneo, adstante populo, missarum solemnia celebravit, quem postmodum (Hugolinus) Hostiensis episcopus Apost. Sedis Legatus ad divinorum celebrationem restituit, et sancti Salvatoris et sancti Lucae praepositi Brixienses causam audientes super suspensione beneficii, ad beneficium restituerunt; quum praedicta ecclesia per malitiam dicti magistri multipliciter laedatur, officio beneficioque perpetuo privet. Laterani XII. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 368. fol. 175; Mss. Vall. I. 53; Decret. H-i III. lib. 3. tit. 24* De cel. miss. *c. 6. Ciron. 244; Decretal. Greg. IX. lib. 3. tit. 41* De cel. miss. *c. 14. apud Boehmer Corp. II. 605 (ann. 1220); apud Richter Corp. II. 618; Potthast 674. n. 7825 absque signo chronologico; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. III. tit. XLI. c. XIV. p. 643.* — « Litteras tvas recepimvs. »

4882. — *Laterani 21 Martii.*
Abbatissae et sororibus monasterii S. Crucis apud Misnam ord. Cisterc. Misnen. dioec. Claustrum ipsum, quod Theodericus marchio quondam Misnensis et Orientalis prope Misnam supra ripam Albiae in decursu ipsius fluminis construxit et dotavit, auctoritate apostolica confirmat. Laterani XII. Kal. Aprilis anno octavo. — *Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. IV. 295. n. 392; Potthast 622. n. 7199; Horoy H-i opp. omn. IV. 575. n. 165.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

4883. — *Laterani 21 Martii.*
(Gregorio) episcopo Brechinensi, Germano priori de Restinot et Dyonisio decano de Angusio S. Andreae dioec. mandat, ut controversiam vertentem inter Willelmum rectorem ecclesiae de Golyn et Walterum militem de Congilton super iure parochiali eiusdem ecclesiae disceptent. Laterani XII. Kal. Aprilis anno octavo. — *Liber S. Mariae de Dryburgh 32. in n. 42; Potthast 622. n. 7200.* — « WILLELMVS RECTOR ECCLESIE. »

4884. — *Laterani 22 Martii.*
« Abbati et conventui de Lira. » Capellam sancti Nicolai de Chapeles, de consensu dioecesani constructam in fundo proprio eisque donatam a W. domino de Winstenuall., et ius patronatus quod dictus nobilis in sanctae Mariae de Chapeles et sancti Saturnini de Pelehiulla ecclesiis obtinebat de consensu eiusdem dioecesani cum terris donatis, easque ecclesias ab eodem dioecesano ipsis ad opus trium monachorum in capella praedicta capituli sui accedente consensu appropriatas, confirmat. Lat. XI. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 391. fol. 180.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4885. — *Laterani 23 Martii.*
« (Pontio) episcopo Attrebatensi. » Vt circa fraudes quorumdam usurariorum qui in mortis articulo quicquid possident, ut non habeant unde satisfaciant de usuris, filiis et uxoribus in Scabinorum praesentia largiuntur, et, tamquam satisfaciendi gerant animum sed per impotentiam excusentur, exhiberi sibi ecclesiastica postulant sacramenta, occurrat eis prout animabus ipsorum viderit expedire. Laterani X. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 367. fol. 175; Mss. Vall. I. 53.* — « EX TVA INSINVATIONE. »

4886. — *Laterani 23 Martii.*
« Priori Cathaniensi » Iniungit ei ut Romam veniat rationem redditurus super querela quam multi monasterii sui monachi contra ipsum opponunt, quod sine rationabili causa monachos e monasterio suo eiecit. Lat. X. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 383. fol. 179-180.* — « VENIENTES AD NOS. »

4887. — *Laterani 26 Martii.*
« Episcopo Attrebatensi. » Villam quae appellatur Vitriacum P. praedecessori suo in concambium pro vico quae Strata dicitur a Philippo rege Francorum datam, ipsi et ecclesiae suae confirmat. Laterani VII. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 372. fol. 176; Horoy H-i opp. omn. IV. 576. n. 166 ex mss. du Theil (XII. Kal. April.).* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4888. — *Laterani 26 Martii.*
« (Guillelmo) Cathalaunensi episcopo. » Quum in litteris Apostolicis, quas nonnulli contra ipsum impetrarunt quoad comitatum Perticensem qui est ad eum iure haereditario devolutus, suppresso episcopi nomine, comitem eum appellent, indulget ut occasione litterarum ipsarum in causam trahi nequeat. Lat. VII. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 374. fol. 176; Bouquet Rec. XIX. 747; Potthast 622. n. 7201; Horoy H-i opp. omn. IV. 577. n. 167.* — « TVA NOBIS FRATERNITAS. »

4889. — *Laterani 26 Martii.*
« Militie Templi et Ierosolimitani Hospitalis fratribus in Attrebatensi diocesi constitutis. » Reclamante episcopo Attrebatensi, inhibet eis, ne privilegiis a Sede Apostolica ipsis indultis abutentes, presbyteros de illius et de alienis dioecesibus pro suis excessibus excommunicatos permittant in capellis suae dioecesis, quas ad eos pertinent, divina officia celebrare. Dat. ut supra (Laterani VII. Kal. Aprilis anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 375. fol. 176; Horoy l. c. n. 168 ex mss. du Theil.* — « INSINVANTE VENERABILI FRATRE. »

4890. — *Laterani 27 Martii.*
« Nicolao clerico Florentino. » Denuntiat eum ad regularem observantiam non teneri, ex eo quod olim a gravi qua laboraverat aegritudine convalescens, ad exhortationem fratrum Praedicatorum eorum habitum assumpsit, et infra tempus probationis, non facta professione, recessit. Laterani VI. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 370. fol. 176.* — « TE INSINVANTE DIDICIMVS. »

4891. — *Laterani 27 Martii.*
« Abbati et conventui Saxivivi. » Statuit, ut occasione servitiorum, quae dioecesanis episcopis eorum monachi, qui ad gubernandas exteriores obedientias destinantur, exhibent satagentes dioecesanorum episcoporum sibi comparare favorem, ut eo suffulti non facile valeant ab eisdem obedientiis removeri, nullum ius ipsis episcopis constituatur, neque ipsis monachis et eorum ecclesiae praeiudicium generetur. Laterani VI. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 377. fol. 176.* — « PETITIO VESTRA NOBIS. »

4892. — *Laterani 27 Martii.*
« Priori et conventui monasterii sancti Iohannis de Waldo Cisterciensis ordinis. » Concedit ut de terris et possessionibus ante concilium generale habitis ab eisdem, quas propriis manibus et sumptibus excolunt, non teneantur decimas exhibere. Laterani VI. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 387. fol. 180.* — « ORDINIS VESTRI DEO. »

4893. — *Laterani 27 Martii.*
« (Guilielmo) episcopo Lexoviensi, et priori sancte Barbare Lexoviensis diocesis. » Vt contra Hugonem quondam Sagiensem priorem, qui graviter infamatus de fractione cuiusdam scrinei in quo signata erant episcopalia munimenta, de dilapidatione bonorum ecclesiae, de periurio aliisque criminibus ab episcopo Sagiensi depositus appellavit ad decanum Cenomanensem et coniudices suos, inquirant et statuant. Laterani VI. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 406. fol. 184; Mss. Vall. I. 53.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4894. — *Laterani 28 Martii.*
« Episcopo, decano et cantori Lamecensibus. » In causa inter Colimbriensem et Egitaniensem episcopos, super limitatione dioecesum ac rebus aliis, irritatis processibus Iohannis Colimbriensis et Barthoi Egitaniensis canonicorum nec non decani Civitatensis et suorum coniudicum a Pontifice delegatorum, ea quae ab ipso Pontifice iudicata fuerant confirmat: sed quum Colimbriensis episcopus causam praefatam quoad processus alios in Romana curia prosequatur, praecipit ut, circa executionem mandati de revocando quicquid occasione huiusmodi processus attemptatum fuit, supersedeant. Laterani V. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 373. fol. 176.* — « NVPER IOHANNIS IOHANNIS. »

4895. — *Laterani 28 Martii.*
« Abbati et conventui sancti Sculpitii Bituricensis. » Decernit ne quis succes-

sorum vel propinquorum Symeonis archiepiscopi Bituricensis manus ad eorum prioratum de Yveo extendere praesumat, eo quod antequam esset ad pontificalem dignitatem assumptus eidem collatum fuerat et non modicum susceperat incrementum, nam ea conditione eidem archiepiscopo collatum fuit, quod quum eundem obire vel ad praesulatus apicem promoveri contingeret, prioratus ipse ad eos cum omni melioratione reverteretur. Laterani V. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 393. fol. 180; Horoy H-i opp. omn. IV. 578. n. 169 ex mss. du Theil.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4896. — *Laterani 28 Martii.*
« Abbati et conventui sancte Genovefe Parisiensis. » Inhibet ne quis ab eis de novalibus quae propriis manibus vel sumptibus colunt decimas extorquere praesumat. Dat. ut supra (Laterani V. Kal. Aprilis anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 394. fol. 181; Horoy l. c. 579. n. 170 ex mss. du Theil.* — « EO BENIGNORI VOS. »

4897. — *Laterani 28 Martii.*
« Capitulo Reatino. » Quum commune vitium sit communiter negligi quod communiter possidetur, mandat, ut bona inter ipsos et episcopum dividantur, ita quod utraque pars suam portionem diligentius procuret. Laterani V. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 398. fol. 182.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4898. — *Laterani 29 Martii.*
« Abbati de Tilieto Cisterciensis ordinis. » Supplicantibus abbatissa ac monialibus sancti Petri de Mesema Cisterciensis ordinis, mandat ut bis vel saltem semel in anno personaliter accedat ad eorum monasterium reformaturus et correcturus quod secundum ipsius ordinis statuta reformationis officio indigeat. Laterani IIII. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 392. fol. 180.* — « AD PRECES DILECTARVM. »

4899. — *Laterani 29 Martii.*
« Magistro et fratribus domus Militie Templi Ierosolimitani. » Attentis meritis probitatis quibus apud Deum et homines se reddidit commendandum frater Petrus Alviti, nuntiat, se ipsum benigne recepisse, indulto ei termino ut pecuniam quam nomine Papae depositam, eo inconsulto, acceperat, reddat; quare praedictum fratrem honeste tractent sicut convenit eum honorando. Dat. ut supra (Lat. IIII. Kal. Aprilis anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 392² fol. 180.* — « ET SI NEC. »

4900. — *Laterani 29 Martii.*
(Ludovico) regi Franciae indulget, ut in locis interdicto suppositis divina audire valeat. Laterani IV. Kal. Aprilis anno octavo. — *Teulet Layettes II. 26. n. 1638; Potthast 622. n. 7202; Horoy H-i opp. omn. IV. 580. n. 171.* — « QVIA SERENITATIS TVE. »

4901. — *Laterani 30 Martii.*
« Magistro P(etro) de Collemedio capellano nostro, Huberto archipresbytero Vercellensi, et Ardengo de Papia canonico Legionensi Parisius commorantibus. » Defuncto Eduensis ecclesiae episcopo, canonici in duas partes abierunt quoad successoris electionem, alii enim decanum alii vero praepositum eiusdem ecclesiae elegerunt, sed quum controversia nata esset, electionem praepositi Pontifex irritavit, quoad vero decanum, mandat ipsis ut ad Eduensem ecclesiam vel ad alium locum quem competentem viderint personaliter accedentes, receptis probationibus, quod factum est de eodem decano confirmandum vel infirmandum curent. Lat. III. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8 epist. 371. fol. 176.* — « EDVENSIS ECCLESIA DESTITVTA. »

4902. — *Laterani 30 Martii*

« Iohanni Martini clerico Bracarensi. » Precibus archiepiscopi Bracarensis et suis annuens, dispensat cum eo super defectu natalium, ut ad sacros ordines et ad ecclesiasticum beneficium promoveri possit, ita tamen ut episcopalem dignitatem, inconsulto Romano Pontifice, recipere nequeat. Laterani III. Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 456. fol. 197.* — « NON EST ABSONVM. »

4903. — .... *Martii.*

« Vniversis archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis, et aliis ecclesiarum prelatis et clericis per Theutoniam constitutis. » Nuntiat eis quod F(ridericus) Romanorum imperator et rex Siciliae praeter apparatum mirabilem et pene penitus incredibilem personarum et rerum cum quo transfretare se disponit, magnificum aliis transfretantibus subsidium pollicetur pro suscepto Terrae Sanctae negotio, ad quod promovendum mittit in Theutoniam (Conradum) episcopum Portuensem Apost. Sedis Legatum, cuius verba audiant, et efficaciter adimplere studeant. *(Absque nota chronologica, sed procul dubio mense Martii vel Aprilis scripta: in ea enim fit mentio de litteris Friderici imperatoris super bellico apparatu pro succursu Terrae Sanctae dat. Cathaniae quinto die Martii. Vide huius Oper. tom. I. Prolegomen. append. I. p. LV. n. 65).* — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 404. fol. 183; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 1-2; Rodenberg Ep. Sel. 174. n. 247.* — « SCIMVS QVOD MVLTORVM. »

4904. — .... *Martii.*

« (Bertoldo) patriarche Aquilegensi, (Sigfrido) Maguntino, (Theodorico) Treverensi, (Engelberto) Coloniensi, (Alberto) Magdeburgensi, (Eberhardo) Salzburgensi, (Gernando - Gerardo?) Bremensi et (Girardo?) Bisuntino archiepiscopis et eorum suffraganeis, nec non abbatibus, prioribus, prepositis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis per eorum provincias et dioceses constitutis. » Nuntiat negotium Terrae Sanctae a F(riderico) Romanorum imperatore et Siciliae rege feliciter susceptum fuisse, atque ad evangelizandum populis verbum crucis (Conradum) episcopum Portuensem Apost. Sedis Legatum ad eos se mittere, quem hilariter recipiant, ac eidem in omnibus obediant. *(Absque nota chronologica, sed eodem tempore procul dubio scripta apparet, ut in superiori).* — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 405. fol. 183; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 3 (fragm.); Würdtwein Nova Subs. IV. 125 (finis deest); Potthast 622. n. 7204; Horoy H-i opp. omn. IV. 581. n. 173; Rodenberg. Ep. Sel. 176. n. 248.* — « CVM IS QVI. »

4905. — *Laterani .... Martii.*

Frederico Romanorum imperatori et regi Siciliae gratias agit, quod ad interventum suum (Rogerium) comitem Fundanum dimiserit, eumque rogat ut superaddita gratia filium eiusdem quoque dimittat, cum pro eodem comite se obligaverit quod nihil contra ipsum attentaturus sit. Absque nota chronologica. — *Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 427; Potthast 622. n. 7205; Horoy H-i opp. omn. IV. 583. n. 174.* — « IMPERIALI MANSVETVDINE GRATIARVM. »

4906. — *Laterani 1 Aprilis.*

« Abbati et conventui Clingensibus. » Eos sub protectione recipit, specialiter autem ecclesias de Glizencellen̄, Bliswilre et Liegelingen a bon. mem. A. archiepiscopo Maguntino et C. Spirensi episcopo, consentientibus eorum capitulis, collatas confirmat. Laterani Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 376. fol. 176; Würdtwein Nova subs. IV. 123; Potthast 622. n. 7207; Horoy H-i opp. omn. IV. 586. n. 176.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4907. — *Laterani 1 Aprilis.*

« Capitulo Bremensi. » Quoad causam inter eos ex una parte et capitulum ecclesiae Amburgensis ex altera, super iure eligendi pastorem in Bremensi ecclesia et rebus aliis agitatam, quae ab audientia scolastici Ildesmensis et coniudicum eius ad Papam per appellationem delata, commissa fuit praeposito sancti Pauli et suis coniudicibus terminanda, et tandem partes in G. Bremensem archiepiscopum, Io. praepositum sancti Willehadis et Io. de Beverseten. canonicum Bremen., L. de Barmensted. et A. canonicum Amburgensem compromiserunt; Papa horum arbitrium a partibus ipsis receptum confirmat, quod videlicet ecclesia Amburgensis recognoscat titulum et archiepiscopalem dignitatem apud Bremensem ecclesiam permanere, salvis aliquibus privilegiis favore ecclesiae Amburgensis, eiusdem arbitrii tenor refertur. Laterani Kal. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 395. fol. 181; Lünig Spicil. eccl. Cont. III. (Reichs-Arch. XXI.) 947; Staphorst Hamburg. Kirchengesch. I. 651; Lappenberg. Hamburg. UB. I. 416. n. 478; Potthast 622. n. 7206; Horoy l. c. 584. n. 175.* — « Ea qve pro ecclesiarvm. »

4908. — *Laterani 1 Aprilis.*

« De Strada Cisterciensis ordinis, et Fructuariensi abbatibus, et preposito Cariensi, Taurinensis et Yporiensis diocesum. » Vt monasterium Secusiense, quod monachorum ipsius loci detestanda perversitas enormiter deformavit, ad cuius reformationem Apostolica Sedes multoties laboravit, et Innocentius PP. (III) omnes aut fere omnes ipsius loci monachos propter suos multiplices et enormes excessus amoveri ab eodem et alios de diversis locis in ipsum introduci fecit, visitent et reforment, invocato quoque si necesse fuerit auxilio brachii saecularis et specialiter comitis Sabaudiae. Laterani Kalendis Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 473. fol. 200; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Ad reformandvm statvm. »

4909. — *Laterani 1 Aprilis.*

« G. de Romania capellano nostro Rectori Beneventano. » Vt amotionem P. de Morcone monachi e monasterio sanctae Sophiae Beneventano ab abbate et conventu, suis culpis exigentibus, factam observari faciat secundum approbata praedicti ordinis statuta. Laterani Kalendis Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 533. fol. 210.* — « Dilecti filii abbas. »

4910. — *Laterani 2 Aprilis.*

« (Andreae) illustri regi Vngarie. » Vt abbatem et conventum monasterii de Egris Cisterciensis ordinis habeat commendatos, nec eorum bona a perversis hominibus diripi permittat. Laterani IIII. Non. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 384. fol. 180; Mss. Vallicell. I. 53; Fejér Cod. dipl. III. I. 451; Theiner Mon. Hung. I. 49. n. 102; cf. Fuxhoffer Monast. (ed. 2ª) I. 91; Potthast 622. n. 7209; Horoy H-i opp. omn. IV. 587. n. 178.* — « Impii sicvt mare. »

In eundem modum scriptum est (Thomae) archiepiscopo Strigoniensi. — *Reg. Vat. l. c.; Potthast l. c.*

4911. — *Laterani 2 Aprilis.*

« (Roberto) Vesprimiensi episcopo. » Attentis precibus nobilis viri Michae comitis, fundatoris et patroni monasterii Thaliki (Thelki) s. Benedicti, quod per dissolutionem et malitiam abitantium adeo est imminutum ut vix unus in eo remanserit qui valeat ibi celebrare divina, mandat ut, si viderit expedire, subiciat illud monasterio sanctae Crucis ordinis Cisterciensis, et monachi ibi existentes vel recipiant Cisterciensis ordinis statuta, vel in aliis monasteriis collocentur. Dat. ut supra (Laterani IIII. Non. Aprilis anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 385. fol. 180; Fejér*

l. c. 450; Theiner l. c. n. 103; Fuxhoffer l. c. 278 (anno quarto); Katona Hist. Crit. V. 450; Potthast 622. n. 7208; Horoy l. c. 586. n. 177. — « DILECTVS FILIVS NOBILIS. »

4912. — *Laterani 2 Aprilis.*

« Abbati et conventui de Egris (Egres *Potth.*) Cisterciensis ordinis. » Commutationem inter ipsos ex parte una et A(ndream) regem Vngariae ex altera super quibusdam possessionibus et rebus aliis ab eodem rege in helemosinam eis datis, mediantibus nobilibus viris Kenac et Clemente contractam, confirmat. Dat. ut supra (Laterani IIII. Non. Aprilis anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 386. fol. 180; Fejér l. c. 452; Theiner l. c. 50. n. 104; Potthast 622. n. 7210; Horoy l. c. 587. n. 179.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4913. — *Laterani 2 Aprilis.*

« (Galtero) episcopo Carnotensi. » Eius precibus annuens, concedit ut religiosos ei lege dioecesana subiectos qui propter eorum inopiam soli degunt, ad sua monasteria provide revocet, bonis locorum in quibus degunt, monasteriis ad quae pertinent applicandis. Laterani IIII. Non. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 388. fol. 180.* — « QVANTO CIRCA HONESTATEM. »

4914. — *Laterani 2 Aprilis.*

« Preposito et conventui sancti Ypoliti in Austria. » Ecclesiam sancti Ypoliti in Austria a Pactaviensi (*sic*) episcopo eis donatam confirmat, concedens ut, quum eadem ecclesia sit infra muros et intra cimiterium ipsius monasterii, liceat eis eam per unum de eorum fratribus idoneum gubernare. Laterani IIII. Non. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 389. fol. 180.* — « QVI GAVDEMVS GRATA. »

4915. — *Laterani 2 Aprilis.*

« Episcopo, decano, et cantori Abrincensibus. » Proponentibus electo et conventu Fiscannensibus quod nullus in monasterio sancti Taurini praefici debeat in abbatem nisi qui per electionem canonicam assumptus fuerit de gremio ecclesiae Fiscannensis, contra quos Ebroicensis episcopus loci dioecesanus priorem sanctae Mariae de Prato Rothomagensis dioecesis in abbatem monasterio praedicto praefecit, eisdem mandat ut audiant et terminent causam. Lat. IIII. Non. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 396. fol. 181.* — « EX PARTE DILECTORVM. »

4916. — *Laterani 2 Aprilis.*

« T. ducisse Austrie. » Ait se M. latorem praesentium capellanum suum cum suis litteris benigne recepisse, sed super hiis quae petiit statuisse non procedendum, quum nullum hoc tempore ei exinde speret profectum perventurum, sed opportuno tempore ad iustitiam et gratiam paratum Papam inveniet, quum ducem Austriae et ipsam specialiter diligat. Dat. ut supra (Laterani IIII. Non. Aprilis anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 397. fol. 182; Mss. Vall. I. 53.* — « DILECTVM FILIVM M. »

4917. — *Laterani 3 Aprilis.*

« (Martino) Portugalensi episcopo. » Decimas proventuum et reddituum regalium Portugalensis dioecesis quas rex Portugalensis eius ecclesiae largitus est, confirmat. Lat. III. Non. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 420. fol. 187.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

4918. — *Laterani 4 Aprilis.*

« Decano et capitulo Sancti Severini Burdegalensibus. » Exposito litis processu diutius agitatae inter ipsos et ecclesiam sancti Andreae Burdegalensem super institutione canonicorum regularium in eorum ecclesia facienda (ut in superiori epistola data eisdem die 7 Februarii an. octavo), annuens precibus eorum, per G. de Burgo nepo-

tem (Guilielmi) Burdegalensis archiepiscopi et eorumdem procuratorem ad Papam factis, statum canonicorum saecularium, qui a sexaginta retro annis ex litteris cantoris Petragoricensis et collegae ipsius super hoc a Papa delegatorum observatur, confirmat. Lat. II. Non. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 378. fol. 177; Horoy H-i opp. omn. IV. 598. n. 185 ex mss. du Theil.* — « SPECVLATORES SVPER DOMVM. »

4919. — *Laterani 4 Aprilis.*

« Lodoico Regi Francorum Illustri. » Preces Philippo patri suo clare recordationis porrectas et litteris et viva voce per C(onradum) Portuensem episcopum Apostolicae Sedis Legatum renovat, ut pacem vel saltem treguas cum (Henrico) rege Anglorum firmet pro negotio Terrae Sanctae, quum Fridericus Romanorum imperator in colloquio habito praeterito anno in Campania cum Papa iuraverit se esse transfretaturum. Dat. ut supra (Laterani II. Non. Aprilis anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 379. fol. 177; Mss. Vall. I. 53; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 429; Potthast 623. n. 7214. ubi incipit: « Petitionibus quas per; » cum eodem initio fragm. habetur in Horoy H-i opp. omn. IV. 589. n. 181.* — « CVM COGITAMVS APVD. »

4920. — *Laterani 4 Aprilis.*

« Eidem. » Nuntiat se petitionibus quas per archiepiscopum Bituricensem et Lingonensem et Carnotensem episcopos nuntios suos ad Pontificem ipse destinavit, iam respondisse: litteras a F(riderico) imperatore recepisse fervidis votis ad Terrae Sanctae succursum exoptante, ut colligere poterit ex tenore litterarum quas ei per C(onradum) Portuensem episcopum Apost. Sedis Legatum transmittit; unde ipsum hortatur ut R(aimundum) filium quondam R(aimundi) comitis Tolosani cogat ad pacem veraciter faciendam cum Deo et Ecclesia, ita quod et terra haereticis (Albigensibus) purgetur, et ecclesiae et viris ecclesiasticis congrue satisfiat de damnis et iniuriis hactenus irrogatis, et libertati ecclesiasticae et honori A(malrici) comitis Tolosani provideatur: rogat autem ut plenam fidem adhibeat praedicto C(onrado) super hiis quae ex parte Pontificis ei dixerit de treguis inter eum et regem Angliae innovandis. Dat. ut supra (Lat. II. Non. Aprilis anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 380. fol. 178; Mss. Vall. I. 53; cf. Raynaldi Ann. 1224. n. 13. 39; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 859. n. 17; Bouquet Rec. XIX. 750; Potthast 623. n. 7212; Horoy l. c. 593. n. 183; Rodenberg Ep. Sel. 177. n. 249.* — « PETITIONIBVS QVAS PER. »

4921. — *Laterani 4 Aprilis.*

« Archiepiscopis et episcopis per regnum Francie constitutis. » Vt C(onrado) Portuensi episcopo Apostolicae Sedis Legato in iis quae ipsi commissa sunt apud Lodoicum regem Francorum assistant, et ipsum regem inducant ad Apostolica praecepta cum praedicto legato complenda. Laterani II. Non. Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 381. fol. 178; Mss. Vall. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 751; Potthast 623. n. 7213; Horoy H-i opp. omn. IV. 597. n. 184.* — « ETSI CREDAMVS FIRMITER. »

4922. — *Laterani 4 Aprilis.*

« (Arnaldo) archiepiscopo Narbonensi. » Ad reconciliationem Raimundi filii quondam R(aimundi) comitis Tolosani operam impendat, pro quo C(onradum) Portuensem episcopum Apost. Sedis Legatum ad Lodoicum Francorum regem destinavit, quod si idem comes voluerit veraciter obedire apostolicis mandatis, ita quod terra purgetur ab haereticis (Albigensibus) satisfiat ecclesiis, et honori A(malrici) comitis Tolosani provideatur, non differat se Pontificem certiorem reddere, ut ad Terrae Sanctae subsidium libere possit

intendere. Dat. ut supra (Lat. II. Nonas Aprilis anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 382. fol. 178; Mss. Vall. I. 53; Bouquet l. c. 748; Vaissète Hist. de Languedoc III. preuv. 283 (Nonis April.); Potthast 623. n. 7215; Horoy H-i opp. omn. IV. 590. n. 182 ubi in nota refertur narrationem quam Narbonen. archiepiscopus ad regem Lodoicum misit super iis quae ad supradictam reconciliationem faciendam egerit.* — « Et si negotivm pacis. »

4923. — *Laterani 4 Aprilis.*

Archiepiscopis et episcopis per Provinciam constitutis, ut diligenter et sollicite praedicto archiepiscopo Narbonensi assistant in praedicto negotio, illis praesertim qui ab eo fuerint requisiti. Datum ut supra. — *Horoy l. c.*

4924. — *Laterani 5 Aprilis.*

Rectorem et fratres domus hospitalis in Vriberch cum omnibus bonis patrocinandos suscipit. Laterani Nonis Aprilis anno octavo. — *Chron. G. Wilisch Kirchen — Historie der Stadt Freiberg (Leipzig 1737. 4°). Cod. dipl. I; Potthast 623. n. 7216; Horoy H-i opp. omn. IV. 601. n. 186.* — « Solet annvere sedes. »

4925. — *Laterani 5 Aprilis.*

Abbatem conventumque monasterii Camberonis Cisterc. ord. cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem terras de Hulste, possessiones et nemora a cl. m. Eustatio domino de Rodio eorum monasterio collata, necnon alia bona eis confirmat. Laterani Nonis Aprilis anno octavo. — *Mon. p. s. à l'hist. des prov. de Namur II. 1. 25. n. 17; Potthast 623. n. 7217; Horoy l. c. n. 187.* — « Cvm a nobis. »

4926. — *Laterani 7 Aprilis.*

« Decano Lichefeldensi. » Provisionem bo. me. H. Conventrensis episcopi loci dioecesani, qui ecclesiam Eldebaldest. cum suis pertinentiis decanatui Lichefeldensi loco reddituum quos antea decanus percipiebat deputavit, et a bo. me. H. Cantuariensi archiepiscopo loci metropolitano approbatam, confirmat. Laterani VII. Idus Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 407. fol. 184; Musaeum Britann. Add. mss. 15352* — « Ivstis petentivm desideriis. »

4927. — *Laterani 8 Aprilis.*

« Consulibus et populo Montispessulanis. » Ad exemplar Innocentii (III) Papae, eorum personas cum villa Montispessulani recipit in protectionem sub annuo censu duarum marcharum auri, centum massamutinis computandis pro marcha, Apostolicae Sedi in festo Resurrectionis Dominicae persolvendo. Lat. VI. Idus Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 426. fol. 188; Mss. Vall. I. 53; Teulet Layettes II. 647. n. 1643[2]; Potthast 623. n. 7220; Horoy H-i opp. omn. IV. 602. n. 188.* — « Sacrosancta Romana Ecclesia. »

4928. — *Laterani 8 Aprilis.*

(Ludolfo) Monasteriensi episcopo mandat, ut infra dies octo sententiam excommunicationis, quam in (Emonem) praepositum et conventum Floridi Orti [Wittewierum in Frisia] sine causa rationabili contra statuta concilii generalis auctoritate propria promulgavit, sine qualibet difficultate relaxet. Alioquin.... (Laterani VI. Id. Aprilis anno octavo). — *Emonis Chron. in Matthaei Vet. aevi anal. II. 73; ed. Feith (Utr. 1866) 97; cf. Wilmans Westfäl. UB. III. 108. n. 199; Potthast 623. n. 7218.* — « Dilecti filii praepositvs. »

4929. — *Laterani 8 Aprilis.*

De Orto S. Mariae et de Dokkum prioribus et magistro I. de Nova ecclesia plebano de superiori epistola significat eisque mandat, ut si praefatus episcopus mandatum apostolicum adimplere neglexerit, dictam sententiam relaxent et, si quid fuerit quaestionis, fine debito terminent. Laterani VI. Id. Aprilis anno octavo. — *Emonis Cron. l. c. 74; ed. Feith 98; Potth. 623. n. 7219.* — « Ex parte praepositi. »

4930. — *Laterani 8 Aprilis.*

Monasterio de Burrun ecclesiam in Burbach, a (Sigfrido) Augustensi episcopo eidem concessam confirmat. Laterani VI. Id. Aprilis anno octavo. — *Lang Regesta II. 144; Potth. 623. n. 7221.*

4931. — *Laterani 9 Aprilis.*

« (Conrado) episcopo Portuensi Apost. Sedis Legato. » Consules et populum Montispessulani, qui specialius inter alios regionis illius esse noscuntur supra firmam petram catholicae fidei stabiliti, eidem commendat. Laterani V. Idus Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 427. fol. 188; Mss. Vall. I. 53; Horoy l. c. 603. n. 190 ex mss. du Theil.* — « CVM DILECTI FILII. »

In eundem modum scriptum est (Arnaldo) archiepiscopo Narbonensi. — *Reg. Vat. l. c.*

4932. — *Laterani 9 Aprilis.*

« Vniversis Christi fidelibus per Magalonensem diocesim constitutis. » Visitantibus ecclesiam beatae Mariae de Tabulis in villa Montispessulani constitutam, a die qui eadem ecclesia consecrabitur usque ad octavum ipsius, indulgentiam viginti dierum concedit. Dat. ut supra (Laterani V. Idus Aprilis anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 428. fol. 188; mss. Vall. I. 53; Horoy l. c. n. 189 ex mss. du Theil.* — « QVONIAM VT AIT. »

4933. — *Laterani 10 Aprilis.*

« (Gilberto) episcopo Cathanensi (*in Scotia*), abbati de Kinlos Moraviensis diocesis et decano Rosmarchinensi. » Postulantibus episcopo et capitulo Moraviensibus necnon rege Scotiae super translatione sedis Moraviensis ad locum habiliorem seu ecclesiam sanctae Trinitatis iuxta Elgin, mandat ut vocatis quos viderint vocandos et circumstantiis omnibus pensatis, faciant quod secundum Deum atque utilitatem Moraviensis ecclesiae expedire viderint. Laterani IIII. Idus Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 401. fol. 182; Musaeum Britann. Add. mss. 15353; Theiner Mon. Hibern. 22. n. 52; Potthast 623. n. 7222; Horoy l. c. 604. n. 191.* — « VENIENS AD PRESENTIAM. »

4934. — *Laterani 10 Aprilis.*

« (Engelberto) Coloniensi archiepiscopo. » Ordinatio quam super abbatia Vilicensis monasterii (Conradus) episcopus Portuensis et L(eo) tituli sanctae Crucis praesbyter Cardinalis statuerunt confirmatur. Laterani IIII. Idus Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 416. fol. 186.* — ORDINATIONEM QVAM FECERVNT. »

4935. — *Laterani 11 Aprilis.*

« (Iohanni) episcopo Elyensi, et de Fontibus, et de Rievalle abbatibus Eboracensis diocesis. » Inspecta relatione super miraculis beati Guilelmi, quae praesentata fuit per S. archidiaconum et E. Bernardi canonicum Eboracenses et L. et I. procuratores archiepiscopi et capituli Eboracensium, quum in ea nequaquam dicta testium sint expressa, per quae veritatis possit fieri certitudo, mandat ut vel dicta testium receptorum ad Papam destinent, vel inquisitionem solemnem iterum facientes plane ac plenarie quae singuli testes deposuerint ad Papam rescribant. Laterani III. Idus Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 402. fol. 182; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 47 (fragm.); Musaeum Britann. Add. mss. 15353; Walbran Mem. of Fountains 174; Potthast 623. n. 7223; Horoy H-i opp. omn. IV. 605. n. 192.* — « ET SI NON IMMERITO. »

In eundem fere modum (Waltero) archiepiscopo Eboracensi. — *Reg. Vat. l. c.; Potthast l. c.*

In e. fere m. decano et capitulo Eboracensibus, verbis competenter mutatis. — *Reg. Vat. l. c.; Potthast l. c.*

4936. — *Laterani 13 Aprilis.*

« Priori et fratribus ordinis Vallis Caulium. » Vt priores pro tempore eorum domus quasdam observantias, quas praeter beati Benedicti regulam sibi indixerunt, non obstante confirmatione Apostolica, in generali capitulo temperari possint, eiusdemque ordinis prioribus concedit facultatem benedicendi ipsius ordinis novitios et alia privilegia. Laterani Idibus Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 400. fol. 182; Mss. Vallicell. I. 53.* — « IVXTA VOCEM DOMINICAM. »

4937. — *Laterani 13 Aprilis.*

« L(odoico) illustri Regi Francie. » Vt homines villae Montispessulani, iuxta promissiones a P(hilippo) rege patre suo et ab ipso factas, habeat commendatos et protegat, quos una cum rege Aragoniae M. regina Aragoniae mater eius dudum apud Sedem Apostolicam decedens, Romanae Ecclesiae commendavit. Laterani Idibus Aprilis anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 425. fol. 187; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 41.* — « A PROGENITORIBVS TVIS. »

In eundem modum (Garino) episcopo Silvanectensi sancti Licii ut regem Francie ad id moneat et inducat. — *Reg. Vat. l. c.*

14 Aprilis.

« Eodem anno consecrantur in episcopos magister Alexander de Stanenesby in Cestrensem Romae a domino papa Honorio die paschae, Willelmus.... » — *Matth. Paris Hist. Angl. ad a. 1224 (ap. Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 48).* — « Magister Alexander de Stanebi clericus de camera domini papae consecratur ab eodem Romae in episcopum Coventrensem die sancto Paschae id est XVIII. Kal. Maii. » — *Ann. de Waverleia in Annal. monast. II. 299; Potthast 624. post n. 7223; cf. Reg. Vat. fol. 210 post epist. 533.*

4938. — *Laterani 19 Aprilis.*

« Sancti Germani, et sancti Petri abbatibus, et decano Autisiodorensibus. » Ad preces prioris et fratrum monasterii Flaviniacensis, statuta a C(onrado) Portuensi episcopo tunc Apost. Sedis Legato in eodem monasterio facta confirmat. Laterani XIII. Kal. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 489. fol. 203; Horoy H-i opp. omn. IV. 606. n. 193 ex mss. du Theil.* — « DILECTI FILII PRIOR. »

4939. — *Laterani 20 Aprilis.*

Praepositum et capitulum Xanctenses cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem curias de Monemente et de Rinare, possessiones, domos *etc.* eis confirmat. Laterani XII. Kal. Maii anno octavo. — *Binterim Erzdiöcese Köln III. 186. n. 76; Sloet Oorkondenboek van Gelre I. 477. n. 473; Potthast Append. 2094. n. 7223a.-26110.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

4940. — *Laterani 22 Aprilis.*

« Lodoico Illustri Regi Francorum. » Vt (Fernandum) comitem Flandrensem a captivitate liberet iuxta conventionem initam inter Philippum regem et dictum comitem, quod nempe idem comes pro certa se redimeret pecuniae quantitate ex terra Flandriae procuranda quae ad dominium regis spectat: interim praecipit Remensi archiepiscopo et episcopo Silvanectensi, quod si forte comes et (Iohanna) comitissa Flandrenses contra praedictas conventiones venire praesumpserint, in dictos comitem et comitissam eorumque fautores eorumque terras excommunicationis et interdicti sententias promulgent. Laterani X. Kal. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 403. fol. 182; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 42; Bouquet Rec. XIX. 752; Horoy H-i opp. omn. IV. 606. n. 194.* — « PRO CAPTIVIS ET. »

In eundem fere modum scriptum est (Guilelmo) archiepiscopo Remensi et (Garino)

episcopo Silvanectensi dans litteris in preceptis etc. ut supra. — *Reg. Vat. l. c.; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 860. n. 19 (X. Kal. Martii) Baluze Misc. VII. 254; Bouquet Rec. XIX. 752; Teulet Layettes II. 28. n. 1644;* deficientibus initio et fine *ap. Raynaldi l. c.;* gallice, sed directa ad Archiep. Senonen. et ep. Sylvanecten. *ap. Galland Mém. p. s. à l'hist. de Navarre 201; Potthast 624. n. 7224; Horoy l. c.*

Archiepiscopo Remensi scriptum est ut predictum regem moneat et inducat ad dicti comitis liberationem. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. scriptum est episcopo Silvanectensi. — *Reg. Vat. l. c.*

4941. — *Laterani 22 Aprilis.*

« Magistro Tancredo canonico Bononiensi. » Mandat, in lite quae inter archiepiscopum Ravennatem et comunitatem Cerviensem super iurisdictione civitatis Cerviae et quibusdam aliis articulis vertitur, per subterfugia eorum ad triennium prorogata, praevia ratione iuxta traditam ei formam procedat. Laterani X. Kal. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 408. fol. 184; Sarti de Archigym. Bonon. Profess. II. 35; Dec. H-i III. lib. 2. tit. 1.* De iudiciis *c. 3. ed. Cironius 95; Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 1.* De iudiciis *c. 20. ap. Boehmer Corp. II. 227 (an. 1220); Richter Corp. II. 239; Potthast 666. n. 7741, absque signo chronologico; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. I. c. XX. p. 247.* — « Venerabilis frater noster. »

4942. — *Laterani 22 Aprilis.*

« (Guidoni) episcopo Assisinnati. » Litem inter ipsum ex una parte et magistrum et fratres Cruciferorum Bononienses ex altera, super hospitali de Fontanellis et eius oratorio terminat, iura utriusque partis definiens. Laterani X. Kal. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 409. fol. 184.* — « Inter te ex parte. »

In eundem modum scriptum est magistro et fratribus Cruciferorum Bononiensibus verbis competenter mutatis.

4943. — *Laterani 23 Aprilis.*

Compositionem inter praepositum capitulumque Honaugienses ex parte una et W. marschalcum (Henrici) Argentinensis episcopi advocatum ecelesiae Honaugiensis ex altera super dampnis illatis de cetero non inferendis factam et ab utraque parte sponte receptam confirmat. Laterani IX. Kal. Maii anno octavo. — *Würdtwein Nova Subs. XIII. 269; Potthast 624. n. 7225; Horoy H-i opp. omn. IV. 609. n. 195.* — « Hiis qve ivdicio. »

4944. — *Laterani 26 Aprilis.*

« Clero Yberniensi. » Statutum quod quidam Anglici fecerunt, ne ullus clericus de Ybernia quantumcumque honestus et litteratus ad aliquam dignitatem ecclesiasticam assumatur, irritum et inane decernit. Laterani VI. Kal. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 468. fol. 199; Mss. Vall. I, 53; Musaeum Britann. Add. mss. 15352; Theiner Mon. Hib. 23. n. 55; Shirley Royal letters I. 541. n. 17; Potthast 624. n. 7227 et append. 2094; Horoy H-i opp. omn. IV. 611. n. 197.* — « Sicvt ea qve. »

4945. — *Laterani 26 Aprilis.*

Aretino, Florentino, Fesulano, Castellano episcopis et abbatibus, prioribus, archipresbyteris, plebanis et aliis ecclesiarum praelatis per Aretinam *etc.* dioceses constitutis praecipit, ut tam fratres Camaldulenses Aretinae diocesis quam eorum possessiones *etc.* a molestatoribus per excommunicationem defendant. Laterani VI. Kal. Maii anno octavo. — *Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 431; Potthast 624. n. 7226; Horoy l. c. 610. n. 196.* — « Non absqve dolore. »

4946. — *Laterani 27 Aprilis.*

« Plebano et clericis plebis de Sacrominio. » Quaternarium clericorum numerum quem Lucanus episcopus loci dioecesanus,

facultatum eorum ecclesiae tenuitate pensata, in ea statuit et observari praecipit. Laterani V. Kal. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 470. fol. 200.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

4947. — *Laterani 27 Aprilis.*

Abbatem et conventum monasterii de Mulenbrunne (Cisterc. ord.) tuendum suscipit, specialiter autem ecclesiam de Winresheim cum pertinentiis suis a Spirensi episcopo loci diocesano dicto monasterio pleno iure concessam ac alia bona confirmat. Laterani V. Kal. Maii anno octavo. — *Wirtemberg. UB. III. 149. n. 673; Potthast 624. n. 7228; Horoy H-i opp. omn. IV. 612. n. 198.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

4948. — *Laterani 29 Aprilis.*

« Priori et conventui sancte Marie de Sine muro. » Concedit eis ut, quum in eorum terra generale fuerit interdictum, liceat eis, non pulsatis campanis, excommunicatis et nominatim interdictis exclusis, submissa voce divina officia celebrare. Laterani III. Kal. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 491. fol. 204.* — « HIIS QVI PRO. »

4949. — *Laterani 30 Aprilis.*

« (Henrico) archiepiscopo Dublinensi. » In causa inter abbatem et conventum monasterii sancti Thomae Dublinensis ex una parte et Nicolaum de Felda laicum ex altera, super quadam terra quae fuit quondam R. patris dicti Nicolai, et quam is sibi iure vindicat haereditario, cui tamen praedicti abbas et conventus obiiciunt eum non fuisse de legitimo matrimonio procreatum, mandat ut praevia ratione procedat, sine praeiudicio pupillarum, quas memoratus R. olim de legitima uxore suscepit. Laterani II. Kal. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 410. fol. 185; Musaeum Britann. Add. mss. 15352; Theiner Mon. Hib. 22. n. 53; Potthast 624. n. 7230; Horoy H-i opp. omn. IV. 615. n. 201.* — « EX PARTE DILECTORVM. »

4950. — *Laterani 30 Aprilis.*

« Magistro et fratribus Hospitalis sancte Marie Teutonicorum Ierosolimitanis. » Eorum precibus annuens recipit in ius et proprietatem Apostolicae Sedis terram Bozae et Vltra montes nivium quam A(ndreas) rex Vngarorum eis largitus fuit; indulget ut clerus populusque eiusdem terrae ad archipresbyterum, quem per (Thomam) Strigoniensem archiepiscopum tunc episcopum Agriensem praefici fecit, habeant recursum pro quaestionibus emergentibus; ea vero quae desiderant pontificalis dignitatis officium, a quocumque maluerint recipiant episcopo, vetans quemquam archiepiscopum vel episcopum ibi iurisdictionem exercere: in recognitionem autem dominii et perceptae a Sede Apostolica libertatis duas marcas auri singulis annis praestare debeant. Laterani II. Kal. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 411. fol. 185; Mss. Vall. I. 53; Katona Hist. crit. V. 460; Fejér Cod. dipl. III. I. 459; Schlözer Krit. Samml. 321; Bethlen Deutsch. Orden 91; Schuller Archiv I. 226; Bardosv Suppl. ann. Scep. 413; Theiner Mon. Hung. I. 50. n. 105; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2 Abth. XV). 26. n. 26; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 36; ap. Watterich Deutsch. Ordensstaat 107. n. 216; cf. Strehlke Tab. 157. n. 164; Potthast 624. n. 7232.* — « GRATA DEO ET. »

4951. — *Laterani 30 Aprilis.*

« Archiepiscopis et episcopis per Vngariam constitutis. » Ne magistrum et fratres hospitalis S. Mariae Teotonicorum Ierosolimitani vel incolas terrae Bozae et Vltra montes nivium molestent, sed propensius eos pro Sedis Apostolicae reverentia commendatos habentes, ipsorum iustis postulationibus pro clericorum ordinationibus et aliis quae ad pontificale spectant officium, ab eisdem requisiti, benigne annuant. Dat. ut supra (Laterani II. Kal. Maii anno oc-

tavo). — *Reg. Vat. lib. 8. ep. 412. fol. 185; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 36; Teutsch u. Firnhaber l. c. 27; Schuller l. c. 238; Theiner l. c. 51. n. 106; Mon. Hung. hist. Dipl. VI. 200; Potthast 624. n. 7231; Horoy H-i opp. omn. IV. 616. n. 202.* — « DILECTORVM FILIORVM MAGISTRI. »

4952. — *Laterani 30 Aprilis.*

« Archipresbytero terre Boze et Vltramontes nivium. » Constituit eum archipresbyterum et rectorem cleri et populi terrae Bozae et Vltra montes nivium, ita ut hii praeter Romanum Pontificem alium praelatum non habeant, et ad ipsum archipresbyterum pro quaestionibus emergentibus inter eos aliisque articulis qui auctoritatem seu iurisdictionem ecclesiasticam exigere videbuntur faciant recursum, cui facultatem quoque dat corrigendi eorum excessus maxime clericorum. Dat. ut supra (Laterani II. Kal. Maii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 413. fol. 185; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi l. c.; Theiner Mon. Hung. I. 51. n. 107; Fejér Cod. dipl. III. I. 453; Schuller Archiv I. 234; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 25; Potthast 623. n. 7211 (IV. Non. April.); Horoy H-i opp. omn. IV. 588. n. 180 (sub die 2 Aprilis).* — « GERENTES DE CLERO. »

4953. — *Laterani 30 Aprilis.*

« Archipresbytero et (*haec verba omittit Pott. et Hor.*) clero ac populo terre Boze et Vltramontes nivium. » Eos, quorum terram in ius et proprietatem Ecclesiae Romanae suscepit, se specialiter ait diligere, et si quaestiones aliquae inter ipsos emerserint, ad eorum archipresbyterum accedant, cui, quum corrigendi excessus omnium illorum specialiter clericorum potestatem quoque attribuerit, mandat ut tamquam pastori suo reverentiam congruam exhibeant. Dat. ut supra (Lat. II. Kal. Maii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 414. fol. 185; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi l. c.; Fejér l. c. (V Kal. Maii); Schuller l. c. 235; Teutsch u. Firnhaber l. c. 25. n. 25; Theiner l. c. n. 108; Potthast 624. n. 7229; Horoy l. c. 612. n. 199 (sub die 27 April.).* — « QVANTAM DE VOBIS. »

4954. — *Laterani 1 Maii.*

« Capitulo Halberstadensi. » Rationabiles et approbatas eorum ecclesiae consuetudines in dignitatibus et beneficiis conferendis confirmat. Laterani Kalendis Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 422. fol. 187; Musaeum Brit. Add. mss. 15352.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4955. — *Laterani 2 Maii.*

« Priori et capitulo sancti Andree Vercellensis. » Ecclesiam sancti Andreae de Cestretim̃ Eliensis dioecesis, quam Henricus rex Anglorum, attendens discrimina et labores quos Guala tit. sancti Martini presbyter Cardinalis Apost. Sedis Legatus pro sua et regni sui tranquillitate subiit, et iuxta desiderium Cardinalis ipsius, qui eandem ecclesiam Vercellensem fundavit, ipsis largitus est, eisdem confirmat, et regiae donationis tenor hic habetur insertus. Laterani VI. Non. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 429. fol. 188; Mss. Vall. I. 53.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

4956. — *Laterani 2 Maii.*

« P(etro) de Colle medio capellano nostro, Guidoni de Orcellis archidiacono Morinensi, et B. de Montiaco canonico Noviomensi. » Quum Morinensis episcopus iam ab hinc anno episcopatum cedendi licentiam impetraverit, sed quum Aegidius archidiaconus in Flandria Morinensi multorum de capitulo suo et pene omnium praelatorum Morinensis dioecesis litteras exhibuerit continentes quod totus Morinensis episcopatus

sub tali gubernatore pace et tranquillitate laetetur, mandat eis ut, si vere praefatus episcopus est suae ecclesiae utilis, iniungant eidem ne deserat sed retineat praesulatum praedictum, non obstantibus litteris ad sancti Vedasti Attrebatensis, sancti Iohannis et sancti Augustini Morinensium abbates super cessione ipsius obtentis. Laterani VI. Non. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 464. fol. 198.* — « NVPER A NOBIS. »

4957. — *Laterani 2 Maii.*

« Capitulo Cassellensi. » Duodenarium canonicorum numerum ab eis in eorum ecclesia statutum confirmat. Laterani VI. Non. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 469. fol. 199-200; Musaeum Britann. Add. mss. 15352; Theiner Mon. Hibern. 22. n. 54; Potthast 625. n. 7233; Horoy H-i opp. omn. IV. 616. n. 203.* — « ECCLESIARVM VTILITATI AC. »

4958. — *Laterani 4 Maii.*

« Priori sancte Marie de Spello Spoletane diocesis, Greco Assisinati (Assimat.? *Potth.*) et Bonoscenti subdiacono nostro Fulginaten. canonicis. » In causa inter (Guidonem) episcopum Asisinatem (*sic*) ex parte una et priorem et fratres hospitalis de Pariete Asisinatis dioecesis ex altera, super iurisdictione in eodem hospitali et ecclesia, quibus (Pelagium) episcopum Albanensem auditorem iam dedit, examinent testes super eo quod excepit procurator prioris et fratrum, quod nempe idem episcopus, quum in Aegidium presbyterum et fratrem eorum conversum violentas manus triennio iam elapso iniecisset, excommunicationis vinculo teneretur, et si infra dictum tempus constiterit ipsum episcopum excommunicatione ligatum esse, litis contestationem nullam esse penitus denuntient, alioquin super principali testes recipiant eorumque dicta ad Papam remittant. Laterani IIII. Non. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 415. fol. 186; Decret. H-i III. lib. 2. tit. 3* De mut. petition. *c. I ed. Cironius 104; Potthast 667. n. 7746 absque nota chronologica.* — « CVM SVPER CAVSA. »

4959. — *Laterani 4 Maii.*

« (Conrado) episcopo Portuensi Apostolice Sedis Legato. » Ad preces A(malrici) comitis Tolosani super dilatione temporis pro solutione debitorum quae ipse comes contraxit pro augmento stipendii quod R(obertus) de Bova et quidam alii milites in negotio Christi servientes praeter pacta exigerunt, et pro redemptione nobilis viri comitis Guidonis avunculi sui, qui pro eo in quatuor millibus librarum apud Ambianensem civitatem obses dicitur cum quibusdam aliis militibus detineri, mandat ut necessitatibus eiusdem comitis Tolosani de vicesima quae in Senonensi et quibusdam aliis provinciis trium praeteritorum annorum pro parte remansit colligenda, provideat. Laterani IIII. Non. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 417. fol. 186; Bouquet Rec. XIX. 753; Potthast 625. n. 7234; Horoy H-i opp. omn. IV. 617. n. 203 bis.* — « EX PARTE DILECTI. »

4960. — *Laterani 4 Maii.*

« (Alberto) Brixiensi et (Guilielmo) Mutinensi episcopis. » Vt civitates et alia loca Lombardiae corrupta fermento haereticae pravitatis peragrantes, earum rectores et populos ad exterminandam huiusmodi pestem secundum statutum concilii generalis efficaciter inducant, eosque ad id, si necesse fuerit, districtione canonica compellant. Lat. IIII. Non. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 419. fol. 186; Mss. Vall. I. 53.* — « PERICVLOSA TEMPORA QVE. »

4961. — *Laterani 4 Maii.*

« (Venturae) episcopo Ariminensi. » Ad preces T. et R. civitatis Ariminensis sindacorum, qui ad Sedem Apostolicam venerunt,

mandat ut potestatem, iudicem et consiliarios Ariminenses ab excommunicationis sententia, quam N. subdiaconus et capellanus apostolicus rector Massanus et Apost. Sedis Legatus in eos ob quaedam statuta edita et consuetudines introductas contra ecclesiasticam libertatem ac homines quosdam Ariminensi ecclesiae subtractos promulgavit, absolvat, ita tamen ut huiusmodi constitutiones et statuta de capitularibus civium illorum abradantur, et super eo quod ipsi dicuntur Ariminensi ecclesiae homines subtraxisse, de parendo mandato suo satisdatione recepta, absolutionem eis secundum formam Ecclesiae impendat et relaxet etiam interdictum. Laterani IIII. Non. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 424. fol. 187; Mss. Vallicell. I. 53; Tonini Rimini 435; Potthast 625. n. 7243 (IV. Id. Maii).* — « CONQVERENTIBVS DILECTIS FILIIS. »

4962. — *Laterani 6 Maii.*

« Episcopo Castrensi. » Quum ob corporis debilitatem exequi non possit votum transeundi in subsidinm Terrae Sanctae, ipsum a dicto voto absolvit pro ducentis libris Ianuensium parvorum, quas apud Ianuam deposuit, in ipsius Terrae Sanctae subsidium deferendis. Laterani II. Non. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 418. fol. 186.* — « CVM OLIM VOVENS. »

4963. — *Laterani 6 Maii.*

« Episcopo Valentino. » Licentia ab eo petita per David monachum Cluniacensem nuntium suum cedendi episcopatui denegatur, quum ipse tamquam bonus Christi miles certamen hactenus bonum certans opus evangelistae laudabiliter egerit, nec tedere eum deceat pascere Christi oves. Laterani II. Non. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 421. fol. 187; Mss. Vallicell. I. 53.* — « DILECTVS FILIVS DAVID. »

4964. — *Laterani 6 Maii.*

« Abbati de Tilieto Aquensis diocesis et V. magistro scolarum Ianuensi. » Super translatione monasterii sanctae Mariae de Latronorio Cisterciensis ordinis a fratre Damiano fundati, ad locum qui Pratalis vocatur, ubi ecclesiam ad honorem Dei et beatae Mariae Virginis frater ipse construxit, inquirant, et quicquid secundum Dominum et iustitiam statuendum fuerit, statuant. Lat. II. Non. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 423. fol. 187.* — « SIGNIFICANTE DILECTO FILIO. »

4965. — *Laterani 6 Maii.*

« (Theodino) Teanensi, et Alifensi episcopis et abbati Ferrarie Teanensis diocesis. » Quum episcopus, T. archidiaconus, V. primicerius et quidam alii canonici ecclesiae Venafrensis, qui hactenus secundum regni consuetudinem iuxta proprias vixerunt voluntates, nunc disposuerint in ipsa ecclesia canonicam facere, mandat ut ad ecclesiam ipsam personaliter accedentes, super praemissis omnibus inquisita veritate, referant. Laterani II. Non. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 471. fol. 200.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4966. — *Laterani 6 Maii.*

(Henrico) abbati et (Henrico) priori Pigaviensibus et (Alberto) praeposito de Brandeburg mandat, ut, cum dictus abbas praedecessori suo succedere debeat in huiusmodi onere et litterae commissionis, non expressis personarum sed locorum nominibus, fuerint impetratae, iuxta mandati d. d. 1223. Ian. 20 tenorem procedant in negotio eodem. Laterani II. Non. Maii anno octavo. — *Chron. Montis Sereni ed. Mader 183 (ed. Mencken in Scr. rer. Germ. II. 295; ed. Eckstein 168); Potthast 625. n. 7235; Horoy H-i opp. omn. IV. 618. n. 204.* — « DILECTVS FILIVS ROCHMANNVS. »

4967. — *Laterani 6 Maii.*

Abbati et conventui s. Georgii de Venetiis. In quaestione monasterii s. Georgii Venetiarum con-

tra patriarcham Gradensem et episcopum Castellanum decernit, ut monasterium ipsum ab omni sit iurisdictione exemptum et sedi apostolicae immediate subiectum. Laterani II. Non. Maii anno octavo. — *Cornelius Eccles. Venet. VIII. 234; Potthast 625. n. 7236; Horoy H-i opp. omn. IV. 619. n. 205.* — « In causa quae. »

4968. — *Laterani 7 Maii.*

« Abbati sancti Cipriani Torcellane diocesis, et sancte Marie Nove de Venetiis et sancte Marie de Avanz (Araziae *Vghelli, Horoy*) Paduan. prioribus. » Causa vertente inter patriarcham Gradensem et episcopum Castellanum ex parte una, et abbatem et conventum monasterii sancti Georgii de Venetiis ex altera, super subiectione ipsius monasterii, decernit monasterium ipsum esse liberum et immediate ad Romanam Ecclesiam pertinere, reservans dicto episcopo ea quae circa chrisma, oleum sanctum, ordinationes et alia in privilegiis reservantur, patriarchae autem quinquaginta solidos venetorum minorum, quos abbas quandoque ivit ad synodum patriarchae et per plures annos exsolvit, ad subiectionis indicium relinquit. Laterani Nonis Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 431. fol. 189; Decret. H-i III. lib. 2. tit. 6* De caus. posses. *c. 1. ed. Ciron. 115; Decret. Gregorii IX. lib. 2. tit. 12* De caus. poss. *c. 8. Boehmer Corp. II. 257 (an. 1220); Richter Corp. II. 269; Vghelli Ital. sac. V. 1207; Cornelius Eccl. Venet. VIII. 235; Potthast 625. n. 7239; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. XII. c. VIII. p. 279; Horoy H-i opp. omn. IV. 620. n. 206.* — « In causa qve. »

4969. — *Laterani 7 Maii.*

« (Conrado) Portuensi episcopo Apost. Sedis Legato, abbati de Monte Veteri Cisterciensis ordinis diocesis Coloniensis et Ebelino canonico Warmaciensi. » Quum Padeburnensis ecclesia destituta esset pastore, cuius electio non solum ad canonicos maioris ecclesiae verum etiam ad capitulum sanctorum Petri et Andreae et ad abbatem sancti Pauli de consuetudinario iure dicitur pertinere, et canonici maioris ecclesiae, omisso alio capitulo, ad electionem processissent, alii magistrum Oliverium eorum concanonicum, alii vero sanctorum Petri et Andreae praepositum eligentes; quorum primus ab Ildesemensi et de Sichen quondam Halberstadensi episcopis et abbate de Valle sancti Petri a Sede Apostolica delegatis confirmatus fuit, alter vero a Maguntino archiepiscopo loci metropolitano confirmationem obtinuit: quibus (Pelagius) Albanensis episcopus auditor concessus fuit; Pontifex hiis mandat ut inquirant super praedicta electione et referant. Laterani Nonis Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 449. fol. 194.* — « Dilectis filiis A. »

4970. — *Laterani 7 Maii.*

« (Theodorico) archiepiscopo Treverensi. » Decernit resignationem abbatis sancti Apri Tullensis, ad cuiusdam aemuli sui consilium a se emissam dum gravi aegritudine laboraret, non tenere. Laterani Nonis Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 455. fol. 196; Decret. H-i III. lib. 1. tit. 7* De renuntiatione *c. 3. ed. Ciron. 44; Decret. Gregorii IX. lib. I. tit. 9* De renunt. *c. 14. ap. Boehmer Corp. II. 97. (an. 1220); Richter Corp. II. 109; Potthast 661. n. 7683 (sine nota chronologica, infra vero ann. 1226-1227); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. IX. c. XIV. p. 114.* — « Lecte coram nobis. »

4971. — *Laterani 7 Maii.*

« Imilicensi, Lubricensi et Fimbarensi episcopis. » Petentibus capitulo Rossensi et Cassellensis ecclesiae suffraganeis, mandat ut inquirant super electione episcopi Rossensis, et si de persona idonea canonice celebrata fuerit, eam confirment. Dat. ut su-

pra (Laterani Nonis Maii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 455. fol. 197.* — « Dilecti filii Rossensis. »

4972. — *Laterani 7 Maii.*
« Attrebatensi episcopo. » Vt priorissae et sororibus sancti Nicolai de Ditiaco suae dioecesis, hospitali pauperum inservientibus et habitum regularem ac institutiones ordinis beati Victoris assumere satagentibus, liberam concedat potestatem eligendi sibi priorissam ac recipiendi libere sorores, conversos atque conversas, salvo ei in domo ipsa iure episcopali. Laterani Nonis Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 472. fol. 200.* — « Dilecte in Christo. »

In eundem modum scriptum est abbati et priori sancti Auberti et cantori Cameracensibus ut ipsum episcopum ad id moneant et inducant. — *Reg. Vat. l. c.; Miraeus Opp. dipl. III. 387; Potthast 625. n. 7238; Horoy H-i opp. omn. IV. 622, n. 207.*

4973. — *Laterani 7 Maii.*
Sororibus S. Nicolai seu B. Mariae de Bello Loco concedit licentiam assumendi regularem habitum et institutiones S. Victoris Parisiensis. Laterani Nonis Maii anno octavo. — *Gallia Christ. III. instr. 90; Potthast 625. n. 7237.* — « Dilectae in Christo. »

4974. — *Laterani 9 Maii.*
«(Engelberto) archiepiscopo Coloniensi.» Reprehendit eum, quod T. cantorem sancti Florini in Confluentia beneficiis, quae in sua dioecesi obtinebat, spoliavit, eo quod ipse et coniudices sui excommunicationis sententiam in ipsum archiepiscopum promulgarunt, quia se opponebat executioni sententiae ab ipsis promulgatae in causa inter abbatissam monasterii de Rindorf et C. monialem Vilicensis monasterii Coloniensis dioecesis super earum electione in abbatissam eiusdem loci, eique mandat ut factum, prout suae convenit honestati, corrigat per seipsum, vel pro se super hoc dirigat idoneum responsalem ad Pontificem. Laterani VII. Idus Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 430. fol. 188.* — « Exposvit nobis T. »

4975. — *Laterani 9 Maii.*
« (Iocelino) Bathoniensi, (Richardo) Saresbiriensi, (Iohanni) Elyensi et (Benedicto) Roffensi episcopis. » Moneant priorem et conventum Dunelmenses ex una parte et episcopum Dunelmensem ex altera, ut super causa inter ipsos diutius agitata pacem reforment, quod si de provenienda concordia nulla poterit spes haberi, habito cum viris prudentibus et praelatis consilio, in causa ipsa iuxta priorum litterarum continentiam, ratione praevia, procedant, alioquin eam ad Papam remittant. Laterani VII. Idus Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 467. fol. 199; Musaeum Brit. add. mss. 15352.* — « Sva nobis dilecti. »

4976. — *Laterani 9 Maii.*
« Sancte Marie de Voto Cisterciensis ordinis, et de Aggo, et de Velemōt abbatibus Rothomagensis diocesis. » Si eis constiterit monachos Bernacenses ab episcopo Lexoviensi loci dioecesano fuisse excommunicatos post appellationem ab eis ad Apostolicam Sedem interpositam, et sic ea non fuisse ligatos, moneant dictum episcopum ut electionem P. monachi Fiscanensis a praedictis monachis in ipsorum abbatem concorditer factam confirmet, si eam ipsi de persona idonea et canonice celebratam invenerint. Lat. VII. Idus Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 474. fol. 200; Horoy H-i opp. omn. IV. 623. n. 208. ex mss. du Theil.* — « Dilecti filii monachi. »

4977. — *Laterani 9 Maii.*
Abbatissam et sorores Rubei Monasterii (Rotenmünster) Cisterc. ord. protegendas suscipit

eisque omnes possessiones et bona confirmat, iura ac privilegia concedit. Laterani VII. Id. Maii indict. XII. incarn. dom. anno 1224 pont. anno octavo. — *Wirtemberg. UB. III. 152. n. 676; non integra ap. Lünig Reichs. — Arch. XVIII. Aebtiss. 297. n. 1; Potthast 625. n. 7240.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

4978. — *Laterani 10 Maii.*

Abbatissam et moniales de Villenna Burgens. dioc. tuendas suscipit, specialiter autem eis villas quae Lavid et Provedo vocantur, homines, domos *etc.* confirmat. Laterani VI. Id. Maii anno octavo. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 233; Potthast 625. n. 7241; Horoy H-i opp. omn. IV. 624. n. 209.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

4979. — *Laterani 12 Maii.*

« R(ussutanae) illustri regine (de Anegnia *Horoy*, Aneguia, Avognia, *Potth.*) Georgianorum. » Condolet de morte fratris sui regis Georgianorum, laudat eius erga Romanam Ecclesiam devotionem, quoad vero subsidium Terrae Sanctae, super quo desiderat certificari de passagio Friderici Roman. imperatoris et regis Siciliae, declarat quod idem imperator magnanimiter et magnifice ad hoc se accingit, eamque ad ipsius Terrae Sanctae subsidium exhortatur. Lat. IIII. Idus Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 434. fol. 189; Mss. Valllic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 21 fragm.; Potthast 625. n. 7242; Rodenberg Epist. Select. 180. n. 253; Horoy, H-i opp. omn. IV. 628. n. 211.* — « TVE SERENITATIS LITTERAS. »

4980. — *Laterani 12 Maii.*

« Nobili viro Io̅. Comestabulo Bratie. » Laudat pium eius propositum pro subsidio Terrae Sanctae: quod intellexit de Friderico Romanorum imperatore et Siciliae rege pro ipsius Terrae liberatione verum esse: eumque hortatur ut iuxta laudabilem et magnificam promissionem suam in auxilium veniat exercitus christiani. Dat. ut supra (Laterani IIII. Idus Maii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 435. fol. 190; Mss. Vallicell. I. 53; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 22; Rodenberg Epist. Select. 181. n. 254.* — « LITTERIS NOBILITATIS TVE. »

4981. — *Laterani 12 Maii.*

« Abbati et conventui sancti Richarii in Pontivo (Ambianen. dioec.) » Circa causam quae inter eos et b. m. episcopum Ambianensem mota fuit super subiectione quam in eorum monasterio idem episcopus exigebat: expositis quae acta fuerunt in possessorio ex commissione Innocentii PP. (III) a bon. mem. episcopo Suessionensi et coniudicibus suis, et deinde a P(elagio) Albanensi episcopo, qui auditor concessus fuerat, nec non eius Pontificis sententia, cuius executio abbati sancti Auberti et Iohanni archidiacono ac thesaurario Cameracensibus demandata fuit; et narratis quae in petitorio acta fuerunt ab abbate de Claromarisco et coniudicibus suis, ab Egidio sanctorum Cosmae et Damiani diacono cardinali, ab abbate, priore et suppriore sancti Victoris Parisiensibus et ab abbate sancti Martini Ambianensis et collegis suis, et a G(regorio) sancti Theodori diacono Cardinali, quem partibus demum Papa dederat auditorem; declarat ipsum monasterium esse liberum et ad solum Romanum Pontificem pertinere. Laterani IIII. Idus Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 446. fol. 193; Horoy H-i opp. omn. IV. 624. n. 210 ex mss. du Theil.* — « INTER CETERA DIVINIS. »

4982. — *Laterani 13 Maii.*

« Bracarensi archiepiscopo. » Decimas proventuum et reddituum regalium Bracarensis dioecesis a cl. mem. rege Portugalensi eius ecclesiae liberaliter concessas confirmat. Laterani III. Idus Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 437. fol. 190.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

4983. — *Laterani 13 Maii.*
« Abbati et priori sancte Genovefe et decano sancti Marcelli Parisiensibus. » Vt sententiam a Pontifice latam in causa inter abbatem et conventum sancti Richarii in Pontivo et bo. me. Ambianensem episcopum, in qua dictum monasterium declaratum fuit liberum et exemptum ab ipsius episcopi subiectione, inviolabiliter observari faciant. Laterani III. Id. Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 447. fol. 194; Horoy H-i opp. omn. IV. 629. n. 212 ex mss. du Theil.* — « INTER CETERA DIVINIS. »

4984. — *Laterani 13 Maii.*
S. Mariae foris portam Lucan. et S. Iacobi de Certaldo Florent. dioc. prioribus mandat, ut causam inter abbatem conventumque S. Savini ord. Camaldul. et quosdam cives Lucanos super possessionibus et rebus aliis agitatam terminent. Laterani III. Id. Maii anno octavo. — *Mittarelli Annal. Camald. IV. app. 432; Potthast 625. n. 7244; Horoy H-i opp. omn. IV. 633. n. 215.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

4985. — *Laterani 13 Maii.*
Heremi Fontis Avellanae quae b. Petri iuris existit tutelam suscipit, omnesque eius possessiones, iura ac privilegia confirmat. Laterani III. Id. Maii ind. XII. incarn. dom. anno 1224. pont. anno octavo. — *Mittarelli l. c. 433; Potthast 625. n. 7245; Horoy H-i opp. omn. IV. 630. n. 213.* — « SVPERNE MISERATIONIS RESPECTV. »

4986. — *Laterani 13 Maii.*
Abbati et conventui monasterii Novientensis capellas de Sulza, de Sarmerzo et de Sigoltesheim et in Baldenheim cum allodiis et pertinentiis earumdem, ab Henrico II Romanorum imperatore dicto monasterio concessas, auctoritate apostolica confirmat. Laterani III. Id. Maii anno octavo. — *Würdtwein Nova Subs. XIII. 270; Potthast 625. n. 7246; Horoy H-i opp. omn. IV. 632. n. 214.* — « CVM A NOBIS. »

4987. — *Laterani 13 Maii.*
Praeposito et capitulo Faventinis petentibus districtius inhibet, ne quis durante tempore quo ad eos spectat ipsorum canonicorum electio, instituere in ecclesia ipsa canonicos sine eorum consensu et voluntate praesumat. Laterani III. Id. Maii anno octavo. — *G. Ces. Tonduzzi Historie di Faenza (Faenza 1675. fol.) 256; cf. Mittarelli Access. Hist. Favent. 478; Potthast 626. n. 7247. et append. 2094.* — « CVM A NOBIS. »

4988. — *Laterani 14 Maii.*
« Priorisse ac sororibus hospitalis sancti Nicolai de Ditiaco. » Regulam beati Augustini secundum institutionem et observationem ecclesiae sancti Victoris Parisiensis a P. Attrebatensi episcopo loci dioecesano in eorum hospitali statutam confirmat. Laterani II. Idus Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 440. fol. 191; Gallia Christ. III. instr. 91; Miraei Opp. dipl. III. 387; Potth. 626. n. 7249.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

4989. — *Laterani 14 Maii.*
« Symeoni Ravennati archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis imperpetuum. » Iuxta suas postulationes nobilem ac famosam Ravennatem ecclesiam ad exemplar Calixti, Gregorii, Honorii, Gelasii Romanorum Pontificum sub beati Petri et sua protectione recipit, possessiones, bona et terras eius iurisdictioni subiectas nec non libertates et privilegia enumerat et confirmat. Laterani per manum magistri Guidonis dñi PP. notarii II. Idus Maii Indictione XII. Incarnationis Dominice anno MCCXXIIII. Pontificatus vero dñi Honorii PP. III. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 444. fol. 192; Mss. Vallicell. I. 53; Vesi St. di Romagna II. 344; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 401. n. 70; Rubei Hist. Ravenn. 389; cf. Mittarelli Access. hist. Favent. 478; Potthast 626. n. 7248. et append. 2094; Horoy H-i opp. omn. IV. 633. n. 216.* — « ETSI VNIVERSIS SANCTE. »

4990. — *Laterani 14 Maii.*

Praepositum et capitulum de Bergerdorpe eorumque ecclesiam cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem eius possessiones, terras et alia bona confirmat. Laterani II. Id. Maii anno octavo. — *Michelsen US. f. Schlesw. — Holstein I. 21. n. 16; Lappenberg Hamb. UB. I. 417. n. 479; Potthast 626. n. 7250; Horoy H-i opp. omn. IV. 638. n. 218.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

4991. — *Laterani 14 Maii.*

(Martino) episcopo et archidiacono Aretinis mandat, ut causam inter fratres Heremi Camaldulensis et vicecomitem de Campilio, laicos clericosque Senensis et Clusinae dioecesum super reformatione monasterii de Vivo existentem decidant. Lat. II. Id. Maii anno octavo. — *Mittarelli Annal. Camald. IV. app. 435; Potthast 626. n. 7251; Horoy H-i opp. omn. IV. 638. n. 217.* — « DILECTI FILII PRIOR. »

4992. — *Laterani 15 Maii.*

« (Waltero) archiepiscopo Eboracensi. » Super cessione episcopatus Manniae et Insularum a N(icolao) episcopo petita, qui a longo iam tempore ab ecclesia sua exulare coactus illuc redire nondum valet, domino terrae et aliis sibi adversantibus universis, mandat ut, huiusmodi causae circumstantiis provide circumspectis, concedat illi licentiam postulatam, si viderit expedire. Laterani Idibus Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 439. fol. 190; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4993. — *Laterani 15 Maii.*

« Priori et conventui Camaldulensibus. » Decernit ut abbatibus seu prioribus eorum ordini subiectis, qui ad canonicam correctionem evitandam ad appellationis munimen confugiunt, id eisdem minime suffragetur. Laterani Idibus Maii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 463. fol. 198; Mittarelli Ann. Camaldul. IV. app. 438; Bull. Rom. ed. Taur. III. 404. n. 71; Potthast 626. n. 7253; Horoy H-i opp. omn. IV. 641. n. 221.* — « EX PARTE VESTRA. »

4994. — *Laterani 15 Maii.*

S. Savini Pisani et S. Yppoliti Faventini abbatibus et priori S. Michaelis Aretii mandat, moneant praelatos et subditos ecclesiarum heremo Camaldulensi subiectos, ut eidem heremo in alpibus et loco arido constitutae atque gravi onere debitorum gravatae, matri suae, super suis necessitatibus auxilium liberaliter largiantur. Laterani Idib. Maii anno octavo. — *Mittarelli Annal. Camal. IV. app. 437; Potthast 626. n. 7252; Horoy H-i opp. omn. IV. 640. n. 220.* — « EXHIBITA NOBIS PRIORIS. »

4995. — *Laterani 15 Maii.*

(Rolando?) episcopo Feretrano mandat ut litem vertentem inter (Symeonem) archiepiscopum Ravennatem ex parte una et Albergellum et quosdam alios Vrbinatis et Pensauriensis dioec. ex altera super quibusdam possessionibus et rebus aliis decidat. Laterani Idib. Maii anno octavo. — *Fantuzzi Mon. Ravenn. Append. I. 126. n. 70; Potthast Append. 2094. n. 7253a-26112.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

4996. — *Laterani 16 Maii.*

« Capitulo Regino. » Vt G. Scolari nepoti episcopi Brixiensis, qui moribus et scientia commendatur et originem ducit de eorum terra nobilibus, praebendam conferant. Laterani XVII. Kalendas Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 438. fol. 190.* — « ECCLESIARVM VTILITATIBVS NON. »

4997. — *Laterani 16 Maii.*

« Episcopo Baionensi, Abbati de Funzia, et fratri Pontio quondam abbati Artosii canonico Funzie ordinis Premonstratensis Baiocensis diocesis. » Vt causam inter magistrum Alemanum Aquensem canonicum

et procuratorem Aquensis capituli ex parte una, et magistrum P. de Orrau ex altera, super quibusdam libris et rebus aliis quae procurator ipsius capituli coram T(homa) tituli sanctae Sabinae presbytero Cardinali auditore a Papa partibus concesso petiit ab eodem magistro, qui per archiepiscopum Auxitanum certis de causis et per Aquensem episcopum excommunicatus fuit eo quod bona Aquensis ecclesiae indebite occupabat, audiant et dirimant. Laterani XVII. Kal. Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 475. fol. 200.* — « CONSTITVTIS IN PRESENTIA. »

4998. — *Laterani 16 Maii.*

« (Alici) illustri Regine et nobilibus viris B. nato et Balio eius (*Potthast in n. 7512 a legit:* Hugonem regem, Henricum natum eius et balivos eius, nec non *etc, Friedberg legit:* Regi, baronibus et militibus et aliis hominibus Cypri) nec non comestabulo, baronibus, militibus et aliis hominibus universis Cipri. » Vt concordiam inter (Eustorgium) archiepiscopum Nicosiensem et suffraganeos eius ex parte una, et ipsos ex parte altera, super quibusdam decimis, mediante (Pelagio) Albanensi episcopo tunc in partibus Orientis Apost. Sedis Legato initam observent, alioquin, ne labor C. episcopi Amachostani qui super hoc iam per triennium apud Sedem Apostolicam laboravit vacuus reputetur, dat litteris in mandatis Tripolitano et Valeniensi (*al.* Valaniensi) episcopis et cantori Tripolitano ut dictam concordiam observari faciant. Dat. ut supra (Laterani XVII. Kal. Iunii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 476. fol. 201; Mss. Vallicell. I. 53; inter Decret. H-i III. lib. 2. tit. 20.* De confirmatione utili vel inutili *c. 1. ed. Cironius 169; Decretal. Gregor. IX. lib. 2. tit. 30.* De confirm. *c. 8. ap. Boehmer Corp. II. 413 (an. 1220); Richter Corp. II. 430; Mas Latrie Hist. de Chypre II. 47; Potthast 627. n. 7264 (Maii fine) et 647. n. 7512 a (sine nota chronologica, sed infra ann. 1223-1225); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. XXX. c. VIII. p. 447.* — « VENERABILES FRATRES NOSTRI. »

4999. — *Laterani 16 Maii.*

« Tripolitano, Valeniensi episcopis et cantori Tripolitano. » Vt compositionem, de qua supra, inter (Eustorgium) archiepiscopum Nicosiensem et suffraganeos eius ex una parte, et (Alicem) reginam, H. natum et Balium eius, nec non comestabulum et barones Cipri ex altera, super decimis amicabiliter initam, non obstantibus exceptionibus, appellatione remota, firmiter observari faciant. Dat. ut supra (Laterani XVII. Kal. Iunii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 477. fol. 201: Mss. Vallicell. I. 53.* — « VENERABILES FRATRES NOSTRI. »

5000. — *Laterani 16 Maii.*

« Cretensi archiepiscopo. » Ne ab episcopo et monachis Montis Synai super possessionibus eorumdem in insula Cretensi habitis ante concilium generale vel de novalibus quas propriis manibus excolunt decimas exigere vel extorquere praesumat, et sententiam excommunicationis a Yeropetensi et Chironensi episcopis in quosdam fratres eorum in dicta insula constitutos occasione huiusmodi promulgatam iuribus carere decernit. Laterani XVII. Kal. Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 479. fol. 201.* — « SIGNIFICANTIBVS VENERABILI FRATRE. »

5001. — *Laterani 17 Maii.*

« Paulo abbati monasterii sancti Georgii quod est situm iuxta Venetias, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum. » Eorum monasterium, in quo beati Benedicti regula observatur, ad exemplar Calixti Papae sub

beati Petri et sua protectione recipit, bona, possessiones, privilegia enumerat et confirmat, ad indicium autem perceptae a Romana Ecclesia libertatis aureos duos singulis annis Romano Pontifici persolvant. Laterani per manum Guidonis dni PP. notarii XVI. Kal. Iunii Indictione XII. Incarnationis dni anno M . CC . XXIIII Pontificatus vero dñi Honorii PP. III. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 436. fol. 190; Cornelius Eccles. Venet. VIII. 236; Potthast 626. n. 7254; Horoy H-i opp. omn. IV. 642. n. 222.* — « PIE POSTVLATIO VOLVNTATIS. »

5002. — *Laterani 17 Maii.*

« (Garino) episcopo Silvanectensi, decano Belvacensi et priori sancti Victoris Parisiensis. » Mandat ut causam inter praepositum, decanum et capitulum Suessionensem ex una parte, et maiorem, iuratos et communitatem Suessionenses ex altera, super eo quod iidem rector et alii iurisdictionem consuetam et debitam in terra sua praedictum capitulum exercere libere non permittunt, et quibusdam aliis articulis vertentem, quae ad decanum Cameracensem et coniudices suos a Sede Apostolica primum commissa fuit, audiant et terminent, alioquin eamdem sufficienter instructam ad Papae remittant examen. Lat. XVI. Kal. Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 498. fol. 204; Horoy H-i opp. omn. IV. 644. n. 223 ex mss. du Theil.* — « DILECTI FILII PREPOSITVS. »

5003. — *Laterani 18 Maii.*

« Episcopo et priori sancti Petri et archidiacono Belluoci (*Horoy leg.* Belliori) Matisconensibus. » Mandat, moneant archiepiscopum Lugdunensem, cui procuratio episcopatus imminet Eduensis, ut in ecclesia sanctae Mariae de Monteregali praebendale conferat beneficium R. diacono iuxta litteras apostolicas bo. me. Eduensi episcopo missas, cui priorem et cantorem Cluniacenses super hoc monitores deputavit. Laterani XV. Kal. Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 490. fol. 204; Horoy H-i opp. omn. IV. 645. n. 224 ex mss. du Theil.* — « AD NOSTRAM AVDIENTIAM. »

5004. — *Laterani 19 Maii.*

Monaldo Forosemproniensi episcopo annuens, Forosemproniensem ecclesiam sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. Laterani XIV. Kal. Iunii indict. XII. incarn. dom. anno 1224. pont. anno octavo. — *Vghelli It. sacra II. 828; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 405. n. 72; Potthast 626. n. 7255; Horoy H-i opp. omn. IV. 647. n. 225.* — « IN EMINENTI (eminentis *Vgh.*) APOSTOLICE SEDIS. »

5005. — *Laterani 20 Maii.*

« (Henrico) episcopo Altisiodorensi (*in e. l.* Autisiodorensi). » Vt inducat (Mathildem) comitissam Nivernensem ad restituendum F(ilippo) comiti Namucensi (Namurcensi *Potth.*) Altisiodorum et Tornodorum cum eorum pertinentiis, quae P(etrus) imperator Constantinopolitanus quondam comes Nivernensis pater ipsius eidem concessit, quibus ab H(ervaeo) comite Nivernensi per violentiam spoliatus fuit, et quae ad praesens ipsa comitissa indebite detinet, alioquin Ferrariarum et sancti Severini Castrinantonis abbatibus et camerario Ferrariarum Senonensis dioecesis dat litteris in mandatis ut praefatam comitissam ad restituendas terras ipsas per censuras ecclesiasticas compellant. Laterani XIII. Kal. Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 441. fol. 191; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 754; Potthast 626. n. 7257; Horoy H-i opp. omn. IV. 651. n. 226.* — « SI NON DEBET. »

5006. — *Laterani 20 Maii.*

« (Blanche) illustri regine Francie. » Eam rogat et exhortatur ut sollicite inducat

Lodoycum regem Francorum virum suum ad subveniendum (Roberto de Courtiniaco) imperatori Constantinopolitano consobrino eiusdem regis ad defensionem imperii Romaniae, quod tempore (Philippi) patris ipsius Lodoyci per Gallos cum grandi virtutis gloria extitit acquisitum, ibique quasi nova Francia est creata, sed taliter nunc est diminuta potentia Gallicorum, ut, nisi eidem imperatori celeriter succurratur, timetur ne irreparabile Latinis personarum et rerum detrimentum et genti Gallicae damnum immineat. Dat. ut supra (Lat. XIII. Kal. Iunii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 442. fol. 191; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 23; Bouquet l. c. 754; Potthast 626. n. 7258; Horoy l. c. 653. n. 227.* — « NOVIT REGIA CELSITVDO. »

5007. — *Laterani 20 Maii.*

« Abbati et conventui Lucen. (in Bohemia). » Iuspatronatus in quibusdam ecclesiis, nec non ecclesias de Chatonu, de Diakovic, de Chobhe, de Rokytinc, de Olexovic, de Domamil, de Lodinnio et de Huoem, quas cum decimis et aliis pertinentiis de manibus laicorum receperunt, a (Roberto) episcopo Olomucensi approbatas et a G(regorio) sancti Theodori diacono Cardinali tunc Apost. Sedis Legato ratas habitas, eisdem confirmat. Laterani XIII. Kal. Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. tib. 8. epist. 445. fol. 193; Boczeck Cod. dipl. Morav. II. 157. n. 154; non integra ap. Erben Reg. Bohem. I. 314. n. 682; cf. Palacky Reise 23. n. 96; Potthast 626. n. 7256.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

5008. — *Laterani 21 Maii.*

« (Philippo?) episcopo et capitulo Troianis. » Causa vertente inter eos et Foietanam ecclesiam, quae Apostolicae Sedi immediate subiecta est, super episcopalibus iuribus in ecclesiis Foietanis, audita relatione T(homae) tit. sanctae Sabinae presbyteri Cardinalis, quem partibus auditorem concessit, attento quodam praecepto Innocentii PP. (III) et aliis privilegiis et litteris consideratis, omnia iura episcopalia adiudicat ecclesiae Troianae in Fogia et aliis ecclesiis Foietanis. Laterani XII. Kal. Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 450. n. 195.* — « AB EXORDIO CONDITIONIS. »

In eundem modum scriptum est (Richerio?) episcopo Melfiensi et Beneventano et Asculano archidiaconis ut predictam sententiam observari faciant.

5009. — *Laterani 21 Maii.*

Abbati et priori de Camberone Cisterc. ord. concedit, ut de cetero per litteras apostolicae sedis de causis cognoscere minime teneantur, nisi forte de huiusmodi faciant indulgentia mentionem. Laterani XII. Kal. Iunii anno octavo. — *Monum. p. s. à l'hist. des prov. de Namur II. 1. 26. n. 18; Potthast 626. n. 7259; Horoy H-i opp. omn. IV. 654. n. 228.* — « VT OBSERVANTIE ORDINIS. »

5010. — *Laterani 21 Maii.*

Archipresbytero Cerviensi mandat ut inter archiepiscopum Ravennatem et commune Cerviae, qui quandam possessionem ad Ravennatem ecclesiam pertinentem contra iustitiam detinent, iudicium faciat. Laterani XII. Kalendas Iunii anno octavo. — *Fantuzzi Monum. Ravenn. Append. I. 127. n. 71; Potthast Append. 2094. n. 7259a-26113.* — « QVERELAM VENERABILIS FRATRIS. »

5011. — *Laterani 22 Maii.*

« (Sueiro) episcopo et capitulo Vlixbonensibus. » Causa quae inter ipsos ex una parte et priorem et conventum monasterii sancti Vincentii Vlixbonensis ex altera vertebatur, super iuribus episcopalibus a quibus hii se exemptos asserebant, primum Portugalensi episcopo et eius coniudicibus delegata, deinde a partibus in Elborensi episcopo et eius collega compromissa, postmodum E(gidio) sanctorum Cosmae et Damiani diacono Cardinali

ad dirimendum tradita, tandem in pluribus articulis mediante (Pelagio) episcopo Albanensi per concordiam composita, in reliquis a Pontifice ipso, ad quem partes se submiserunt, ea forma qua hic exprimitur, terminatur. Laterani XI. Kal. Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 443. fol. 191.* — « EA QVE IVDICIO. »

5012. — *Laterani 22 Maii.*

R. canonico Faventino mandat, ut litem vertentem inter archiepiscopum Ravennatem et comitem Rogerium natum cl. mem. comitis Guidi de Tuscia et fratres ipsius, qui castrum Montis Boarii pertinens ad ecclesiam Ravennatem occupaverunt, decidat. Laterani XI. Kal. Iunii anno octavo. — *Fantuzzi Mon. Ravenn. App. I. 128. n. 72; Potthast Append. 2094. n. 7259b-26114.* — « QVERELAM VENERABILIS FRATRIS. »

5013. — *Laterani 23 Maii.*

(Conrado) episcopo Hildesemensi mandat, ut (Henricum Minnike) praepositum S. Mariae in Goslaria, quem propter haereticam pravitatem carcerali detineat custodia mancipatum, ad (Conradum) Portuensem episcopum apostolicae sedis legatum adducat et coram eo, praelatis instructis in sacra pagina ad hoc convocatis, diligenter examinet ad absolutionem vel condemnationem ipsius processurus. Laterani X. Kal. Iunii anno octavo. — *Sudendorf Registr. II. 164. n. 76; Potthast 627. n. 7260; Horoy H-i opp. omn. IV. 655. n. 229.* — « EX PARTE PRAEPOSITI. »

5014. — *Laterani 23 Maii.*

Henrico abbate eiusque fratribus postulantibus, monasterium ss. Petri et Pauli atque Mauritii sociorumque eius de Ebersheim situm in pago Alsatiensi super fluvium qui dicitur Ylla tuendum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia confirmat. Laterani X. Kal. Iunii indict. XII. incarn. dom. anno 1224 pont. anno octavo. — *Würdtwein Nova Subs. XIII. 273; Potthast 627. n. 7261; Horoy l. c. n. 230.* — « QVOTIES A NOBIS. »

5015. — *Laterani 24 Maii.*

(Venturae) episcopo et praeposito Ariminensibus mandat, ut archiepiscopo Ravennati tribuant licentiam vendendi castrum Savignani. Laterani IX. Kal. Iunii anno octavo. — *Fantuzzi Mon. Ravenn. App. I. 350. n. 161; Potth. Append. 2094. n. 7261a.-26115; Horoy l. c. 660. n. 231.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

5016. — *Laterani 25 Maii.*

« Hugoni abbati sancti Richarii eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum. » Eorum monasterium ad exemplar Alexandri tertii Papae sub beati Petri et sua protectione recipit, villam sancti Richarii, in qua idem monasterium situm est, cum omnibus bonis, libertatibus et privilegiis, quae singillatim exprimuntur, confirmat. Laterani per manum magistri Guidonis dñi PP. notarii VIII. Kal. Iunii Incarnationis dominice anno MCCXXIIII. Pontificatus vero dñi Honorii PP. III. anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 448. fol. 194; Horoy H-i opp. omn. IV. 660. n. 232 ex mss. du Theil* — « IDEO SVMVS LICET. »

5017. — *Laterani 27 Maii.*

« Decano et capitulo Legionensibus. » Ordinationem ecclesiae Legionensis tam super personatibus et beneficiis conferendis quam super disciplina et regimine ipsius, factam a Pelagio episcopo Albanensi auctoritate Pontificis, super processu condito a thesaurario, magistro scolarum et Egidio canonico Zamorensibus confirmat, eiusque ordinationis tenorem ad verbum refert. Lat. VI. Kal. Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 451. fol. 195; España sagr. XXXV. 424; Potthast 627 n. 7262 (sub die 25 Maii); sub eadem die Horoy H-i opp.*

omn. IV 663. n. 233. — « Cvm dilectis filiis. »

5018. — *Laterani 27 Maii.*

« Abbati sancti Spiritus in Gulfiano Cisterciensis ordinis procuratori rerum episcopalium ecclesie Troiane. » Vt magistro Guilelmo capellano Papae, quem Troianus episcopus canonicum instituit in ecclesia Troiana promittens ei redditum quatuor unciarum auri donec in beneficio praebendali eidem provideret, huiusmodi redditum saltem pro rata temporis quo procurationem rerum episcopalium suscepit, persolvat. Laterani VI. Kal. Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 453. fol. 196.* — « Cvm venerabilis frater. »

5019. — *Laterani 27 Maii.*

Abbati et conventui de Camberone Cisterc. ord., quibus episcopus et capitulum Morinenses indulserunt, ut ratione grangiarum, domorum seu aliorum bonorum, quae in eorum diocesi obtinent, nullatenus teneantur suae synodo interesse, hanc concessionem confirmat. Laterani VI. Kal. Iunii anno octavo. — *Monum. p. s. à l'hist des prov. de Namur II. 1. 26. n. 19; Potthast 627. n. 7263; Horoy H-i opp. omn. IV. 667. n. 234.* — « Solet annvere sedes. »

5020. — *Laterani 29 Maii.*

« Preposito et capitulo Avinionensibus. » Concedit eis ut, habito consilio cum Arelatensi archiepiscopo metropolitano loci et episcopo Valentino, pastorem sibi eligere possint, quibus (Conradus) Portuensis episcopus Apostolicae Sedis Legatus inhibuit ne absque licentia Pontificis, quandiu eorum terra supposita esset interdicto, ad electionem episcopi procederent. Lat. IIII. Kal. Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 496. fol. 204; Horoy H-i opp. omn. IV. 668. n. 236 ex mss. du Theil (31 Maii).* — « Cvm venerabilis. »

(Hugoni) Arelatensi archiepiscopo et (Geroldo) episcopo Valentino in eundem fere modum scriptum est ut consilium ad id impendant. — *Reg. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

5021. — *Laterani 29 Maii.*

Comitibus et baronibus, communitatibus civitatum et castrorum per marchiam Anconitanam constitutis mandat, ut ecclesiae Ravennatis possessiones et iura nullatenus usurpent et illa quae ab eis vel subditis eorum sint temere usurpata, sine difficultate restituant eidem. Laterani IV. Kal. Iunii anno octavo. — *Fantuzzi Mon. Ravenn. App. VI. 69. n. 39; Potthast App. 2095. n. 7263 a-26116; Horoy l. c. 667. n. 235 (28 Maii).* — « Cvm inivrias ecclesiae. »

5022. — *Laterani 30 Maii.*

« (Petro) episcopo, archidiacono et decano de Kilkinnig Ossorgensibus. » Vt M. cantori ecclesiae Cassellensis, cuius cantoriae redditus tres marchas sterlingorum non attingunt, conferant archidiaconatum quem in ipsa ecclesia bo. me. Rainaldus de Ferentino obtinebat. Laterani III. Kal. Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 492. fol. 204; Musaeum Brit. add. mss. 15352.* — « Probitas dilecti filii. »

5023. — *Laterani 30 Maii.*

« M. Alvari, M. Alfonsi, et R. archidiacono Legionensibus. » Quum Legionensis episcopus propter quaedam contra ipsum proposita a collatione dignitatum ipsius ecclesiae per biennium suspensus fuerit, indulget ut hii, si quae post earum receptionem usque ad biennium in eadem ecclesia vacaverint dignitates, ipsas personis idoneis, consensu capituli et episcopi consilio requisito, in quibus est dignitatibus requirendum, conferant ut in statuto (Pelagii) episcopi Albanensis continetur. Dat. ut supra (Lat. III. Kal. Iunii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 493. fol. 204; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Cvm venerabilem fratrem. »

5024. — *Laterani 30 Maii.*
Befiehlt dem Dogen von Venedig, den Verkehr mit Cremona abzubrechen. — *Göttinger gel. Anzeigen 1874 p. 168; Potth. App. 2095. n. 7263a-26117.* — Ebenso an Genua. — *Potth. l. c.*

5025. — *Laterani 31 Maii.*
« Magistro Michaeli Scotto clerico. » Attendens scientiae gratiam quam ei contulit Dominus, beneficia quae ipse possidet, non obstante quod sit electus in archiepiscopum Cassellensem, ipsi confirmat. Laterani II. Kal. Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 451a. fol. 196; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « EMINENTIS SCIENTIE GRATIA. »

5026. — *Laterani 31 Maii.*
« Decano et capitulo Legionensibus. » Quum Petrus dictus abbas Legionensis canonicus, Isiderus Martini, Stephanus et Rodericus ecclesiae sancti Marcelli portionarii, spreto mandato thesaurarii, magistri scolarum et Egidii canonici Cameracensium inquisitorum, contempserint ad Papae praesentiam venire, et quum appareat eundem P(etrum) in adulterii crimine deprehensum et alios de non legitimo matrimonio procreatos, mandat ut eosdem ab officio et beneficio suspensos habeant. Laterani II. Kalendas Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 495. fol. 204.* — « CVM A DILECTIS FILIIS. »

5027. — *Laterani 31 Maii.*
« Abbati et conventui Monasterii de Habendono. » Indulget ut nullus episcopus vel officialis eius seu archidiaconus in eos sine manifesta et rationabili causa et canonica monitione praemissa excommunicationis et suspensionis sententiam promulgare possit. Laterani II. Kal. Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 497. fol. 204.* — « CVM AB HVIVS SECVLI. »

5028. — *Laterani 1 Iunii.*
« Sancti Michaelis in Bamberc, et de Bilitehiis in Herbipolensi diocesi abbatibus et decano Babinbergensi. » Quoad reformationem monasterii sancti Burckardi Herbipolensis, in quo iam H. sancti Stephani et B. in Winstat abbates visitatores in Herbipolensi dioecesi a capitulo generali monachorum Maguntinae provinciae constituti de assensu loci dioecesani visitationis officium impenderunt, et deinde eodem visitationis munere functi sunt Theodoricus decanus, Arnoldus praepositus et Th. scolasticus Herbipolenses, quorum litterae et episcopi compromissum recitata fuerunt in Papae et Cardinalium praesentia per Bartholomaeum ipsius Papae capellanum et in hac causa auditorem; mandat ut abbas ipsius monasterii ea quae taxata fuit per episcopum quantum ad victus necessaria sit provisione contentus, et in eodem monasterio cum eorum consilio, pendente reformatione, administret, ceterum visitent et plenarie reforment. Laterani Kalendis Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 478. fol. 201; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM DE MONASTERIO. »

5029. — *Laterani 5 Iunii.*
Abbatem conventumque Flabonis Montis Praemonstr. ord. cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem ecclesiam de Fresnis et grangias de Sandicort, de Hadonis villa, de Boenes *etc.* eis confirmat. Laterani Nonis Iunii anno octavo. — *Hugo Annal. Praemonstr. I. prob. 557; Potthast 627. n. 7265; Horoy H-i opp. omn. IV. 669. n. 237.* — « CVM A NOBIS. »

5030. — *Laterani 5 Iunii.*
Confirmat ordinationem, qua Pelagius episcopus Lamecensis monialibus S. Petri de Arouca nigri ordinis concessit, ut de cetero vivant mutato habitu sub observatione et districtione Cisterciensis ordinis. Laterani Nonis Iunii anno octavo. — *Manrique Ann. Cisterc. IV. 231; Potthast 627.*

n. 7266; Horoy l. c. 670. n. 238. — « LITTERAE VESTRAE NOBIS. »

5031. — *Laterani 6 Iunii.*
« (Trogotorio, *Gams* Torgodoro) archiepiscopo Arborensi. » Concedit ei facultatem absolvendi in sua dioecesi eos qui per iniectionem manuum violentam in clericos et alias religiosas personas in canonem latae sententiae inciderunt, dummodo infra quindecim dies maxime postquam fuerint requisiti iniuriam passis satisfecerint competenter. Lat. VIII. Idus Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 454. fol. 196.* — « CVM SICVT IN NOSTRA. »

5032. — *Laterani 6 Iunii.*
« (Richardo) episcopo Saresbiriensi. » Ad augendos redditus ecclesiae Saresbiriensis, qui sunt adeo exiles ut ad quotidianam distributionem residentium ibidem ministrorum non sufficiant, confirmat eius statutum, quod videlicet praebenda de Teintoñ, quam ecclesia ipsa habebat in Exoniensi dioecesi, consentiente loci dioecesano, in usus ipsorum residentium convertatur. Lat. VIII. Idus Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 482. fol. 202; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

5033. — *Laterani 8 Iunii.*
(Alberto) episcopo Faventino, abbati Nonantulae Mutinensis seu nullius diocesis et magistro Tancredo canonico Bononiensi mandat, ut potestatem, consiliarios et populum Florentinae civitatis inducant ad satisfaciendum de notoriis damnis et iniuriis irrogatis (Ildeprandino) episcopo et ecclesiis Fesulanis. Laterani VI. Id. Iunii anno octavo. — *Vghelli Ital. sacra III. 249; Potthast 627. n. 7267; Horoy H-i opp. omn. IV. 671. n. 239.* — « SCRIBENTIBVS NOBIS OLIM. »

5034. — *Laterani 10 Iunii.*
« Archiepiscopo Atheniensi, decano et Bernardo canonico Corinthiensibus. » Expositis quae acta fuerunt a Sede Apostolica adversus Patracensem archiepiscopum, et eius culpis singillatim enarratis, cuius clamor a tempore fe. re. Innocentii PP. (III) ad Apostolicam Sedem ascenderat, unde ipse Pontifex (Honorius) Coronensi nunc Corinthiensi archiepiscopo et collegis ipsius ac deinde archiepiscopo Larisseno eiusque collegis demum I(ohanni) tit. sanctae Praxedis tunc in illis partibus Apost. Sedis Legato, aliisque Apostolicas litteras destinaverat; nuntiat se eundem archiepiscopum a pontificalibus ad annum suspendisse ipsumque iussisse per unum annum in aliquo monasterio regulariter vivere, coadiutores in spiritualibus et temporalibus per triennium ei constituisse Coronensem episcopum et Lantelmum canonicum Patracensem, statuendo ut de proventibus partis suae, deductis necessariis expensis ipsius archiepiscopi per spatium supradictum, provideatur ipsi ecclesiae in ornamentis et fabrica restauranda. Laterani IIII. Idus Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 483. fol. 202; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CREBRIS CLAMORIBVS QVI. »

5035. — *Laterani 10 Iunii.*
« Episcopo Coronensi et Lantelmo canonico Patracensi. » Vt curam eis commissam Patracensis ecclesiae ob suspensionem Patracensis archiepiscopi ita prudenter, diligenter et fideliter gerere studeant ut dignam Deo et Sedi Apostolicae possint reddere rationem. Dat. ut supra (Laterani IIII. Idus Iunii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 484. fol. 203; Mss. Vallicell. I. 53.* — « ETSI PATRACENSIS ARCHIEPISCOPVS. »

In eundem modum scriptum est decano et capitulo Patracensibus ut archiepiscopo et coadiutoribus supradictis secundum provisionis Sedis Apostolicae tenorem intendant humiliter, et devote parere curent. — *Reg. Vat. l. c.*

5036. — *Laterani 10 Iunii.*

« Priori et canonicis sancte Marie Nove de Vrbe. » Donationem aquae molini et unius tenimenti terrae, quae Altura vulgariter appellatur, per Robertum et Deodatum Fraiapani in territorio Aquaeputridae eis factam, audita a L(eone) (*Horoy*, F.) tit. sanctae Crucis presbytero Cardinali causa quae inter priorem et canonicos praedictos ex una parte et magistrum Maximum subdiaconum et notarium Papae, cui custodia castri Aquaeputridae ab ipso Papa commissa fuit, ex altera vertebatur, eisdem confirmat. Laterani IIII. Id. Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 534. fol. 210; Georgii Hist. Setiae 239; Potthast 627. n. 7268; Horoy H-i opp. omn. IV. 672. n. 240.* — « VESTRE RELIGIONIS HONESTAS. »

5037. — *Laterani 10 Iunii.*

Abbatibus de Walderbach et S. Emmeramo revocationem bonorum a monasterio Altahensi (Niederaltaich) distractorum committit. Laterani IV. Id. Iunii anno octavo. — *Lang Regesta II. 144; cf. Potthast 627. n. 7269.*

5038. — *Laterani 10 Iunii.*

Monasterium S. Petri de superiori Altah sub b. Petri protectione suscipit. Laterani IV. Id. Iunii anno octavo. — *Mon. Boica XII. 120; Potthast 627. n. 7270; Horoy H-i opp. omn. IV. 673. n. 241.* — « CVM A NOBIS. »

5039. — *Laterani 11 Iunii.*

« Trogotorio Arborensi archiepiscopo eiusque successoribus canonice substituendis imperpetuum. » Ad exemplar Vrbani, Adriani et Alexandri Romanorum Pontificum ecclesiam Arborensem sub speciali protectione suscipit, possessiones, ecclesias et iura, quae singillatim recenset, confirmat. Laterani per manum magistri Guidonis dñi PP. notarii III. Idus Iunii. Indictione XII. Incarnationis Dominice anno MCCXXIIII Pontif. vero domni Honorii PP. III anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 481. fol. 201; Mss. Vallicell. I. 53.* — « IN APOSTOLICE SEDIS. »

5040. — *Laterani 12 Iunii.*

« Cancellario, cantori, et A. dicto mariscallo (dicto mariscallo *om. Decret. Greg.*) canonico Parisiensibus. » Iniungant iudicibus, quibus commissa fuit causa inter magistrum A. personam ecclesiae de Basemvilla ex una parte et priorem monachosque de Basemvilla Carnotensis dioecesis ex altera, super decimis novalium intra fines eorum parochiae consistentium, de quarum perceptione abbas et conventus sancti Martini Maioris monasterii Turonensis, quibus subsunt prior et monachi supradicti, obtinuerunt a Sede Apostolica indulgentiam, ut in negotio procedant iuxta formam eis traditam. Laterani II. Id. Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 466. fol. 199; Decret. H-i III. lib. 2. tit. 9* Vt lite pend. nihil innov. *c. 1. ed. Ciron. 122; Decret. Gregorii IX. lib. 2. tit. 16* Vt lite pend. nihil innov. *c. 5.* ap. *Boehmer Corp. II. 279 (an. 1221); Richter Corp. II. 291; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. XVI. c. V. p. 302; Potthast 667. n. 7753 absque nota chronologica.* — « DILECTVS FILIVS MAGISTER. »

5041. — *Laterani 13 Iunii.*

« Augustensi episcopo, abbati de Kaisheim Augustensis diocesis et scolastico Augustensi. » Causa vertente inter (Fridericum?) Eistetensem electum ex parte una, et praepositum Eistetensem pro se ac Ratisponensi praeposito, H. de Mur, et H. concanonicis suis ex altera, quoad electionis processum et appellationem super hoc ab abbate de Chanberc (*in e. l.* Kamberch) et suis coniudicibus delegatis, quae electio ab archiepiscopo Maguntino loci metropolitano confirmata fuit, dummodo pars praepositi ad abbatem de Chanberch et coniudices suos

contra electum litteras apostolicas impetravit deplorans intromissionem G. comitis eiusdem ecclesiae advocati cum ecclesiae ministerialibus: mandat ut nisi constiterit electionis tempore praepositum excommunicatum vel alias talem fuisse quod non debuerit ad eligendum admitti, eis silentium imponentes non permittant ab Eistetensi praeposito dictum electum quominus consecrationis munus recipiat impediri. Laterani Idibus Iunii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 458. fol. 197.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

5042. — *Laterani 15 Iunii.*

« G(ualae) tit. sancti Martini presbitero Cardinali. » Causam super collatione archidiaconatus Taurinensis, qui ob resignationem Henrici a Mediolanensi archiepiscopo et praeposito Cariensi fuit P. Taurinensi canonico collatus, inter eundem canonicum ex una parte et praepositum, cantorem et quosdam alios concanonicos ex altera dirimat; et quia ex parte praepositi et aliorum fuit coram Pontifice propositum quod Taurinensis episcopus ad scandalum vitandum prohibuit ne quis se intromitteret de possessione archidiaconatus eiusdem donec ad quem pertineret vel quis ea uti deberet legitime agnosceretur, mandat ut quod ab ipso episcopo factum est, observetur. Laterani XVII. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 457. fol. 197.* — « CVM HENRICVS TVNC. »

5043. — *Laterani 15 Iunii.*

« Archiepiscopo Sipontino. » Vt R. (de Ortona) monachum sancti Pauli de Vrbe, quem in locum S. abbatis Pulsanensis suffecit, favore prosequatur. Lat. XVII. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 461. fol. 198.* — « CVM S. QVONDAM. »

In eundem modum scriptum est capitulo Montis Galgani.

In e. m. capitulo Sipontino.

5044. — *Laterani 15 Iunii.*

« F(riderico) Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie. » R. de Ortona monachum (sancti Pauli de Vrbe), de regno suo oriundum quem in regimen monasterii Pulsanensis substituit S. quondam abbati, qui abbatiae regimini renuntiavit, ipsi commendat. Dat. ut supra (Lat. XVII. Kal. Iulii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 462. fol. 198; Mss. Vallicell. I. 53; Rodenberg Epist. Select. 182. n. 255.* — « CVM S. QVONDAM. »

5045. — *Laterani 16 Iunii.*

« Conventui monasterii Pulsanensis. » Renuntiationem S. eorum abbatis per violentiam emissam, super qua primum episcopo Vestano et eius collegis Pontifex scripta direxit, et demum B. de sancto Germano ipsius Pontificis capellanum super hoc negotio auditorem constituit, irritam et inanem decernit; verum quum idem S. abbatiae regimini cesserit, R. de Ortona, monachum sancti Pauli de Vrbe, litteratura, religione et prudentia commendabilem ei substituit, eisque mandat ut ei obediant. Lat. XVI. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 459. fol. 198.* — « S. QVONDAM ABBATE. »

5046. — *Laterani 16 Iunii.*

« Abbatibus, prioribus, et monachis et monialibus nec non clericis et laicis universis monasterio Pulsanensi subiectis. » Vt R. monacho sancti Pauli de Vrbe, quem in regimine Pulsanensis monasterii S. eiusdem abbati substituit, humiliter et devote intendant. Dat. ut supra (Lat. XVI. Kal. Iulii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 460. fol. 198.* — « S. QVONDAM ABBATE. »

In eundem modum scriptum est Montis Sacri et monasterii Pulsanensis abbatibus.

5047. — *Laterani 16 Iunii.*

« Magistro Iohanni de Civitate Antina, scriptori nostro canonico sancti Donatiani

Brugensis. » Non obstante quodam statuto, quod in ecclesia sancti Donatiani Brugensis dicitur existere, ut nempe foraneus canonicus de praebenda sua non nisi centum solidos percipiat annuatim, indulget ut praebendae suae fructus plene absens percipiat, iuxta litteras ad dictum capitulum scriptas, episcopo et archidiacono et cantori Attrebatensibus executoribus in eisdem destinatis. Laterani XVI. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 509. fol. 207.* — « De nostra speciali. »

5048. — *Laterani 17 Iunii.*

« (Iohanni) archiepiscopo, archidiacono et officiali Turonensibus. » Vt ad reformandam concordiam inter abbatem et monachos Dolenses ex parte una, et capellanos, qui de patronatu monasterii Dolensis existunt, super provisione ipsorum ex altera, operam impendant, monentes Bituricensem archiepiscopum ut ad hoc et ipse debeat laborare; et quum inter ipsum archiepiscopum et capellanos ac eosdem abbates monachosque diversae iam querelae sint motae, amicabiliter eas sopire curent. Laterani XV. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 465. fol. 199; Horoy H-i opp. omn. IV. 674. n. 242. ex mss. du Theil.* — « Attendentes qvalis pacis. »

5049. — *Laterani 18 Iunii.*

« Abbati et conventui Dervensis monasterii. » Decimas possessas a laicis, ad eorum monasterium de iure pertinentes, indulget ut possint, consentiente episcopo dioecesano, per aliquem modum licitum de manu recipere laicorum. Laterani XIIII. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 480. fol. 201.* — « A nobis vestra. »

5050. — *Laterani 18 Iunii.*

« Preposito sancti Nazari Mediolanensi. » Sententias super duabus electionibus de praepositura sancti Naboris Mediolanensis a Mediolanensi archiepiscopo loci ordinario et abbate de Cerreto suisque coniudicibus latas, qui electionem cassaverunt utramque, confirmat, et processum abbatis sancti Vincentii et condelegatorum suorum, quoad confirmationem electionis Amizi, reprobat. Laterani XIIII. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 485. fol. 203.* — « Avditis et intellectis. »

5051. — *Laterani 18 Iunii.*

« (Henrico) archiepiscopo Dublinensi. » Vt Iohannem presbyterum Limilicensis dioecesis a Watrefordensi, Imilicensi et Limilicensi episcopis per potentiam G. de Marisco iustitiarii Hyberniae in ecclesiam Arfertensem intrusum et consecratum, audita super hoc sententia Clonfertensis, Enechgdunensis et Finanwarrensis episcoporum, quibus a Papa negotium commissum fuit, quae sententia confirmata fuit a magistro Iacobo capellano et poenitentiario eiusdem Papae, non obstantibus litteris Apostolicis ab eodem Iohanne ad episcopum Saresbiriensem per surreptionis astutiam reportatis, mandat ut, eodem Iohanne ab ecclesia Arfertensi prorsus amoto, G. electum in corporalem possessionem eiusdem episcopii inducat et defendat. Laterani XIIII. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 500. fol. 205; Musaeum Brit. add. mss. 15352.* — « Accedens olim ad presentiam. »

5052. — *Laterani 20 Iunii.*

« (Mariano O'Brien) episcopo quondam Corcagiensi in archiepiscopum Cassellensem electo. » Quum magister M. Scotus ignorans linguam terrae illius, regimen ecclesiae Cassellensis spontaneus resignaverit, ad ipsum episcopatum eum transfert, eique mandat ut ad I(ohannem) regem Angliae pro eius assensu cum litteris apostolicis accedat, venturus ad Apostolicam Sedem palleum recepturus. Laterani XII. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 486. fol. 203; Mss.*

Vallicell. I. 53; Theiner Mon. Hibern. 23. n. 56; Potthast 627. n. 7272; Horoy H-i opp. omn. IV. 675. n. 243. — « CVM OLIM FVISSES. »

5053. — *Laterani 20 Iunii.*

« (Stephano) archiepiscopo Cantuariensi sancte Romane Ecclesie Cardinali. » Nuntiat se (Marianum) episcopum Corcagiensem ad archiepiscopatum Cassellensem transtulisse, eidemque mandasse ut ad (Iohannem) regem Angliae pro eius assensu accedat. Dat. ut supra (Laterani XII. Kal. Iulii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 487. fol. 203; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britan. add. mss. 15352; Potthast l. c.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

In eundem modum scriptum est (Henrico) regi Anglie ut facto huiusmodi assensum prebeat, presertim cum (Iohannes) rex Anglie pater suus dictum archiepiscopum receperit in clericum et familiarem suum et assensum electioni eius ad Corcagiensem ecclesiam prebuerit. — *Reg. Vat. l. c.; Potthast l. c.*

5054. — *Laterani 20 Iunii.*

S. Feliculae Parmens. dioc. et S. Prosperi praepositis et magistro Matthaeo canonico Regiensi mandat, ut disceptent controversiam intra capitulum Parmense et quosdam, qui vicedomini appellantur, ad se custodiam episcopii pertinere vacante ecclesia asserentes, etc. Laterani XII. Kal. Iulii anno octavo. — *Affò St. di Parma III. 343. n. 45; Potthast 627. n. 7271.* — « DILECTI FILII CAPITVLVM. »

5055. — *Laterani 21 Iunii.*

Capitulo S. Stephani Bambergae decimam in Isensheim, quam eis praepositus ecclesiae Bambergensis pro quotidiani panis administratione ab ipso eis praestanda concesserat, auctoritate apostolica confirmat. Laterani XI. Kal. Iulii anno octavo. — *C. A. Schweitzer Copialbuch des Colleg.-Stiftes St. Stephan zu Bamberg in 19. Bericht üb d. Wirken des histor. Vereins zu Bamberg 1856. p. 1; Potthast 627. n. 7273.*

5056. — *Laterani 25 Iunii.*

« (Laurentio) Auriensi, et (Payo) Lamecensi episcopis, et abbati de Palombario Bracarensis diocesis. » Quoad causam inter (Petrum) Colimbriensem et (Martinum) Egitaniensem episcopos super suarum limitatione dioecesum, quam Innocentius PP. (III) Auriensi episcopo et eius coniudicibus sub certa forma commisit, et deinde ipse Pontifex quondam episcopo Zamorensi eiusque collegis praecepit ut examinarent si Auriensis episcopus et sui coniudices provide dioeceses episcopatuum limitaverant, quorum processus ab I. Compostellano et V. Oxomensi archidiaconis et decano Bracarensi iudicibus delegatis irritatus fuit: mandat, ut revocantes in statum pristinum quidquid occasione processuum huiusmodi cassatorum attemptatum fuerit, in supradicto negotio iuxta formam iam datam ab Innocentio (III) episcopo Auriensi ipsi procedant. Laterani VII. Kalend. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 488. fol. 203.* — « CAVSAM QVE INTER. »

5057. — *Laterani 25 Iunii.*

« Auriensi (Aurel. *Decr. Greg., Friedb.*) et Lamecensi (Lametensi *Decr. Greg., Friedb.*) episcopis et abbati de Palombario Bracarensis diocesis. » Vt in causa vertente inter Colimbriensem (Colobrien. *Potth.*) et Egitaniensem episcopos super suarum limitatione dioecesum, secundum divisiones quae per libros antiquos vel alio modo probabuntur in commisso sibi negotio procedant. Lat. VII. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 504. fol. 205; Decret. H-i III. lib. II. tit. 11* De probationibus *c. 2 ed. Ciron. 126; Decret. Gregorii IX. lib. 2. tit. 19* De probat. *c. 13. apud Boehmer Corp. II. 290 (ad an. 1220); Richter Corp. II. 303; Potthast 668. n. 7755 absque signo chronologico;*

Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. XIX. c. XIII. p. 314. — « CVM CAVSAM QVE. »

5058. — *Laterani 25 Iunii.*

Abbati et conventui (monasterii) Aquicinetensis. Inhibet ne decimas ad eorum monasterium pertinentes, quae a laicis detinentur, quisquam ab eisdem laicis sine assensu eorum recipere vel redimere praesumat. Laterani VII. Kal. Iulii anno octavo. — *Bibl. Nat. Paris. f. Moreau mss. lat. t. CXXXIV. p. 5; Horoy H-i opp. omn. IV. 676. n. 244.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

5059. — *Laterani 25 Iunii.*

Eisdem. Personas et locum, in quo divino vacant obsequio, cum omnibus eorum bonis, praesentibus et futuris, sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem terras, redditus et possessiones quae nob. vir Hugo castellanus de Bello Manso, Villanus miles et uxor eius monasterio eorum donarunt, necnon decimas de Mensandiscultura et de Berlaimonte eisdem confirmat. Laterani VII. Kal. Iulii anno octavo. — *Bibl. Nat. Paris. l. c. p. 6; Horoy H-i opp. omn. IV. 676. n. 245.* — « QVVM A NOBIS. »

5060. — *Laterani 25 Iunii.*

Abbati S. Proculi, magistro Lamberto et Guidocto de Corrigia canonicis Bononiensibus mandat, ut controversiam inter abbatem conventumque Nonantulanos ex parte una et priorem S. Fridiani Florentini et S. Miniati infra turres et S. Michaelis in horto presbyteros et quosdam alios clericos et laicos Florentinae dioc. ex altera super iure patronatus earundem ecclesiarum et rebus aliis vertentem disceptent. Laterani VII. Kal. Iulii anno octavó. — *Tiraboschi St. di Nonantola II. 364. n. 432; Potthast 628. n. 7275.* — « SVAM AD NOS. »

5061. — *Laterani 26 Iunii.*

« (Rainerio) patriarche, et priori domus templi Antiocensibus (*sic*). » Vt moneant B. comitem Tripolitanum, qui pro principe Antiocheno se gerit, ne abbatem et conventum sancti Simeonis de Antiochia indebitis exactionibus opprimat. Laterani VI. Kalend. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 532. fol. 210; Mss. Vallicell. I. 53.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

5062. — *Laterani 27 Iunii.*

« Episcopo Coronensi et Lantelmo canonico Patracensi. » Vt de parte proventuum duorum praeteritorum annorum, quae archiepiscopo Patracensi contigit, debita exsolvant, quae idem archiepiscopus veniendo ad Apostolicam Sedem ibique moram trahendo contraxit, residuum, si quid fuerit, in fabricam et ornamenta ecclesiae convertant, ut in aliis litteris missis archiepiscopo Atheniensi etc. (vide ad diem 10 Iunii an. octavi). Laterani V. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 501. fol. 205.* — « LICET VOBIS DEDERIMVS. »

5063. — *Laterani 27 Iunii.*

« Potestati et Populo Paduanis. » Vt statutum quod contra ecclesiasticam libertatem fecerant divino et humano iuri contrarium, infra quindecim dies post susceptionem praesentium de eorum capitularibus abradant, et nisi mandatum apostolicum adimpleverint, a Veronensi episcopo per censuras ecclesiasticas, prout eidem praecepit, compellentur. Laterani V. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 502. fol. 205; Mss. Vallicell. I. 53; Decret. H-i III. ed. Ciron. 15 (sine nota chronologica); cf. Potthast 628. n. 7276a, cum initio:* « Sicut est nostris. » — « RECOLENTIBVS NOBIS QVOD. »

5064. — *Laterani 27 Iunii.*

« (Norandino) Veronensi episcopo (*Horoy leg.* archiepiscopo). » Iniungit ei ut, nisi potestas et populus Paduani mandatum apostolicum de abolendo statuto contra ecclesiasticam libertatem ab eis facto adimpleve-

rint, per censuras ecclesiasticas eos compellat. Dat. ut supra (Lat. V. Kal. Iulii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 503. fol. 205; Mss. Vallicell. I. 53; Biancolini Serie dei Vescovi di Verona 86. n. 12; Dondi Orlogio Dissert. VII. doc. 34. n. 31 (male ad ann. 1223); Federici Ist. de' Cavalieri Gaudenti II. doc. 221. n. 189 (pont. anno secundo) et Dondi Orlogio l. c. VIII. doc. 30. n. 13 qui uterque praeterea male Honorio IV. tribuit; Potth. 628. n. 7276; Horoy H-i opp. omn. IV. 679. n. 247.* — « RECOLENTIBVS NOBIS QVOD. »

5065. — *Laterani 28 Iunii.*

« (Aimoni) episcopo Gebennensi. » Ordinationem confirmat, quam C(onradus) Portuensis episcopus olim Apost. Sedis in illis partibus Legatus de consilio archiepiscopi Viennensis metropolitani loci et Grationo-politani episcopi et multorum praelatorum provinciae Viennensis statuit, ut de quibusdam censibus, qui personatus appellantur, ad eius donationem spectantibus, liceat usque ad centum libras in annuis redditibus sibi retinere, certis tamen exactionibus in clericos suae dioecesis penitus interdictis. Laterani IIII. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg Vat. lib. 8. epist. 499. fol. 204; Mém. de la Soc. d'Hist. de Genève XVI. 129; Potthast 629. n. 7291. (anno octavo, sine vero die et mense).* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

5066. — *Laterani 28 Iunii.*

« (Petro) episcopo Colimbriensi. » Epistolam Innocentii PP. III. (sub die 9 Iunii anno XIV) quoad causam quae inter ipsum ac (Martinum) Egitaniensem episcopum super limitatione eorum dioecesum vertebatur, (Laurentio) Auriensi episcopo et abbati de Osseira Auriensis diocesis et P. Fernandi archidiacono Auriensi suis coniudicibus destinatam de verbo ad verbum transcribit. Laterani IIII. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 507. fol. 206.* — « AD PETITIONEM TVAM. »

5067. — *Laterani 28 Iunii.*

« Cantori, magistris P. archidiacono, et F. de Lenti canonico Lingonensibus. » Causam inter G. abbatem sancti Apri Tullensis et (Ottonem) episcopum Tullensem, qui Bosonem monachum Dervensem in eius locum elegit, eo quod idem G. gravi olim infirmitate detentus, de cuiusdam aemuli sui consilio, quem aemulum non credebat, quosdam monachos suos ab excommunicatione et ab obedientia, qua tenebantur eidem, absolvit, audiant, revocato in irritum quiquid post appellationem ad Sedem Apostolicam a sententia quam decanus Tullensis promulgavit, attemptatum fuit. Laterani IIII. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 531. fol. 210.* — « SVA NOBIS G. »

5068. — *Laterani 29 Iunii.*

« (Stephano) Bracarensi archiepiscopo, et (Laurentio) episcopo Auriensi. » Etsi attestationes et alia scripta per P(elagium) episcopum Albanensem examinata asserant Villammaiorem esse ad episcopalem sedem utiliorem et aptiorem quam sit Ripa de Hevve, ubi Minduniensis sedes translata fuit, tamen hiis mandat ut ad praedictum locum personaliter accedentes inquirant veritatem, et si invenerint Villammaiorem esse utiliorem, illuc memoratam sedem reducant. Laterani III. Kalend. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8 epist. 505. fol. 206.* — « DILECTI FILII MAGISTER. »

5069. — *Laterani 29 Iunii.*

« Abbati et Conventui Cluniacensibus. » Ne pro grangiis, unde ipsi vel eorum fratres percipiunt victualia, in quibus nec clerici nec monachi commorantur et quae visitari non solent, alicui ordinario procurationes insolitas solvere compellantur. Laterani III. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 506. fol. 206; Bull. ord. Cluniac. 106; cf. Potthast 628. n. 7277; Horoy H-i opp.*

omn. IV. 680. n. 248 ex mss. du Theil. — « CVM A NOBIS PETITVR. »

5070. — *Laterani 29 Iunii.*

« Abbati sancti Galgani Cisterciensis ordinis et priori Camaldulensi Wlterrane et Aretine diocesum. » Audita relatione G(regorii) sancti Theodori diaconi Cardinalis super electione abbatis monasterii sanctae Florae Aretinae dioecesis, electionem ipsam cassat, ac eis iniungit ut ad monasterium ipsum accedentes faciant eidem de persona idonea in abbatem per electionem canonicam provideri. Laterani III. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 508. fol. 207.* — « CORAM DILECTO FILIO. »

5071. — *Laterani 1 Iulii.*

« Roderico archiepiscopo Toletano. » Libertates et immunitates ecclesiae Toletanae ac villas eius, tum ab aliis tum specialiter a cl. me. Ildefonso rege Castellae ei collatas, confirmat. Laterani Kalendis Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 510. fol. 207.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

5072. — *Laterani 1 Iulii.*

« Petro Priori monasterii sancti Quirici de Monticello Lucani ordinis Case Dei. » Ad prioratum, quo a (Gualtero) episcopo Lucano spoliatus fuit, eum cum fructibus medio tempore perceptis restituit, et ipsum episcopum in quinquaginta libris lucensibus expensarum nomine condemnat. Lat. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 512. fol. 507.* — « CONSTITVTIS IN PRESENTIA. »

5073. — *Laterani 1 Iulii.*

Capitulo Anconitano duodenarium canonicorum numerum, quem Anconitanus episcopus in eorum ecclesia, ipsius facultatibus pensatis, statuit confirmat. Laterani prima Iulii (?) anno octavo. — *Saracini Notitie d'Ancona 193; Potthast 628. n. 7278; Horoy H-i opp. omn. IV. 681. n. 249.* — « ECCLESIARVM VTILITATI, TRANQVILLITATI. »

5074. — *Laterani 3 Iulii.*

« (Roderico) archiepiscopo Toletano. » Concedit ei ut tertiam partem decimarum suae dioecesis ecclesiarum fabricis deputatam in costructionem Toletanae ecclesiae usque ad quadriennium convertat. Laterani V. Non. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 511. fol. 207.* — « CVM TOLETANAM ECCLESIAM. »

5075. — *Laterani 3 Iulii.*

« Priori sancti Fridiani. » Vt sententiam Apostolicae Sedis contra (Gualterum) episcopum Lucanum, quia priorem sancti Quirici de Monticello Lucani, ordinis Casae Dei, de prioratu spoliavit, observari faciat, amoto a prioratu praedicto illo qui ab episcopo intrusus fuerat. Laterani V. Non. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 513. fol. 207.* — « CONSTITVTIS IN PRESENTIA. »

5076. — *Laterani 5 Iulii.*

« G(ualae) tit. sancti Martini presbytero Cardinali. » Si cives Papienses non satisfecerint infra terminum a bon. mem. Parmensi episcopo et collegis suis iudicibus a Papa delegatis pro damnis illatis ecclesiis sententialiter statutum, mandat ut ex tunc sententias dicti episcopi et coniudicum ipsius observari faciat. Laterani III. Non. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 515. fol. 208; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CIVES PAPIENSES SVOS. »

5077. — *Laterani 5 Iulii.*

« Episcopo Mothonensi et Mothonensi et Amiclensi decanis. » Patracensi archiepiscopo significante quod Patracense capitulum, ratione cuiusdam statuti a P(elagio) episcopo Albanensi facti et a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis presbyteri Cardinalis confirmati dum in partibus Romaniae le-

gationis officio fungebantur, P. canonicum Patracensem, eo quod praedictum archiepiscopum apud Sedem Apostolicam comitatus est, ob eius absentiam praebenda spoliarunt, mandat ut eam eidem restituant. Laterani III. Non. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 519. fol. 208.* — « AD NOSTRAM AVDIENTIAM. »

5078. — *Laterani 5 Iulii.*

Compositionem inter abbatem conventumque Cluniacenses ex parte una et abbatem conventumque monasterii s. Iohannis Angeliacensis ex altera mediante Xantonensi episcopo super statū eiusdem monasterii amicabiliter initam confirmat. Laterani III. Non. Iulii anno octavo. — *Bullar. ord. Cluniac. 106; cf. Potthast 628. n. 7283.*

5079. — *Laterani 6 Iulii.*

« Priori sancte Marie de Marvilla Sanctarenensi Vlixbonensis diocesis, P. magistro scolarum Portugalensi, et magistro Pascasio canonico Salamantino. » Causam inter Visensem et Egitaniensem ecclesias super possessione ecclesiarum de Guardia hiis audiendam committit. Lat. II. Non. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 514. fol. 207.* — « CVM IN CAVSA. »

5080. — *Laterani 7 Iulii.*

« Episcopo Esculano. » Quum canonici Esculani vix possint in dispositione negotiorum ecclesiae inveniri concordes, mandat ut ea quae cum consilio et consensu maioris et sanioris partis capituli fuerint per ipsum episcopum provide ordinata, inconcussam obtineant firmitatem. Lat. Nonis Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 517. fol. 208.* — « SVPPLICASTI NOBIS VT. »

5081. — *Laterani 10 Iulii.*

« (Berardo) Messanensi et (Landoni) Regino archiepiscopis. » Nuntiat se Fred(iricum) imperatorem per archiepiscopum Cusentinum rogavisse ut Cephaludensem episcopum, quem ecclesia spoliaverat, restitueret, et quum fuerit nunc restitutus, mandat ut inquirant utrum idem episcopus sit dilapidationis reus, cassatis processibus super hoc factis ab abbate sancti Spiritus de Panormo ac deinde a thesaurario Cusentino, et si eum viderint esse de dilapidatione suspectum, eidem coadiutorem provideant virum providum et honestum, sine cuius consilio nihil quoad bonorum administrationem agatur. Laterani VI. Idus Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 516. fol. 208; Mss. Vallic. I. 53; Rodenberg Epist. Select. 182. n. 256.* — « ROGATVS OLIM A NOBIS. »

5082. — *Laterani 10 Iulii.*

« I(ohanni) Calaguritano (*in e. l.* Calagurritano) electo. » Domum de Lacunell̄, quam a Segabiensi (*sic*) ecclesia, in qua portionarius existebat, in beneficium habebat, antequam fuisset ad ecclesiam Calaguritanam assumptus, sicut eam prius habuerat, ei et nunc concedit possidendam. Laterani VI. Id. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 527. fol. 209.* — « EX PARTE DEVOTIONIS. »

5083. — *Laterani 11 Iulii.*

« (Arnaldo) archiepiscopo Narbonensi. » Vt hortetur R(aimundum) filium quondam comitis Tolosani ut castrum Melgorii cum omnibus suis pertinentiis ecclesiae Magalonensi restituat ac de damnis irrogatis eidem condignam satisfactionem impendat. Lat. V. Idus Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 518. fol. 208; Mss. Vallic. I. 53; Vaissète Hist. de Languedoc III. pr. 282 (sine diei nota); Bouquet Rec. XIX. 755; Potthast 628. n. 7285; Horoy H-i opp. omn. IV. 684. n. 253.* — « ANGIT NOS COMMVNITER. »

5084. — *Laterani 11 Iulii.*

« Abbati et conventui monasterii Saxivivi. » Sententiam ab R. subdiacono et

capellano Pontificis latam, quod monasterium Saxivivi, mediante eorum monasterio sancti Apollinaris de Sambro, habeat possessionem, vel quasi, super ecclesia sancti Ansuini de Capro, et Matheus eorum monasterii conversus qui in eandem ecclesiam se intrusit, removeatur, confirmat. Laterani V. Idus Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 521. fol. 208-209.* — « CONQVERENTIBVS VOBIS OLIM. »

5085. — *Laterani 11 Iulii.*
« Archidiacono et B. subdiacono nostro canonico Fuliginatensibus. » Vt sententiam ab R. subdiacono et capellano Pontificis favore monasterii Saxivivi et adversus Matheum eorum conversum, qui in ecclesiam sancti Ansuini de Capro in eiusdem monasterii praeiudicium se intruserat, observari faciant. Dat. ut supra (Lat. V. Idus Iulii anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 521².* *fol. 209.* — « CONQVERENTIBVS OLIM ABBATE. »

5086. — *Laterani 11 Iulii.*
(Briccio) episcopo Waciensi, abbati de Peles et archidiacono Pestiensi Vesprimiens. et Waciens. diocc. mandat, ut quaestiones diutius agitatas, quas abbas et conventus contra Vesprimiense capitulum super ecclesia S. Salvatoris de Tord et quibusdam decimis de Simigiensi comitatu plene ipsis provenientibus moverunt, fine debito terminent. Lat. V. Id. Iulii anno octavo. — *Mon. Hung. hist. dipl. VI. 202; Potthast 628. n. 7284.* — « CVM OLIM ABBAS. »

5087. — *Laterani 12 Iulii.*
« (Bernardo) episcopo Magalonensi. » Ne absolvat a sententia excommunicationis R(aimundum) filium quondam R(aimundi) comitis Tolosani nisi ecclesiae Magalonensi et aliis, quarum bona noscitur illicite detinere, satisfecerit. Laterani IIII. Idus Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8 epist. 520. fol. 208; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 755; Potthast 628. n. 7286; Horoy H-i opp. omn. IV. 685. n. 254.* — « QVIA METVIS NE. »

5088. — *Laterani 13 Iulii.*
« (Thuoni) Ripensi, et (Gunnero) Wibergensi episcopis. » Vt a (Petro) Arusiensi episcopo, qui frequentibus gravatur infirmitatibus, et usum unius oculi amisit, reliquo non modicum caligante, spontaneam cessionem episcopatus recipiant. Laterani III. Idus Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 522. fol. 209; Porthan Bullar. access. 18. n. 42; Potthast 628. n. 7287 (sine initio).* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

5089. — *Laterani 13 Iulii.*
« Magistro Boamundo subdiacono nostro canonico Patracensi. » Eius personam sub protectione suscipit eique praebendam in ecclesia Patracensi confirmat, indulgens intuitu eius probitatis, et magistri Obizionis subdiaconi et notarii Papae obtentu, ut constitutio P(elagii) episcopi Albanensis et I(ohannis) tit. sanctae Praxedis tunc Apost. Sedis Legatorum contra absentes facta ei scolasticis disciplinis vacanti obesse non possit. Lat. III. Idus Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 526. fol. 209.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

5090. — *Laterani 13 Iulii.*
« Decano Burgensi, et Burgensi et Segobiensi archidiaconis. » Vt I(ohannem) Calaguritanum electum pacifica possessione faciant gaudere domus de Lacunell, quam a Segobiensi ecclesia, in qua portionarius erat antequam ad ecclesiam Calaguritanam assumptus fuisset, in beneficium habebat. Laterani III. Idus Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 528. fol. 209-210.* — « CVM DOMVM DE. »

5091. — *Laterani 18 Iulii.*
« (Berardo) Messanensi et (Landoni) Regino archiepiscopis. » Processu thesau-

rarii Cusentini ab Apostolica Sede cassato, mandat ut magistro Thom̃. de Iuvenatio canonico Messanensi, quem dictus thesaurarius Cephaludensi episcopo coadiutorem duxit providendum, a tali administratione prorsus amoto, coadiutorem alium providum et honestum episcopo memorato provideant. Laterani. XV. Kal. Augusti anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 525. fol. 209.* — CVM PROCESSVM THESAVRARII. »

5092. — *Laterani 19 Iulii.*

« Esculanis, Camerinensibus, Firmanis, Humanatibus, Anconitanis, Auximanis, Esinis, Senogaliensibus, Fanensibus, Pensauriensibus, Phorosimfroniensibus et Callensibus Nobilibus et Communitatibus universis per Anconitanam Marchiam constitutis fidelibus nostris. » Nuntiat se Pandulfum subdiaconum ipsius Papae a legationis officio absolvi petentem absolvere noluisse, sed iterum ipsum ad eos legatum mittere, cui obediant. Laterani XIIII. Kal. Augusti anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 523. fol. 209; Mss. Vallicell. I. 53; Compagnoni Mem. d' Osimo V. 49. n. 28; cf. Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sedis I. 79. n. 131; Potthast 629. n. 7288* (*cum tit.:* Fidelibus per Anconitanam Marchiam constitutis) *et append. 2095; cf. Peruzzi St. di Ancona I. 372, ex quo repetit italice scriptam Potthast append. 2095. n. 7292a-26119 (die 1 Aug. anno nono); cf. Horoy H-i opp. omn. IV. 685. n. 255.* (*cum tit.* ad fideles Marchiae Anconitanae). — « CVM DILECTVM FILIVM. »

In eundem modum scriptum est (Nicolao) Esculano, (Rainaldo) Camerinensi, (Rinaldo) Firmano, (Sanguineo) Humanati, (Gerardo) Anconitano, (Sinibaldo) Auximano, (Philippo ?) Esino, (Benno) Senogaliensi, (Ricardo) Fanensi, (Bartholomaeo) Pensauriensi, (Monaldo) Forosimfroniensi (*sic*) et (Anselmo) Callensi episcopis, capitulis et cleris ipsorum. — *Reg. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

In e. m. scriptum est potestati et populo Firmanis, addens ut inter episcopum Firmanum et eundem Legatum contentionis materia amputetur, et compositio inter bon. mem. P. predecessorem eiusdem episcopi et A. Estensem tunc Anconitanum marchionem eodem mediante Legato inita observetur, dans litteris in mandatis Camerinensi episcopo ut quicquid est ab aliqua partium contra compositionem huiusmodi a tempore quo obtente fuerunt littere attemptatum, in statum pristinum revocetur. — *Reg. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

In e. m. scriptum est universis fidelibus per Firmanum comitatum constitutis. — *Reg. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

5093. — *Laterani 19 Iulii.*

« Episcopo Firmano. » Vt super controversia quae vertitur inter ipsum et Pandulfum Apost. Sedis Legatum, se apostolico conspectui praesentet, et addit se episcopo Camerinensi dedisse litteris in mandatis, ut si contra compositionem initam inter A. Estensem tunc Anconitanum marchionem et P. praedecessorem suum aliquid attemptatum invenerit, revocet in statum pristinum. Dat. ut supra (Laterani XIIII. Kal. Aug. anno octavo). — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 524. fol. 209; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sed. I. 80. n. 132; Potthast 629. n. 7289; Horoy l. c. 637. n. 256* — CVM ECCLESIE FIRMANE. »

In eundem modum episcopo Camerinensi. — *Reg. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

5094. — *Laterani 23 Iulii.*

« (Bonfilio) episcopo Senensi et abbati Monasterii Berardingorum Aretine diocesis. » Vt licentiam tribuant priori et fratribus sancti Vigilii Senensibus quemdam ortum et vineam commutandi. Laterani X. Kal. Augusti anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8.*

epist. 529. fol. 210. — « LITTERE VESTRE NOBIS. »

5095. — *Laterani 23 Iulii.*

« Archiepiscopo Patracensi. » Vt, non obstante quod ad annum fuerit suspensus a pontificalibus, cotidiano anulo uti possit. Laterani X. Kal. Iulii anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 530. fol. 210.* — « EX PARTE FRATERNITATIS. »

5096. — *1223 Iul. 23 - 1224 Iul. 23.*

(Gualtero) Senonensi archiepiscopo et suffraganeis eius mandat, ut episcopum Laudunensem, decanum de Guinicurte et curatos de Prouvay et de Novocastello iussu Remensis archiepiscopi sine rationabili causa per abbatem Vallis regiae excommunicatos a censura absolvant. Anno octavo. — *Nonnisi fragm. ap. Marlot Metropol. Remens. II. 471; Potthast 629. n. 7290.* — « INTELLECTIS QVAE SVPRA. »

5097. — *Laterani (Mart. 25, Iul. 23).*

Praepositum et fratres ecclesiae s. Andreae (in Austria) sub b. Petri et sua protectione suscipit. *(Sine die et mense)*, indict. XII. incar. dom. anno 1224. pont. anno octavo. — *Duellius Miscell. II. (Aug. Vind. 1724. 4°) 430. n. 2; Potthast app. 2095. n. 7289a-26118.* — « QVOTIES A NOBIS. »

Istos dñs PP. consecravit hoc anno: Conventrensem (Cestrensem? *cf. Apr. 14. an. 1224,* Conversanum, *Vgh.*) episcopum, Parisiensem episcopum, Phorosimfroniensem episcopum, Firmanum episcopum, Viterbiensem episcopum, Mimatensem episcopum, Tridentinum episcopum, Lunensem episcopum, Esculanum episcopum. — *Reg. Vat. in fine anni octavi post epist. 533. fol. 210; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 48; Vghelli Ital. sacra I. 463; Potthast 629. post n. 7291.*

REGESTA

DOMINI HONORII PAPAE III

ANNVS NONVS

[1224-1225]

[An. 1224]

5098. — *Laterani 27 Iulii.*

« Archiepiscopo Corinthiensi, et Coronensi, et Motonensi episcopis. » Nuntiat se litteras recepisse, quas ipsi et archidiaconus Motonensis super causa ecclesiae Patracensis ac G(aufridi de Villa Arduini) principis Achaiaę miserunt, eisque mandat, ut, quum ad decisionem causae procedere non potuerit quia nullus pro ecclesia ipsa comparuerat procurator, ipsi in eadem causa procedant, utrique parti possessiones, quas ad illam pertinere constiterit, sine morae dispendio secundum formam pacis initae assignantes. Laterani VI. Kal. Augusti anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 8. fol. 3.* — « RECEPIMVS LITTERAS QVAS. »

5099. — *Laterani 31 Iulii.*

« (Gerhardo) archiepiscopo Bremensi. » Eum arguit quod contra Papae mandatum liberationem Waldemari regis Datiae eiusque filii non solum impediat, sed quosdam vassallos suos et alios suae dioecesis Waldemaro (quondam episcopo Slesvicensi) nefando apostatae etiam sociavit cum quibus Datiae regnum hostiliter invaserat, et, destructo in eo quodam castro, quosdam homines ipsius regni occidit et quosdam carceri mancipavit, et comitem Albertum, cui tutela dicti regni commissa fuerat, persequitur, quia is quosdam punivit per quorum proditionem castrum ipsum extitit occupatum; mandat igitur ut a molestatione ipsius comitis et regni memorati desistat, dans interim in mandatis abbati sancti Iohannis de Lubech et praeposito de Porez Lubicensis dioecesis, ut, partibus convocatis, audiant quae fuerint hinc inde proposita. Laterani II. Kal. Augusti anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 7. fol. 2; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 29; Suhm Hist. af Danmark IX. 759; Meklenb. UB. I. 294. n. 306; Potthast 629. n. 7292; Horoy H-i opp. omn. IV. 689. n. 1; Rodenberg Epist. Select. 183. n. 257.* — « GRAVE GERIMVS ET. »

Illis scriptum est, ut si dictus archiepiscopus indebite gravaverit regnum aut comitem supradictum, ipsi, partibus convocatis, statuant facientes observari etc. — *Reg. Vat. l. c.; Rodenberg l. c.*

5100. — *Laterani 31 Iulii.*

« Abbati de Stafarda, preposito Ripaltensi et archipresbytero Cariensi, Taurinensis diocesis. » Eis committit ut ad monasterium Clusini conventus Taurinensis dioecesis accedant, et si invenerint abbatem ipsius sponte monasterii regimen cessisse, iniungant conventui supradicto ut ad electionem procedant, sed si cessio violenter extorta fuerit, ipsum abbatem restituant. Laterani II. Kal. Augusti anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 9. fol. 3.* — « INSPECTIS LITTERIS QVAS. »

5101. — *Laterani 2 Augusti.*

« (Michaeli?) Xantonensi, et (Bernardo) Lemovicensi episcopis, et decano Burdegalensi. » Vt compellant Hugonem de Lesiniaco comitem Marchiae ad restituendam H(enrico) regi Angliae civitatem Xantonensem, insulam Oleronis et alias terras nec non I(ohannam) sororem ipsius regis, quam ipse iuraverat, quum nubilis esset, ducere in uxorem, eamque I(ohannes) rex Angliae cum dicta civitate aliisque bonis ei tradiderat fideliter custodiendam, et idem comes contra praestitum iuramentum I(sabellam) matrem praefatae I(ohannae) sibi matrimonialiter copulavit, nihilominus dictam filiam eius cum civitate et aliis supradictis detinebat, ac etiam quaedam castra ipsius regis violenter occupaverat. Lat. IIII. Non. Augusti anno octavo. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 5. fol. 1; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; inter Decretal. H-i III. lib. 4. tit. 3* De dote p. divort. *c. 1. ed. Ciron. 261; Bouquet Rec. XIX. 757; Potthast 629. n. 7293; Horoy H-i opp. omn. IV. 691. n. 3.* — « CARISSIMVS (Reverendissimus *Ciron.*) IN CHRISTO. »

(Guilielmo) Burdegalensi archiepiscopo et episcopo Vasatensi sic scriptum est ut si prefati episcopi in hoc negligentes fuerint aut remissi, ipsi cum ipso decano Burdegalensi iuxta earundem litterarum tenorem in ipso negotio procedere non postponant. — *Reg. Vat., Horoy, ll. cc.*

5102. — *Laterani 3 Augusti.*

« Lodoico Regi Francorum Illustri. » Franciae regum pietas et devotio erga Romanam Ecclesiam fuit causa qua regnum illud, concussis fere omnibus aliis regnis, noscitur floruisse; quare eum arguit quod, huiusmodi considerationibus posthabitis, treguas cum (Henrico) rege Angliae non solum iuxta Papae statutum non firmaverat, ut fuerat ab ipso Papa exoratus, sed ad invadendam terram quam idem rex adhuc citra mare obtinet se accingit, curam negotii Terrae Sanctae parvi habens, propter quod in colloquio cum Friderico Romanorum imperatore et rege Siciliae celebrato idem Papa ordinaverat ut pax inter omnes christianos et maxime inter excelsiores principes interim servaretur, ei significans se propter hoc abbatem de Columba Cisterciensis ordinis ad suam praesentiam destinasse. Laterani III. Non. Augusti anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 1. fol. 1; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 14 (fragm.); Bouquet Rec. XIX. 757; Shirley Royal letters I. 541. n. 18; Potthast 629. n. 7294. et App. 2095; Horoy H-i opp. omn. IV. 693. n. 4.* — « LONGE PROSPERITATIS QVA. »

5103. — *Lateraui 3 Augusti.*

« Abbati de Alta cumba Cisterciensis ordinis. » Vt una cum Senonensi archiepiscopo et episcopo Silvanectensi, quibus super hoc scribit, litteras apostolicas ad Lodoicum regem Franciae deferant, quibus eum monet ut ab impugnatione terrae Pictaviae abstineat. Dat. ut supra (Laterani III. Non. Augusti anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 2. fol. 1; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Bouquet l. c. 759; Potthast 629.*

n. 7296; Horoy l. c. 696. n. 6. — « GERENTES DE TVA. »

5104. — *Laterani 3 Augusti.*

« (Galtero) Senonensi archiepiscopo et (Guarino) episcopo Silvanectensi. » Vt cum abbate de Alta cumba Cisterciensis ordinis ad Lodoicum regem Francorum accedant, eique litteras apostolicas, de quibus supra, praesentent, atque ipsum ad firmandas treguas cum (Henrico) rege Angliae inducant. Dat. ut supra (Laterani III. Non. Augusti anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 3. fol. 1; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Bouquet l. c. 759; Potthast 629. n. 7297; Horoy l. c. 696. n. 7.* — « GERENTES DE VESTRA. »

5105. — *Laterani 3 Augusti.*

« Henrico Regi Anglorum Illustri. » Ait se eius litteras ab abbatibus de Boxelio et de Ponte Roberti ipsius nuntiis recepisse, quibus intellectis, super negotio terrae Pictaviae scripsisse (Ludovico) Francorum regi, nihilominus super negotio comitis Marchiae litteras eidem negotio congruas destinando: eumque hortatur, ne difficultas emendandi damna treguarum tempore irrogata, eos ad treguas innovandas impediat. Dat. ut supra (Laterani III. Non. Augusti anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 4. fol. 1; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Bouquet l. c. 759; Potthast 629. n. 7295; Horoy l. c. 695. n. 5.* — « VENIENTES AD PRESENTIAM. »

5106. — *Laterani 13 Augusti.*

« Fratri Hugolino. » Remittit ei fratrem Benedictum, qui fuerat ordinis Praedicatorum, ut in sua heremo contemplationis officio vacet, quum per revelationem divinam constet ipsi fratri Hugolino hanc fratris Benedicti vocationem. Laterani Idibus Augusti anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 11. fol. 4; Mss. Vallicell. I. 53.* — « TVA NOBIS DEVOTIO. »

5107. — *Laterani 14 Augusti.*

« (Alberto) archiepiscopo Magdeburgensi, (Conrado) Ildesemensi et (Eccardo) Marseburgensi episcopis. » Vt S(ophiam) abbatissam Quidelinburgensis monasterii, quam quidam vassalli et ministeriales eius cum quibusdam aliis complicibus suis Magdeburgensis et Halberstadensis dioecesum abbatia spoliarunt, (Bertrada) eiusdem loci praeposita eidem abbatissae suffecta, abbatiae regimini restituant, et in irritum revocent quidquid episcopus quondam Halberstadensis intrusae germanum et collegae ipsius post appellationem supradictae abbatissae ad Sedem Apostolicam temere attemptarunt. Laterani XVIIII. Kal. Septembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 6. fol. 2; Rodenberg Epist. Select. 184. n. 258.* — « DILECTA IN CHRISTO FILIA. »

5108. — *Laterani 17 Augusti.*

« Archidiacono, cantori et magistro Balduino canonico Nicosiensibus. » Causa vertente inter monasterium Bellimontis Cisterciensis ordinis ex parte una, et Wilelmum de Rivet militem Nicosiensis dioecesis ex altera, super casali Peregi, quod ipse miles asserebat se a regina Cypri in feudum habuisse, Nicosiensis archiepiscopus et collegae ipsius a P(elagio) Albanensi episcopo tunc Apost. Sedis Legato iudices deputati fecerunt monasterii partem causa rei servandae in praefati casalis possessionem induci, executoribus ab ipso Legato electis praefato archiepiscopo Nicosiensi et episcopo Paphensi, qui in militem ipsum excommunicationis sententiam promulgarunt; huiusmodi sententiam Pontifex, reiecta ipsius militis appellatione, mandavit archiepiscopo Tyrensi et Tripolitano et Valeniensi episcopis ut observari facerent; demum ipse miles feudi exceptionem proposuit coram Nico-

siensi et Paphensi episcopis, qui eam non admiserunt, et litteras Apostolicas ad Nimocensem episcopum et coniudices suos obtinuit ut sibi absolutionis beneficium ad cautelam impertiretur; sed nunc mandat Papa ut, non obstantibus litteris ad dictum Nimocensem et suos coniudices, quas penitus revocat, procedant iuxta litterarum tenorem ad Tyrensem archiepiscopum et coniudices suos. Laterani XVI. Kal. Septembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9 epist. 10. fol. 3.* — « Ex parte monasterii. »

5109. — *Laterani 17 Augusti.*

« (Roderico) archiepiscopo Toletano. » Mandat ut si episcopus Pampilonensis, decanus Calagurritanus, prior Tutellanus et eorum capitula, iuxta mandatum apostolicum nondum excommunicaverint G. de Roda sacristam Tutellanum pro eo quod praestimonium de Miranda magistro Wilelmo de sancto Germano Papae capellano collatum detinebat, ipse eos per censuram ecclesiasticam ad id compellat, et proventus eiusdem G., quos habet in Pampilonensi dioecesi et Calagurritanis et Tutellanis ecclesiis, nuntio eiusdem archiepiscopi assignent. Laterani XVI. Kal. Septembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 12. fol. 4.* — « Gratvm gerimvs et. »

5110. — *Laterani 17 Augusti.*

« (Remigio) episcopo et capitulo Pampilonensibus. » Vt iuxta archiepiscopi Toletani mandatum suspensionis et excommunicationis sententias in G. de Roda sacristam Tutelanum (*al.* Tutellanum) promulgent, pro eo quod praestimonium de Miranda, dudum canonice magistro Wilelmo de sancto Germano capellano Papae collatum, detinebat, et proventus eiusdem G., quos habet in eorum dioecesi, nuntio dicti archiepiscopi assignent fideliter conservandos, ut in superiori. Dat. ut supra (Laterani XVI. Kal. Septembris anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 13. fol. 4.* — « Littere venerabilis fratris. »

In eundem modum scriptum est priori et capitulo Tutelanis.

In e. m. scriptum est decano et capitulo Calagurritanis.

5111. — *Laterani 19 Augusti.*

« Priori et fratribus monasterii sancte Marie de Guaia. » Visitantibus eorum ecclesiam fundatam in honorem Beatissimae Virginis et eius gloriosi nominis titulo insignitam, in solemnitatibus ipsius piissimae Virginis indulgentiam viginti dierum concedit. Laterani XIIII. Kal. Septembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 17. fol. 5.* — « Si Devs noster. »

5112.

(Arnaldum) archiepiscopum Narbonensem certiorem facit se eius litteras super responsione ei a Raimundo filio quondam Raimundi comitis Tolosani data recepisse, eique mandat, enitatur omni ope atque opera, ut maxime proficiat ecclesiae colloquium, quod in octavis assumptionis b. Mariae (apud Montem pessulanum) dicti nobilis cum ecclesia conciliandi causa sit habendum. Absque ulla temporis nota, sed eam Potth. refert circa mensem Augusti. — *Vaissète Hist. de Languedoc III. pr. 284; Potthast 630. n. 7299; Horoy H-i opp. omn. IV. 690. n. 2.* — « Recepimvs litteras qvas. »

5113. — *Laterani 9 Septembris.*

« (Pontio) episcopo Attrebatensi. » Declarat quod circa quandam clausulam in litteris Apostolicis contentam, per quas mandavit ut is Clementi in Attrebatensi ecclesia provideret, a Iohanne qui dicitur audax, nonobstantibus litteris Apostolicis ab eo impetratis, vexari non possit. Laterani V. Idus Septembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9, epist. 19. fol. 5; Horoy H-i opp. omn. IV. 698. n. 9 ex mss. du Theil.* — « Qvi nostras per. »

5114. — *Laterani 11 Septembris.*

« Militibus et populo Brixiensibus in fide catholica persistentibus. » Deplorans quod non modica eorum civium multitudo haereticam pravitatem sectetur, eos laudat, qui, (Alberto) Brixiensi et (Guilielmo) Mutinensi episcopis referentibus, sint constantes in fide, eosque hortatur ut stabiles et firmi persistant, ac praefatis episcopis, quibus sollicitudinem extirpandi huiusmodi pravitatem in eorum partibus ab Apostolica Sede commissa fuit, fideliter assistant. Laterani III. Idus Septembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 20. fol. 5; Mss. Vallic. I. 53.* — « DOLEMVS QVOD CIVIVM. »

5115. — *Laterani 20 Septembris.*

« (Petro) episcopo et capitulo Massiliensibus. » Quum Massiliensis civitas, ipsius civibus exponentibus, multiplex detrimentum incurrat ex eo quod una pars est eiusdem episcopi et capituli iurisdictioni subiecta, et pro iurisdictione quam obtinet in parte praedicta eorum ecclesia, ipsi dictae ecclesiae congruam recompensationem exhibere velint, mandat ut ad receptionem huiusmodi recompensationis, salvo iure ac honore ecclesiae, se favorabiles exhibeant. Laterani XII. Kal. Octubris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 29. fol. 7; Horoy H-i opp. omn. IV. 700. n. 11 ex mss. du Theil.* — « DILECTI FILII CIVES. »

5116. — *Laterani 2 Octobris.*

« (Mauritio) episcopo, decano, et magistro scolarum Cenomanensibus. » Vt ad monasterium Rothonense personaliter accedant, quod, Redolensi, Dolensi, Macloviensi, Briocensi et Trecorensi episcopis referentibus, est in capite et in membris valde dissolutum, ibique visitationis officium impendentes, ipsum corrigant et reforment. Laterani VI. Non. Octubris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 21. fol. 5-6; Gallia Christ. XIV. instr. 216; Potthast 630. n. 7301; Horoy H-i opp. omn. IV. 701. n. 12.* — « AVDITOS SVBDITORVM GRAVES. »

5117. — *Laterani 3 Octobris.*

« (Pelagio?) archiepiscopo Compostellano. » Inhibeat visitantibus limina beati Iacobi, ne communicare praesumant hominibus de Lucronio Calagurritanae dioecesis, quos electus Calagurritanus excommunicaverat eo quod quendam diaconum, quem in furto deprehederant, ut dicebant, ausu temerario suspenderunt. Lat. V. Non. Octub. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 36. fol. 7.* — « DILECTVS FILIVS ELECTVS. »

5118. — *Laterani 4 Octobris.*

« Capitulo Pragensi. » Defuncto A(ndrea) Pragensi episcopo, qui pro ecclesiastica libertate usque ad ultimum vitae diem indefesso animo decertavit, mandat ut cum consilio de Nepomuch Cisterciensis ordinis et de Ostrou abbatum Pragensis dioecesis et praepositi Olomucensis successorem eligant, et quem duxerint eligendum cum aliquot ex electoribus eius ad Papae praesentiam examinandum et confirmandum destinent. Laterani IIII. Non. Octubris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 23. fol. 6; Erben Reg. Bohem. I. 317. n. 687; cf. Palacky Reise 24. n. 97; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 159. n. 157; Potthast 630. n. 7303.* — « NOVIT VESTRA DISCRETIO. »

In eundem modum scriptum est (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino, quod cum, pensato statu Pragensis ecclesie, id facit sine sui iuris preiudicio vel honoris, factum huiusmodi sua substineat caritas patienter. — *Reg. Vat. l. c.; Würdtwein Nova Subs. IV. 130; Potthast 630. n. 7304 (incipit* Noverit fraternitas), *eod. cum initio Horoy H-i opp. omn. IV. 603. n. 14.*

5119. — *Laterani 4 Octobris.*

« De Nepomuch Cisterciensis ordinis, et de Ostrou abbatibus Pragensis diocesis,

et preposito Olomucensi. » Eos capituli Pragensis consiliarios deputat in celebranda pontificis electione, quare ad ipsam ecclesiam accedentes studeant ut illi personam scientia, vita et fama praeclaram sibi in pastorem eligant. Dat. ut supra (Laterani IIII. Non. Octubris anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 24. fol. 6; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 158. n. 156; fragm. ap. Erben Reg. Bohem. I. 318. n. 688; cf. Palacky Reise 24. n. 98; Potthast 630. n. 7302; Horoy H-i opp. omn. IV. 712. n. 13.* — « ATTENDENTES MVLTVM EXPEDIRE. »

5120. — *Laterani 5 Octobris.*

« Potestati et Populo Bononiensibus. » Meminit quod Romani Pontifices scolares Bononienses favoribus et beneficiis semper confoverunt, et ipse statuta contra eorum libertatem sibi exhibita, R. doctore decretorum et O. de Thonengo ex parte scolarium, et Hugone doctore legum et Friderico ex parte Bononiensium apud Sedem Apostolicam constitutis, tamquam prava reprobavit, mandans (Obizoni) Parmensi episcopo et archidiacono et archipresbytero Reginis ut per censuram ecclesiasticam compellerent eos ad praedicta statuta intra mensem abolenda: miratur quod contra libertatem scolarium statuta noviter ediderint: mandat ut haec quoque relaxent nec impediant scolares praedictos quominus sicut hactenus habeant consiliarios et rectores, et ipsorum rationabilibus statutis nullatenus se opponant, alioquin dat litteris in mandatis abbati sancti Prosperi Regini, loco memorati defuncti episcopi Parmensis subrogati, et praedictis archidiacono et archipresbytero ut iuxta continentiam priorum litterarum procedant. Laterani III. Non. Octubris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 46. fol. 9; Mss. Vallicell. I. 53; Savioli Ann. Bologn. III. 11. 56; Potthast 630. n. 7305. Cf. in hoc Op. tom. I. p. 402. n. 2434.* — « QVANTVM HONORIS ET. »

5121. — *Laterani 7 Octobris.*

« (Otakaro) illustri regi Boemie. » Eum excusat quod cum Andrea Pragensi episcopo vita functo, contra ecclesiasticam libertatem non tam sua culpa quam aliorum malitia et pravis suggestionibus incitatus quaestionem habuerit; et quum intellexerit tum per alios, tum specialiter per G(regorium) de Crescentio sancti Theodori diaconum Cardinalem, qui in regno suo legationis officium gessit, ipsum mansuetum habere animum et clementem, hortatur eum ut capitulo Pragensi in celebranda pastoris electione faveat. Laterani Nonis Octubris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 25. fol. 6; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 37; Erben Reg. Bohem. II. 318. n. 689; cf. Palacky Reise 24. n. 99; Potthast 630. n. 7306; Rodenberg Epist. Select. 186. n. 259.* — « QVOD SVPER ECCLESIASTICA. »

5122. — *Laterani 8 Octobris.*

« Abbati monasterii sancte Marie de Dalfinis Cisterciensis ordinis. » Eidem concedit ut duos de monachis obedientialibus monasterii sui eiectis, qui possessiones et alia bona domus tractaverant, resumere possit, quum ipse et monachi sui noviter in monasterium introducti eiusdem domus possessiones et redditus ignorent. Laterani VIII. Idus Octubris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 26. fol. 6.* — « CVM SICVT EX. »

5123. — *Laterani 10 Octobris.*

« Fernando illustri regi Castelle. » Arguit eum quod bona Segobiensis episcopatus, occasione sumpta ex eo quod Segobiense capitulum ad eius electionem, ipso irrequisito, processit, occupavit, nec permittit magistrum B(ernardum?) Segobiensem electum, licet sit per metropolitanum archiepiscopum confirmatus, ipsius episcopatus possessione gaudere: eumque hortatur ut praefato capitulo clementer remit-

tens offensam quam fecit negligentia non contemptu, omnia electo restituat. Laterani VI. Idus Octobris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 27. fol. 6; Mss. Vallic. I. 53.* — « QVANTO PERSONAM TVAM. »

In eundem fere modum scriptum est abbati Montis Salutis Conchensis diocesis, archidiacono et thesaurario Toletanis ut dictum regem ad id moneant et inducant. — *Reg. Vat. l. c.*

5124. — *Laterani 10 Octobris.*

« Abbati et priori Ferrarie Theanensis diocesis. » Accedant ad monasterium sancti Petri de Pede Montis Casertanum et inquirant contra Ph. eorum abbatem, qui in abbatiae officium se fecit per potentiam laicalem intrudi et bona monasterii in utilitates nefariae prolis suae et in alios usus nefarios dilapidat, et de aliis criminibus accusatur. Laterani VI. Idus Octubris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 48. fol. 10; Mss. Vallicell. I. 53.* — « DILECTI FILII CONVENTVS. »

5125. — *Laterani 10 Octobris.*

« Regino et Parmensi archidiaconis. » Super supplicatione abbatis et conventus sancti Iohannis Parmensis vendendi quasdam possessiones a monasterio suo valde remotas, ut de ipsorum praetio viciniores et utiliores emantur, mandat, inquirant super hoc veritatem et Papae rescribant. Laterani VI. Idus Octubris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 52. fol. 10.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

5126. — *Laterani 11 Octobris.*

« Archiepiscopo Larisseno, cantori et Girardo de Bisuntio canonico Thebanis. » Compositionem inter decanum et capitulum ecclesiae sancti Demetrii Thesalonicensis ex una parte, et priorem et fratres Dominici Sepulcri Thesalonicensis ex altera, super quibusdam possessionibus et rebus aliis, mediante P(elagio) Albanensi episcopo tunc Apost. Sedis Legato initam, per quam iidem prior et fratres sex perpetuos vicarios habere tenentur in ecclesia supradicta, observari faciant. Laterani V. Idus Octubris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 43. fol. 9.* — « DILECTI FILII DECANVS. »

5127. — *Laterani 12 Octobris.*

« (Alberto) archiepiscopo et capitulo Magdeburgensibus. » Libertates et immunitates tam super advocatiis quam aliis a regibus et principibus eorum ecclesiae concessas confirmat. Laterani IIII. Idus Octubris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 33. fol. 7; Boysen Histor. Magazin II. 302* (IV. Octob. *sic*); *Potthast 630. n. 7307, mense et die incertis.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

5128. — *Laterani 15 Octobris.*

« (Martino) episcopo, decano, et thesaurario Egitaniensibus. » Moneant magistrum et fratres de Calatrava Toletanae dioecesis ut permittant domum de Perario Civitatensis dioecesis, quam sibi subiectam esse praetendunt, gaudere debita libertate, quum ipsa domus, ut in regesto Innocentii Papae continetur, beati Petri iuris et proprietatis existat, et in causa inter magistrum et fratres domus ipsius et magistrum et fratres praedictos de Calatrava, Zamorensis episcopus et coniudices sui a Sede Apostolica delegati definitivam pro ipsa domo sententiam protulerint. Laterani Idibus Octubris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 28. fol. 6.* — « IN REGESTO FELICIS. »

5129. — *Laterani 15 Octobris.*

« Episcopo Ferentinati. » Declarat se appellationem nobilium virorum Andreae Alatrini et G. fratrum et filiorum eorum contra archipresbyterum sanctorum Priscae et Aquilae de Vrbe in causa super quibusdam possessionibus et rebus aliis, quam ei

commiserat, frivolam reputare, et ea nequaquam obstante, in negotio ipso iuxta priorum continentiam litterarum procedat. Laterani Idibus Octubris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 32. fol. 7; Decret. H-i III. lib. 2. tit. 4* De dilat. *c. I. ed. Cironius 106; inter Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 8* De dilat. *c. 3. ap. Boehmer Corp. II. 247 (ad an. 1220); Richter Corp. II. 260; Potthast 667. n. 7747; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. VIII. c. III. p. 269 (absque signo chronologico).* — « LITTERE TVE AC. »

5130. — *Laterani 15 Octobris.*

« Priori et fratribus sancti Fridiani Lucanis. » Ad exemplar Lucii Papae, mandat ut quae prior ecclesiae sancti Martini Senensis absque prioris sancti Fridiani et aliorum fratrum suorum consensu, contra etiam privilegia Apostolicae Sedis, in damnum et gravamen ipsius ecclesiae fecerat, ipsi non teneantur aliquatenus observare. Lat. Idibus Octubris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 53. fol. 10.* — « EX PARTE VESTRA. »

5131. — *Laterani 21 Octobris.*

« Abbati et conventui monasterii Aquicintensis Attrebatensis diocesis. » Declarat quod in capellis constructis infra parrochiales ecclesias, quarum collatio libere ad ipsos spectat, ius habeant quod in parrochialibus habent ecclesiis, dummodo per hoc nulli praeiudicium generetur: possessiones et redditus, quae in feudum aut alio modo tenentur ab eorum monasterio, sine eorum conscientia et consensu in feudum aut alio modo nullatenus concedantur: nemo in eorum ecclesiarum presbyteros sine rationabili causa excommunicationis et suspensionis sententias audeat promulgare. Laterani XII. Kal. Novembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 60. fol. 11; Horoy H-i opp. omn. IV. 703. n. 15 ex mss. du Theil.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

5132. — *Laterani 21 Octobris.*

« Patriarche Constantinopolitano, archiepiscopis, et episcopis, abbatibus ac aliis ecclesiarum prelatis per Romaniam constitutis. » Mittit eis Nicolaum episcopum Reginum virum nobilitatis titulo ac prudentia et honestate conspicuum cum officio legationis in toto regno Thesalonicensi, ut Willelmo marchioni Montisferrati assistat contra Theodorum (Comnenum) maledictum et excommunicatum; privilegia praedicto episcopo concessa enumerat; mandat ut eidem consilium et procurationes cum viginti equitaturis caritative et liberaliter exhibeant. Laterani XII. Kal. Novembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 69. fol. 13; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 26.* — « CLARA DILECTI FILII. »

In eundem modum scriptum est archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, ac aliis ecclesiarum prelatis per regnum Thesalonicensem, ut eundem Apostolice Sedis Legatum recipiant ylariter et honorifice pertractent eique obediant. — *Reg. Vat. l. c.*

5133. — *Laterani 21 Octobris.*

« Nobili viro W(ilelmo) marchioni Montisferrati, et omnibus in eius exercitu congregatis. » Vt episcopo (Regino, Apost. Sedis Legato) intendentes humiliter dignam honorificentiam exhibeant. Dat. ut supra (Laterani XII. Kal. Novembris anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 70. fol. 14; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CLARA PROGENITORVM TVORVM. »

5134. — *Laterani 22 Octobris.*

« Magistro Vincentio decano Vlixbonensi. » Concedit ut, non obstante quod S(ancius) rex Portugalliae officium cancellariae suae eidem commisit, liceat ipsi praefatum officium laudabiliter exercenti unum aliud recipere beneficium quod cum illis quae ante concilium generale fuit canonice assecutus libere retineat, servituro per idoneos

canonicos in eisdem. Laterani XI. Kal. Nov. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 38. fol. 8.* — « Cvm Karissimvs in Christo. »

5135. — *Laterani 22 Octobris.*
« S(ancio) illustri regi Portugalie. » Ipse, qui in annis adolescentiae constitutus et inimicis fidei christianae est vicinus, sub protectione b. Petri una cum regno et omnibus iuribus et honoribus suis recipitur. Laterani XI. Kal. Novembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 40. fol. 8; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Attendentes te favore. »

5136. — *Laterani 22 Octobris.*
« Magistro Vincentio decano Vlixbonensi. » Vt officium cancellariae ab S. rege Portugalliae ei commissum laudabiliter studeat exercere, se specialiter ecclesiis et ecclesiasticis viris benignum et favorabilem exhibendo, eique gratias agit quod fratri Gonsaldo nuntio Apostolico in negotiis Sanctae Sedis astitit. Dat. ut supra (Laterani XI. Kal. Novem. anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 42. fol. 9; Mss. Vall. I. 53.* — « Talia svnt officia. »

5137. — *Laterani 22 Octobris.*
« Episcopo Elborensi, et sancti Iohannis de Taurata (*in marg.* de Tarauca), et de Salzeda abbatibus Lamecensis diocesis. » Nuntiat se S(ancium) regem Portugalliae in annis adolescentiae constitutum et vicinum inimici fidei christianae, una cum regno suo et omnibus suis iuribus et honoribus sub protectione recepisse, eumque contra molestatores defendant. Laterani XI. Kal. Novembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 55. fol. 10; Mss. Vall. I. 53.* — « Attendentes Karissimvm in. »

5138. — *Laterani 23 Octobris.*
« P. Amelii archidiacono Narbonensi. » I. de Aragoñ. Karcasonensem archidiaconum, qui contra negotium fidei hostibus comitis Montisfortis adhaeserat, et interim ecclesiis circumstantibus se utilem in multis exhibuit, multa saepe ab eis gravamina et pericula avertendo, propter quod (Conradus) Portuensis episcopus tunc in partibus illis legationis officium exercens eidem P. commisit reconciliationem et restitutionem ipsius sibi plenioris gratiae fiduciam promittendo, mandat ut, adhibita necessaria diligentia et cautela, ecclesiasticae reconciliet unitati, eique restituat unum de beneficiis quae ante culpam huiusmodi obtinebat. Lat. X. Kal. Novembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 44. fol. 9; Mss. Vall. I. 53.* — « Littere tve nobis. »

5139. — *Laterani 23 Octobris.*
« (Gratiae) electo Parmensi. » Vt F. monachum monasterii sancti Adelberti supra Padum electum in abbatem eiusdem monasterii, quod ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinet, si idoneum et canonice electum invenerit, confirmet. Laterani X. Kal. Nov. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 78. fol. 14.* — « Dilecti filii conventvs. »

5140. — *Laterani 24 Octobris.*
« Nobili viro Duci Venetorum. » Hortatur eum ut negotium, quod (Philippus) Feltrensis et Belunensis episcopus pro Feltrensi et Belunensi civitatibus ex una parte et populus Tervisinus pro eorum civitate et districtu ex altera compromiserunt in ipsum, super guerra, discordia et omnibus quaestionibus temporalibus, terminet, partes ad unitatem et pacem reducens. Laterani VIIII. Kal. Novembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 31. fol. 7; Mss. Vall. I. 53; Vghelli Ital. sacra V. 373; Potthast 630. n. 7308; Horoy H-i opp. omn. IV. 705. n. 17.* — « Qvod vir sis. »

5141. — *Laterani 24 Octobris.*
« Abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelatis ac clericis Vivanensis (*id.* Vivariensis)

diocesis. » Vt (Bermundo) episcopo Vivariensi onere debitorum praegravato subveniant. Lat. Nono (*sic*) Kal. Nov. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 34. fol. 7; Mss. Vall. I. 53.* — « PRETER COMMVNE DEBITVM. »

5142. — *Laterani 24 Octobris.*

« (Iohanni) archiepiscopo Viennensi. » Vt moneat et inducat abbates, priores et alios ecclesiarum praelatos et clericos Vivariensis dioecesis ad subveniendum suo episcopo in oneribus debitorum, et si eius monitis acquiescere non curaverint, et ei constiterit dictum episcopum necessitate huiusmodi perurgeri, eos ad id per censuras ecclesiasticas compellat. Dat. ut supra (Laterani nono Kal. Novembris anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 35. fol. 7; Mss. Vall. I. 53.* — « PRETER COMMVNE DEBITVM. »

5143. — *Laterani 24 Octobris.*

« (Arnaldo) archiepiscopo Narbonensi. » Vt quendam iuvenem, oriundum de civitate Narbonae, quem capitulum Narbonense receperat ad quoddam officium in ecclesia Narbonensi, non differat ordinare subdiaconum, quum falsum sit eum subdiaconi filium extitisse, et ipsi capitulo constet, patrem et matrem eius in facie ecclesiae absque qualibet contradictione inter se matrimonium contraxisse. Laterani VIIII. Kal. Novembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 58. fol. 11; Horoy H-i opp. omn. IV. 704. n. 16 ex mss. du Theil.* — « OCCVLTIS SVSVRRATIONIBVS IN. »

5144. — *Laterani 25 Octobris.*

« Archidiacono, cancellario et magistro Henrico de Gres canonico Carnotensibus. » Quum abbas et monachi monasterii sancti Martini Rothomagensis dioecesis tergiversationibus visitationem ab archiepiscopo Rothomagensi commissam thaesaurario et magistro I. de Sarcon canonico Rothomagensibus et etiam ipsius archiepiscopi, qui personaliter ad locum ipsum accesserat, correctionem recusaverint, excommunicationis et suspensionis sententias ab eodem in abbatem et monachos promulgatas contempserint, et suspensi et excommunicati I. monachum contra suam inhibitionem in locum B. qui renuntiaverat in abbatem elegerint, idem vero archiepiscopus quaedam bona praedicti monasterii per se et per laicalem potentiam occupata detineat; hiis mandat Pontifex ut facientes monasterio ipsi plene restitui omnia quibus taliter extitit spoliatum, audiant deinde super aliis quae partes duxerint proponenda. Laterani VIII. Kal. Novembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 37. fol. 8; Horoy H-i opp. omn. IV. 707. n. 19 ex mss. du Theil.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

5145. — *Laterani 25 Octobris.*

Abbati S. Pauli, P. Amelii archidiacono et praecentori Narbonensibus mandat, faciant ut sententia excommunicationis in homines Capitis Stagni et quorundam aliorum locorum Narbonensis et Biterren. diocesum a C(onrado) Portuensi episcopo apostolicae sedis legato prolata inviolabiliter usque ad satisfactionem condignam observetur. Laterani VIII. Kal. Novembris anno nono. — *Vaissète Mém. à l'hist. de Languedoc III. pr. 275; Potthast 630. n. 7309; Horoy-Hi opp. omn. IV. 706. n. 18.* — « DILECTI FILII CIVES. »

5146. — *Laterani 29 Octobris.*

« Abbati et conventui Aquicintensibus. » Ipsis petentibus concedit ne monasterium vel prioratus eorum visitantibus ultra personarum et evectionum in canone diffinitum, procurationes solvere teneantur. Laterani IIII. Kal. Novembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 39. fol. 8.* — « ET SI SVPERFLVVM. »

5147. — *Laterani 29 Octobris.*

« Capitulo Consano. » Super electione magistri G. eorum concanonici in pastorem

iterum scribit, ut aut electum et electores pariter, aut tantum electores, excusationibus et occasionibus praetermissis, ad Papae praesentiam transmittant. Laterani IIII. Kal. Nov. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. ep. 45. fol. 9.* — « SCRIPSIMVS VOBIS DVDVM. »

5148. — *Laterani 30 Octobris.*

Hellino archidiacono et magistris G. de Chambli et Gotofrido S. Petri Laudunensis canonicis mandat, faciant ut sententia pro capitulo S. Quintini contra (Gerardum) episcopum Noviomensem super quibusdam ecclesiis ab officiali Remensi, non ex delegatione apostolica, sed appellatione remota lata observetur. Laterani III. Kal. Novembris (anno nono). — *Hemeraeus Augusta Viromand. 210; Potthast 630. n. 7310; Horoy H-i opp. omn. IV. 710. n. 20.* — « POSTVLARVNT A NOBIS. »

5149. — *Laterani 31 Octobris.*

« Archiepiscopo Terraconensi et suffraganeis eius. » Terris Terraconensis et Barchinonensis communitatum, pensata necessitate, concedit, ut tempore pacis vinum, quo ipsi abundant, ad vendendum mittere possint Sarracenis, et ab eis annonam et alia necessaria reportare, hoc expresse inhibito, ne arma vel ferrum aut lignamina Sarracenis ipsis aliquatenus portare praesumant, tempore autem guerrae inhibeant expresse ne commercium et contractum ineant. Laterani II. Kal. Novembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 59. fol. 11.* — « EXHIBITE NOBIS VESTRE. »

5150. — *Laterani 4 Novembris.*

« Priori et monachis sancti Salvatoris de Nogar Palentine diocesis. » Villam de Nogar cum pertinentiis suis nec non libertates et immunitates et alia iura a cl. mem. Aldefonso rege Castellae eorum ecclesiae concessa, prout in ipsius litteris plenius continetur, confirmat. Laterani II. Non. Novembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 49. fol. 10.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

5151. — *Laterani 4 Novembris.*

« Episcopo Castellano. » Vt G. canonicum Castellanum in archipresbyterum electum plebis sanctae Mariae de Balneo, quae immediate ad Apostolicam Sedem spectat, examinata electione, si de persona idonea canonice facta fuerit, confirmet. Laterani II. Non. Novembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 77. fol. 14.* — « DILECTI FILII CAPITVLVM. »

5152. — *Laterani 4 Novembris.*

(Eberhardo) archiepiscopo Salzburgensi, (Geroldo) episcopo Frisingensi (Kimensi *Hueb.*) et praeposito Salzburgensi mandat ut possessiones et bona monasterio Mellicensi illicite alienata ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocent. Laterani II. Non. Novembris anno nono. — *Schramb Chron. Mell. 121; Hueber Austria 16,* uterque falso ad *a. 1225; cf. Kaiblinger Gesch. von Melk 315; Potthast 630. n. 7311; Horoy H-i opp. omn. IV. 711. n. 21.* — « DILECTI FILII ABBATIS. »

5153. — *Laterani 4 Novembris.*

Abbatem et conventum monasterii de Medlich cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam de Drâskirchen, possessiones, libertates etc. eis confirmat. Laterani II. Non. Novembris anno nono. — *Schramb l. c. 121; Potthast 631. n. 7312.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

5154. — *Laterani 5 Novembris.*

« (Iohanni) Calagurritano electo. » Quum Calagurritana ecclesia in fine quasi suae dioecesis posita et in marchia duorum regnorum media fluctuans, ubi fervent impii sicut mare, guerris fere continuis laceretur, pro asperitate loci accessus difficiles habeat, et ob aeris intemperiem mora inibi sit suspecta, ita quod ibi nec commode resideri nec synodum celebrari valeat, concedit ei ut sedem ipsam episcopalem ad opportuniorem locum transferre possit. Laterani Nonis Novembris anno nono. — *Reg.*

Vat. lib. 9. epist. 50. fol. 10. — « CREDITE NOBIS DISPENSATIONIS. »

5155. — *Laterani 6 Novembris.*

« Abbati et conventui Aquicintensibus. » Decernit eos Remensi archiepiscopo et aliis dioecesanis et locorum archidiaconis procurationes ratione visitationis exsolvere non teneri de curtibus aut grangiis seu mansis in quibus non inhabitant monachi, quum in locis huiusmodi non sit necessarium visitationis officium impendi. Laterani VIII. Idus Novembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 54. fol. 10.* — « ET SI SVPERFLVVM. »

5156. — *Laterani 7 Novembris.*

« Abbati et conventui monasterii Episcopie. » Quum cl. mem. Hugo rex Cypri locum Tayli, in quo eorum monasterium est situm, et locum qui Episcopia dicitur I. priori ecclesiae sanctae Mariae Montis Cyrinarum ordinis sancti Augustini in perpetuam helemosinam contulisset, et bon. mem. Alanus Nicosiensis archiepiscopus loci dioecesanus possessionibus a rege donatis omnem libertatem cum immunitate decimarum indulsisset, illa dumtaxat obedientia, quae a Cisterciensibus exhiberi consuevit, reservata, haec, quae canonice facta sunt, confirmat. Laterani VII. Idus Novembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 51. fol. 10.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

5157. — *Laterani 8 Novembris.*

« Priori et prelatis aliis ordinis Camaldulensis. » Ipsis postulantibus concedit ne ad litteras apostolicas teneantur respondere, quae de eorum ordine expressam non fecerint mentionem. Laterani VI. Idus Nov. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 56. fol. 10.* — « CVM SICVT ASSERITIS. »

5158. — *Laterani 8 Novembris.*

« (Roderico) archiepiscopo Toletano. » Nisi F(erdinandus) rex Castellae bona episcopalia restituat B(ernardo?) electo Segobiensi, quae occupavit pro eo quod Segobiense capitulum ad eius electionem, eodem rege irrequisito, processit, ipse archiepiscopus, qui est metropolitanus, curam eiusdem episcopatus resumat et sibi resignari faciat bona eius donec idem electus possit illorum pacifica possessione gaudere. Lat. VI. Idus Novembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 79. fol. 14; Mss. Vallic. I. 53.* — « INTELLECTO EX RELATIONE. »

5159. — *Laterani 9 Novembris.*

Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, officialibus et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos litterae istae pervenerint, mandat, ut abbates et fratres Cisterciensis ordinis a praestatione decimarum tam de possessionibus habitis ante generale concilium et de novalibus sive ante sive post idem concilium acquisitis, quae propriis manibus aut sumptibus excolunt, quam de hortis, virgultis piscationibusque suis ac de animalium suorum nutrimentis omnino servent immunes. Lat. V. Idus Novembris anno nono. — *Privil. ord. Cisterc. fol. 13; Meschet Privil. 30; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 408. n. 73; Cherubini Bullar. I. 82; Manrique Ann. Cisterc. IV. 269; Fejér Cod. dipl. V. 1. 302; Mone Zeitschr. I. 117; Potthast 631. n. 7313; Horoy H-i opp. omn. IV. 711. n. 22.* Haec epistola repetitur anno 1225 die 4 Martii. *Cf. Monum. pour serv. à l'hist. des prov. de Namur II. 1. 27. n. 21; Potthast 636. n. 7376; Horoy l. c. 804. n. 105.* — « CVM ABBATES CISTERCIENSIS. »

5160. — *Laterani 9 Novembris.*

Abbatibus et fratribus Cisterciensis ordinis scribit de eodem argumento. Lat. V. Idus Novembris anno nono. — *Registrum S. Mariae de Neubotle 218. n. 259; Potthast 631. n. 7314; Horoy l. c. 713. n. 23. Potthast (631. n. 7320) hanc epist. repetit ad diem 26 Nov.* — « CVM ALIQVANDO COGENTE. »

5161. — *(Laterani) 9 Novembris.*

Monasterii in Walkenreden Cisterc. ord. tutelam suscipit eiusque bona ac privilegia confirmat.

(Laterani) V. Idus Novembris anno nono. — *Leuckfeld Antiquitt. Walckenred. 377. nota m; Potthast 631. n. 7315.* — « CVM ABBATES. »

5162. — *Laterani 13 Novembris.*

« Petro priori sancte Marie in Monte de Guardia, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Eorum personas et conventum secundum beati Augustini regulam institutum una cum bonis et possessionibus et privilegiis quae enumerantur sub protectione recipit, ad indicium autem quod eadem ecclesia specialis Sedis Apostolicae iuris existit, unam libram thuris singulis annis Romano Pontifici praestare debeant. Laterani per manum magistri Guidonis Dm̄i Pape Notarii Idibus Novembris Incarnationis Domini anno MCCXXIIII. Indictione XIII. Pontificatus vero Domini Honorii PP. III. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 57. fol. 10.* — « QVOTIENS POSTVLATVR A NOBIS. »

5163. — *Laterani 13 Novembris.*

(Cunoni) praeposito maioris ecclesiae, priori S. Marii et magistro Ioseph canonico Lausannensibus mandat, ut litem inter praepositum conventumque ecclesiae Interlacensis et Ulricum presbyterum Lausannensis dioc. super ecclesia de Steiga ortam componant. Laterani Idus Novembris anno nono. — *Zeerleder Vrk. d. Stadt Bern I. 223. n. 141; Potthast 631. n. 7316; Horoy H-i opp. omn. IV. 713. n. 24.* — « PREPOSITVS ET CONVENTVS. »

5164. — *Laterani 14 Novembris.*

(Lamberto) episcopo Seloviensi (Seloniensi *Bunge*) designationem finium diocesis Seloviensis (Selonensis *Bun.*) factam ab (Alberto) Livoniensi episcopo, cui ordinandi cathedrales ecclesias et distinguendi dioceses in illis partibus plenariam concesserat facultatem, confirmat. Laterani XVIII. Kal. Decembris anno nono. — *Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 10 (male ad 1225); Bunge Scr. rer. Livon. I. 412. n. 65; cf. Invent. privil. in archiv. Cracov. 109* (falso ad *a. 1225*); *Potthast 631. n. 7317; Horoy H-i opp. omn. IV. 714. n. 25.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

5165. — *Laterani 15 Novembris.*

« Abbati et conventui Aquicintensibus. » Confirmat eis privilegium a Romanis Pontificibus concessum, ne quis de novalibus quae propriis manibus aut sumptibus colunt sive de eorum animalium nutrimentis decimas ab ipsis exigere vel extorquere praesumat. Laterani XVII. Kal. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 94b fol. 18.* — « CVM SIT DIGNA. »

5166. — *Laterani 16 Novembris.*

« Episcopo Salimbriensi, abbati sancti Angeli Cisterciensis ordinis, et priori sancti Marci Constantinopolitanis. » Relaxatis sententiis suspensionis et excommunicationis, quas in capitulum Constantinopolitanum et quosdam alios occasione testamenti Milonis decanus Bucceleonis et eius coniudices protulerunt, et decanus et magister Thomas canonicus Eraclienses in Bucceleonis et Blacernensem et sancti Georgii de Mangano decanos et capitula protulerunt, mandat ut ea quae post dictas sententias invenerint in alicuius praeiudicium temere attemptata, in statum pristinum revocent. Laterani XVI. Kal. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 89. fol. 17.* — « CVM SVSPENSIONIS ET. »

5167. — *Laterani 16 Novembris.*

« Vniversis Christi fidelibus per Russiam constitutis. » Eos hortatur ut (Alberto) Livoniensi, (Lamberto) Seloniensi, et (Hermanno) Lealensi episcopis et aliis qui in partibus Livoniae evangelizant Christum et eos, qui iam per baptismum induerunt eundem, defendere satagunt ab incursibus paganorum, piis elemosinis subveniant. Laterani XVI. Kal. Decembris anno no-

no. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 96. fol. 19; Mss. Vall. I. 53; Turgenevii Russ. Monim. I. 14. n. 14; Bunge Livl. UB. 1. 70. n. 66; Potthast 631. n. 7318; Horoy H-i opp. omn. IV. 715. n. 26.* — « LEGISTIS VT CREDIMVS. »

5168. — *Laterani 20 Novembris.*

« (Yolen) karissime in Christo filie illustri regine Vngarie. » Hortatur eam ut Oradiensi ecclesiae, quam ipsa consecrari fecerat, dotem, quae ipsam reginam deceat, assignet: « cum non sit ecclesia nisi de dote provisum ei fuerit consecranda (ei, *sed legas*) eo liberalius ad dotandam predictam ecclesiam aperire manus munificentie tue debes quo et facilius potes id facere et ad hoc fortius tamquam ex debito iam teneris. » Laterani XII. Kal. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 90. fol. 18; Mss. Vall. I. 53; Fejér Cod. dipl. III. I. 461 (cum hac nota chronologica: Kalendis Decembris, anno octavo); Theiner Mon. Hung. I. 52. n. 109; Decret. H-i III. lib. 3. tit. 23* De consecr. eccles. *c. 1. ed. Ciron. 236; Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 40* De consecr. eccles. *c. 8. ap. Boehmer Corp. II. 596 (an. 1222). ap. Richter Corp. II. 609; Potthast 631. n. 7319; Horoy H-i opp. omn. IV. 716. n. 27; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. III. tit. XL. c. VIII. p. 634.* — « CVM SICVT EX. »

5169. — *Laterani 21 Novembris.*

« (S. Fulconi) episcopo Papiensi. » Quum ei et abbati de Ponte Cisterciensis ordinis commisisset ut, si expediret, concederent monasterio sancti Xisti Placentini vendendi aliquas possessiones pro solvendis debitis quae fecerant tum pro causis quas cum abbate Casae Dei et cum civibus Cremonensibus habuerunt et adhuc habent, tum pro civitatis Placentinae discordia; quum vero abbas de Ponte profectus sit ad generale capitulum et in Angliam sit profecturus, mandat ut, eiusdem abbatis absentia non obstante, ipse in supradicto negotio procedat iuxta priorum litterarum continentiam. Laterani XI. Kal. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 105. fol. 20.* — « DILECTVS FILIVS ABBAS. »

5170. — *Laterani 22 Novembris.*

« (Bartholomaeo) episcopo, magistris Iohanni de Monte Mirabili archidiacono, et Vilelmo Alverniensi canonico Parisiensibus. » (Iohanne) Metensi episcopo ab ecclesia Virdunensi ad Metensem translato, Virdunense capitulum quoad electionem se divisit, nam primicerius et pars eius Radulfum cantorem Laudunensem, H. vero archidiaconus et pars sua magistrum Iohannem Cathalaunensem archidiaconum in episcopum elegerunt; sed contestatione et scandalis subortis, mandat eis Pontifex ut inquirant, et cantori, qui in episcopalem sedem se intrusit, iniungant ut Romam veniat. Laterani X. Kal. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 61. fol. 11; Notices et extraits XXI. II. 194; gallice relata in Potthast Append. 2095. n. 7315 a-26122 (12 Nov.) et n. 7319 a-26123.* — « VENERABILI FRATRE NOSTRO. »

5171. — *Laterani 22 Novembris.*

« Magistro et fratribus Hospitalis in novo suburbio Metensi. » Inhibet ne bona eorum hospitalis, quod cives Metenses in fundis suis et de bonis propriis ad usus pauperum construxerunt, contra id quod observatum est hactenus aliorum quam pauperum usibus deputentur. Laterani X. Kal. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 62. fol. 12; Horoy H-i opp. omn. IV. 716. n. 28 ex mss. du Theil; Rodenberg Ep. Sel. 186. n. 260.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

5172. — *Laterani 22 Novembris.*

« Eisdem (Miloni episcopo Belvacensi, et G. Peurel archidiacono, et magistro W.

Lauvernatz canonico Parisiensibus). » Accedant ad monasterium sancti Symphoriani Belvacensis, ac de eius statu ac specialiter de abbatis vita et actibus, qui de enormibus excessibus accusatur, veritatem inquirant et relationem Pontifici transmittant. Laterani X Kal. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 68. fol. 13; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 48; Notices et extraits XXI. II. 195; gallice refertur in Potthast append. 2095. n. 7319b-26124.* — « QVAM GRAVIS CVLPA. »

5173. — *Laterani 22 Novembris.*

« Magistro et fratribus Hospitalis Ierosolimitani. » Indulget eis ut in domo quam habent iuxta villam sancti Egidii, si mandato Apostolico vel abbatis loci eiusdem villa eadem fuerit interdicta vel ipsius villae homines excommunicationi subiecti, possint, quum ibi convenerint ad capitulum generale, interdictis et excommunicatis exclusis, per triduum audire divina. Laterani X. Kal. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 197. fol. 36.* — « OBSEQVIA QVE PAVPERIBVS. »

5174. — *Laterani 25 Novembris.*

« Abbati et conventui sancti Nicholai de Pratis, Laudunensis diocesis. » Indulget eis ut de terris eorum quae infra parrochias ecclesiarum suarum rediguntur noviter ad culturam, facultatem exigendi decimas habeant. Laterani VII. Kal. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 64. fol. 13; Horoy H-i opp. omn. IV. 718. n. 30 ex mss. du Theil.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

5175. — *Laterani 25 Novembris.*

« (Matthaeo) patriarche Constantinopolitano. » Sententias suspensionis et excommunicationis in capitulum Constantinopolitanum et quosdam alios a decano de Blakerna et ipsius coniudicibus ex delegatione Sedis Apostolicae promulgatas occasione testamenti quondam Milonis Brabañ, et sententiam excommunicationis quam decanus et magister Thomas canonicus Eraclienses a Papa delegati in Bucceleonis, Blakernensem et sancti Georgii de Mangano decanos et eorum capitula protulerunt, relaxat. Dat. ut supra (Laterani VII. Kal. Decem. anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 65. fol. 13; Mss. Vall. I. 53.* — « VOLENTES VTI PROVISIONIS. »

5176. — *Laterani 25 Novembris.*

« (Miloni) episcopo Belvacensi, et G. Peurel archidiacono, et magistro W. Lauvernatz canonico Parisiensibus. » Durante processu inquisitionis, quem ipsis commisit super vita et actibus abbatis monasterii sancti Symphoriani Belvacensis, nuntiis eiusdem monasterii, qui ad Papae praesentiam cum eorum relatione trasmittendi sunt, faciant in expensis ad hoc necessariis congrue provideri. Laterani VII. Kal. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 67. fol. 13; Horoy H-i opp. omn. IV. 718. n. 31 ex mss. du Theil.* — « CVM AD PETITIONEM. »

5177. — *Laterani 25 Novembris.*

« Capitulo Cremonensi. » Indulget ut, quum civitas Cremonensis fuerit supposita interdicto, liceat ipsis, non pulsatis campanis, ianuis clausis, excommunicatis et interdictis exclusis, submissa voce divina officia celebrare. Laterani VII. Kal. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 74. fol. 14.* — « FAVORABILIBVS PRECIBVS VESTRIS. »

5178. — *Laterani 26 Novembris.*

« Matheo abbati monasterii sancti Nicolai de Pratis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Ad exemplar Innocentii, Adriani, Alexandri, Vrbani, Celestini et Innocentii Romanorum Pontifi-

cum, monasterium ipsum sub protectione recipit, et ab omni advocatione successorum nobilis viri Anselmi ipsius loci fundatoris liberum declarat, possessiones, iura, privilegia enumerat et confirmat. Laterani per manum magistri Guidonis Domini PP. notarii VI. Kal. Decembris Indictione XIII. incarnationis dominicae anno MCCXXIIII. Pontificatus vero Domini Honorii PP. III. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 63. fol. 12.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

5179. — *Laterani 26 Novembris.*

« (Theobaldo) Rothomagensi archiepiscopo, et (Roberto) Baiocensi, (Guilielmo) Ambrincensi, (Richardo) Ebroicensi, (Guilielmo) Lexoviensi, (Hugoni) Constantiensi, et (Gervasio) Sagiensi episcopis. » Indulget ut singuli eorum in suis dioecesibus absolvere possint a sententia excommunicationis lata a G(uala) tit. sancti Martini presbytero Cardinali tunc Apostolicae Sedis Legato in clericos concubinarios et illos qui, absolutionis beneficio non obtento, in suis praesumpserunt ordinibus ministrare. Laterani VI. Kal. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 71. fol. 14; Horoy H-i opp. omn. IV. 719. n. 32 ex mss. du Theil.* « EXHIBITE NOBIS EX. »

5180. — *Laterani 26 Novembris.*

« Episcopo Terdonensi. » Laudat eum quod mandatum apostolicum contra cives Cremonenses pro abbate sancti Xisti Placentini directum fuerit exequutus, et quia eorundem civium contumacia semper crescit, frequenter innovet in eos latas excommunicationis sententias, inhibens ne aliqua civitas quemcumque civem Cremonensem in potestatem seu advocatum assumat, nec commercium cum eis habeant praesertim Bononienses, Parmenses et Regini. Dat. ut supra (Laterani VI. Kal. Decembris anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 72. fol. 14; Mss. Vall. I. 53; Göttinger gel. Anzeigen 1874. p. 168; cf. Potthast append. 2095. n. 7320 a-26125.* — « GRATVM GERIMVS ET. »

5181. — *Laterani 27 Novembris.*

« Agathensi, et Vicensi episcopis et archidiacono Agathensi. » Quum abbas monasterii sancti Wilelmi de Desertis immediate ad Romanam Ecclesiam pertinentis regimini abbatiae cesserit in manibus fratrum conventus eiusdem, qui in eius locum G. monachum sancti Victoris Massiliensis elegerunt, Pontifex, tam cessione quam electione cassata, eo quod abbas sine Sedis Apostolicae licentia cedere non poterat, mandat ut abbatem ipsum in locum suum restitui faciant, quo integre restituto, ipsi vice Pontificis cessionem, si quidem sponte cedere voluerit, recipiant. Laterani V. Kal. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 66. fol. 13; Horoy H-i opp. omn. IV. 720. n. 33 ex mss. du Theil.* — « DILECTI FILII CONVENTVS. »

5182. — *Laterani 28 Novembris.*

« Archiepiscopo Nichosiensi. » Quum Tripolitanus comes odio inexorabili eum prosequatur, quia excommunicationis et interdicti sententias a P(elagio) Albanensi episcopo tunc Apostolicae Sedis Legato in ipsum et eius terram promulgatas, de mandato eiusdem Legati fecerat in illis partibus pubblicari, indulget ne auctoritate litterarum Apostolicarum, eodem comite in excommunicationis sententia perdurante, ad partes eius ditioni subiectas in iudicium trahi possit. Laterani IIII. Kal. Dec. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 73. fol. 14.* — « A NOBIS TVA. »

5183. — *Laterani 28 Novembris.*

« Abbati et conventui de Columba Cisterciensis ordinis. » Quum Mutinensis episcopus monasterium de Zena, quod ad ipsum nullo modo pertinebat, eisdem contulerit, ut

illud habeant in filiam et iuxta instituta Cisterciensis ordinis ordinent, eiusdem episcopi provisionem confirmat. Laterani IIII. Kal. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 75. fol. 14.* — « HIIS QVE AD INCREMENTVM. »

5184. — *Laterani 28 Novembris.*

« Archidiacono Regino, magistro scolarum Parmensi, et Maifrido canonico Mutinensi. » Mandat ut canonicos monasterii de Zena, quod episcopus Mutinensis contulit monasterio de Columba Cisterciensis ordinis iuxta eiusdem statuta ordinis disponendum, quum ordinem ipsum propter eius austeritatem nolint assumere, in aliis ecclesiis Mutinensis dioecesis sui ordinis, ubi expedire viderint, collocent. Dat. ut supra (Laterani IIII. Kal. Decembris anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 76. fol. 14.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

5185. — *Laterani 28 Novembris.*

« Capitulo Astensi. » Indulget ut, quum civitas Astensis supposita fuerit interdicto, liceat eis, non pulsatis campanis, ianuis clausis, excommunicatis et interdictis exclusis, divina officia celebrare. Laterani IIII. Kal. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 80. fol. 15.* — « FAVORABILIBVS PRECIBVS VESTRIS. »

5186. — *Laterani 28 Novembris.*

« Archiepiscopis et episcopis, abbatibus et prioribus, ac clericis universis tam Grecis quam Latinis, tam prelatis quam subditis, tam religiosis quam secularibus, Templariis quoque et Hospitalariis in imperio Romanie citra Macram constitutis. » Quum valde necessarius sit negotio Terrae Sanctae status Latinorum in ipso imperio consistentium, nuntiat se Wilelmum marchionem Montisferrati ad succursum ipsius imperii et D(emetrii) regis Thesalonicensis fratris sui corroborasse, et ipsum in instanti Martio transiturum esse, ad quod sibi exercitum, et se invicem exercitui iuramento constrinxisse; propter ergo urgentem necessitatem ei dimidiam partem suorum proventuum huius anni omniumque aliorum mobilium, exceptis dumtaxat ecclesiarum thaesauris, unusquisque assignet, simileque auxilium a consistentibus ultra Macram tam in regia civitate quam extra imperatori Constantinopolitano statuit conferendum: quam proventuum medietatem hiis assignent quos ipse marchio, et abbas de Curtiath (*in eod. loc.* Curiath) Cisterciensis ordinis et decanus Patracensis deputaverint. Laterani IIII. Kal. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 83. fol. 16; Mss. Vallic. I. 53; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1224 n. 24-26 ubi deest initium; cf. Potthast 631. n. 7321; Horoy H-i opp. omn. IV. 721. n. 34.* — « IVXTA VVLGARE PROVERBIVM. »

Abbati de Curiath Cisterciensis ordinis et decano Patracensi scriptum est super hiis ut eos ad id exequendum compellant, invocato si opus fuerit auxilio brachii secularis. — *Reg. Vat. loc. cit.; Horoy loc. cit.*

5187. — *Laterani 28 Novembris.*

Abbatem S. Martini de Monte Viterbiensi a commissionum Sedis Apostolicae sollicitudine eximit. Laterani IV. Kal. Dec. anno nono. — *Bullar. Vatic. I. 111; Potthast 631. n. 7322; Horoy H-i opp. omn. IV. 717. n. 29 (29 Nov.)* — « A NOBIS HVMILITER. »

5188. — *Laterani 28 Novembris.*

Monasterium Pontiniacense ord. s. Ben. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Laterani IV. Kal. Decembris indict. XIII. incarn. dom. anno 1224. (pont. anno nono). — *Quantin Recueil 131. n. 301; Potthast append. 2095. n. 7321a-26126.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

5189. — *Laterani 30 Novembris.*

« Baronibus, militibus, omnibusque Latinis in Romanie imperio citra Macram consistentibus. » Vt pro defensione imperii Romaniae, pro qua statuit ut omnes clerici ipsius imperii dimidiam partem proventuum suorum Wilelmo marchioni Montisferrati et imperatori Constantinopolitano exhibeant, contra scismaticos viriliter decertent, statuens ut non feudati in ipso imperio qui contra huiusmodi hostes decertaverint a voto crucis aliarumque peregrinationum iuxta prudentiam Regini episcopi Apostolicae Sedis Legati absolvantur. Laterani II. Kal. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9 epist. 84. fol. 16; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi ann. Eccl. 1224. n. 26; Horoy H-i opp. omn. IV. 724. n. 35 ex mss. du Theil.* — « Ea qve facimvs. »

5190. — *Laterani 2 Decembris.*

« Capitulo et civibus Alexandrinis. » Quum in fundatione episcopatus Alexandrini, facta a Papa Alexandro (III), Alexandrina et Aquensi ecclesia unitis et circumstantibus dioecesibus mutilatis, episcopus et capitulum Astenses pacifice retinuissent plebem de Quargnento ac plebem de Vivliis cum capellis ipsarum et ecclesiam de Soleriis, et eas usque ad diem possederint quo Innocentius PP. III praedictam unionem executioni mandavit per Terdonensem episcopum et archidiaconum Vercellensem; praecipit ut ecclesias supradictas cum Burgo Quargnenti episcopo et capitulo Astensibus restituant, et sciant se dedisse litteras in mandatis praeposito, archipresbytero et cantori Cariensibus Taurinensis dioecesis, ut si necesse fuerit per censuras ecclesiasticas ad id eos compellant. Laterani IIII. Non. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 82. fol. 15; Mss. Vall. I. 53; Moriondus Mon. Aquens. I. 181; Potthast 632. n. 7323 (3 Decemb.); Horoy H-i opp. omn. IV. 725. n. 36 ex mss. du Theil.* — « Venerabilis frater noster. »

Reg. Vat. addit: Illis scriptum est.

5191. — *Laterani 2 Decembris.*

« (Iacobo?) episcopo Pactensi. » Proponente W. presbytero clerico (Hugolini) Ostiensis episcopi, mandat ut, nisi electus in archimandritam sancti Salvatoris de Lingua Messanensi servaverit compositionem initam inter ipsum W. et quondam archimandritam praedecessorem suum super ecclesia sanctae Annae de Camare, quam ipse W. canonice tenebat et ab illo spoliatus fuit, eundem W. in possessionem corporalem ipsius ecclesiae inducat et electum ipsum ad satisfactionem perceptorum fructuum compellat. Laterani IIII. Non. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 97. fol. 19.* — « Dilectvs filivs W. »

5192. — *Laterani 2 Decembris.*

« Abbati sancte Genovefe, decano et archidiacono Parisiensibus. » In causa inter decanum et capitulum Senonenses ex una parte et comitem Campaniae ex altera, quae iam agitata fuit coram abbate Longipontis Cisterciensis ordinis et eius collegis, super eo quod ipse comes fuerat ab eisdem decano et capitulo, quia homines ecclesiae Senonensis quos ceperat restituere denegabat, excommunicationis vinculo innodatus, mandat hiis ut, vocatis qui fuerint evocandi et audiendi, super expositis ab utraque parte testes recipiant. Laterani IIII. Non. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 6. epist. 110. fol. 21.* — « Ita nonnvlli Apostolice. »

5193. — *Laterani 3 Decembris.*

« Robbo abbati ecclesie sancti Volusiani Fuscensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Ad exemplar Vrbani et Alexandri Romanorum Pontificum, eorum ecclesiam sub protectione recipit, mandat ut

ordo canonicus secundum beati Augustini regulam ab eis observetur, eisque omnes possessiones, ecclesias et privilegia enumerat et confirmat. Laterani per manus magistri Guidonis Dñi Pape notarii III. Non. Decemb. Indictione XIII. Incarnationis dominice an. MCCXXIIII Pontif. Dñi Honorii Pape III. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 81. fol. 15; cf. Gallia Christ. (ed. 1656) IV. 452 (ed. 2. XIII. instr. 91) initium deest; cf. Potthast 632. n. 7324; Horoy H-i opp omn. IV. 727. n. 37. ex mss. du Theil.* — « AD HOC VNIVERSALIS. »

5194. — *Laterani 3 Decembris.*

Fratribus Minorum ordinis concedit, ut in locis et oratoriis suis cum viatico altari possint missarum solemnia et alia divina officia celebrare, omni parochiali iure parochialibus ecclesiis reservato. Laterani (Reate *Sbar.*) III. Non. Dec. anno nono. — *Vaddingi Ann. Min. II. 599; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 20. n. 17; Potthast 632. n. 7325; Horoy H-i opp. omn. IV. 730. n. 38.* — « QVIA POPVLARES TVMVLTVS. »

5195. — *Laterani 4 Decembris.*

« Abbati Cisterciensi et aliis abbatibus eius Cisterciensem ordinem profitentibus. » Statuit ut abbates Cistercienses in eorum professionibus et benedictionibus nunquam episcopis dioecesanis aliter profiteantur quam antea consueverunt, nec aliquid obtentu benedictionis vel installationis elargiri compellantur, et sententia excommunicationis et interdicti propter hoc lata in famulos, mercenarios seu benefactores eorum irrita penitus habeatur; forma autem professionis haec esse debeat: « Ego frater... abbas Cisterciensis subiectionem, reverentiam et obedientiam a sanctis patribus constitutam secundum regulam sancti Benedicti tibi domine.... episcope, tuisque successoribus canonice substituendis et Sancte Sedi.... salvo ordine nostro perpetuo me exhibiturum promitto. » Laterani II. Non. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 86. fol. 17; mss. Vall. I. 53.* — « SI ADHVC AMALECH. »

5196. — *Laterani 4 Decembris.*

« Abbati et conventui Augiacensibus. » Indulget eis ut in parrochiis eorum, in quibus veteres percipere decimas ipsis est concessum, etiam de novalibus facultatem exigendi decimas habeant. Laterani II. Non. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 93. fol. 18.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

5197. — *Laterani 4 Decembris.*

« Episcopo Leonensi et abbati sancti Gingaloei de Landenenec Crisopitensis diocesis. » Committit hiis inquisitionem super sanctitate et miraculis Mauritii abbatis monasterii sancti Mauritii Cisterciensis ordinis, quem episcopus et capitulum Crisopitenses, in quorum dioecesi locus ille consistit, ac universi abbates Cistercienses in generali capitulo congregati, multique alii episcopi et religiosi supplicarunt ut in sanctorum cathalogo annumeraretur. Laterani II. Non. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 95[1]. fol. 18; Mss. Vall. I. 53.* — « ET SI FRIGESCENTE. »

5198. — *Laterani 4 Decembris.*

« Benno abbati sancti Felicis de Amiano. » Ad exemplar Innocentii Rom. Pontificis inhibet ne aliquibus laicis a monasterio suo decimas ullatenus liceat extorquere. Laterani II. Non. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 98. fol. 19.* — « CVM DECIME QVE. »

5199. — *Laterani 4 Decembris.*

« Eisdem (magistris I. et R. archidiac. et Richero canonico Cathalaunensibus). » Conquerente (Odo de Sorcy) episcopo Tullensi quod (Theodoricus) Treverensis archiepiscopus metropolitanus suus, iuris ordine praetermisso, excommunicationis sententiam in

eundem fulminaverat, mandat hiis ut, partibus convocatis et auditis hinc inde propositis, causam ad Papam sufficienter instructam remittant. Laterani II. Non. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 100. fol. 19; Mss. Vall. I. 53; Notices et extraits XXI. II. 196; Potthast 632. n. 7327; Horoy H-i opp. omn. IV. 731. n. 40.* — « Et si non sit. »

5200. — *Laterani 4 Decembris.*

« (Alexandro) Waradiensi et (Briccio) Waciensi episcopis, et preposito Albensi Vesprimiensis diocesis. » Committit eis ut inquirant in praepositum Strigoniensem, de quo (Andreas) rex Vngariae per magistrum Florentinum custodem Orodiensem nuntium suum Pontifici conquestus est, illum contra dictum regem laxasse os suum et incircumcisum labium habuisse, et quod invenerint Sedi Apostolicae fideliter exponant. Dat. ut supra (Laterani II. Non. Decembris anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 101. fol. 19; Mss. Vall. I. 53; Pray Hierarch. II. 163; Katona Hist. crit. V. 453; Fejér Cod. dipl. III. I. 463; Theiner Mon. Hung. I. 52. n. 110; Potthast 632. n. 6326; Horoy l. c. 730. n. 39 (cum hoc titulo:* Episcopo Varadiensi*).* — « Altiora se querere. »

5201. — *Laterani 4 Decembris.*

« Magistro et fratribus Hospitalis Ierosolimitanis. » Inhibet ut nullus ab eis de novalibus eorum a tempore concilii generalis excultis vel imposterum propriis manibus vel sumptibus excolendis, sive de hortis, virgultis, piscationibus et eorum animalium nutrimentis decimas exigere vel extorquere praesumat. Laterani II. Non. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 103. fol. 20.* — « Sic est Deo. »

5202. — *Laterani 5 Decembris.*

« O. de Rocca domino Athenarum. » Scribit se esse anxium et sollicitum pro eo aliisque Latinis in imperio Romaniae: de subsidiis a se praestitis Wilelmo marchioni Montisferrati et imperatori Constantinopolitano ut ad ipsius imperii succursum intendant: eum hortatur ut ipse una cum subditis suis huiusmodi negotium viriliter et potenter assumat. Laterani Non. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 85. fol. 17; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 26.* — « Vsqve adeo svmvs. »

In eundem modum Dominis Nigripontis. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. G(aufrido) de Villa Ar(duini) principi Achaie. — *Reg. Vat. l. c.*

5203. — *Laterani 5 Decembris.*

« (Garciae) Auxitano archiepiscopo. » Quum A. electus ecclesiae Adurensis cedere petiisset eo quod comes Bigorritanus ecclesiam ipsam in odium ipsius electi et propinquorum eius graviter persequitur, mandat ut si ecclesiae praedictae hoc viderit expedire, ipsius cessionem recipiat. Laterani Non. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 91. fol. 18.* — « Svpplicavit nobis dilectvs. »

5204. — *Laterani 5 Decembris.*

« Preceptori et fratribus Hospitalis de Golonio Audurensis (*scil.* Adurensis) diocesis. » Hospitale sancti Antonii de Coloni cum omnibus personis et bonis sub protectione recipit, specialiter autem sancti Petri de Flaron et sancti Petri de Taravanas ecclesias, et de Ponte de Poi, et de Bresquid casalia eisdem confirmat. Laterani Non. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 92. fol. 18.* — « Ivstis petentivm. »

5205. — *Laterani 5 Decembris.*

« (Theobaldo) archiepiscopo, decano, et thesaurario Rothomagensibus. » Hiis committit inquisitionem super sanctitate Laurentii archiepiscopi Dublinensis, quem archie-

piscopus et capitulum Rothomagenses, in quorum dioecesi apud ecclesiam sanctae Mariae de Augo ordinis sancti Victoris Parisiensis ipsius requiescit corpus, et abbas et conventus eiusdem ecclesiae multique alii archiepiscopi, episcopi, abbates et religiosi viri multotiens supplicaverant Celestinum et Innocentium Romanos Pontifices ut in sanctorum cathalogo adscriberetur. Laterani Non. Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 95². fol. 18; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 47-48.* — « ET SI FRIGESCENTE CARITATE. »

5206. — *Laterani 7 Decembris.*
Vniversis abbatibus et fratribus Cisterciensis ordinis. » Significat se districtius inhibere ne quis archiepiscopus vel episcopus, archidiaconus et officiales ipsorum a quoquam in abbatem electo pro benedictione vel installatione vel recipienda professione, ab eo sub consuetudinis praetextu cuiusquam palefridum, seu aliud quidquam quocumque nomine censeatur, exigere vel extorquere praesumant, insuper archiepiscopi et episcopi ea sint forma professionis contenti quae ab origine eorum ordinis noscitur instituta, et haec ad verbum hic inseritur. (Vide epist. die 4 Decembris huius anni n. 5195). Laterani VII. Idus Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 87. fol. 17; Mss. Vall. I. 53; Decret. H-i III. ed. Cironius 263; partim inter Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 3.* De Symon. *c. 43 apud Boehmer Corp. II. 730; ap. Richter Corp. II. 737; Manrique Ann. Cisterc. IV. 268; Potthast 633. n. 7339 (absque signo chronologico; in fine vero anni 1224); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. tit. III. c. XLIII. p. 766.* — « NE DEI ECCLESIAM. »

5207. — *Laterani 7 Decembris.*
« (Bertholdo) patriarche Aquilegensi. » Decano et capitulo Civitatensis ecclesiae suae dioecesis supplicantibus, quum eadem ecclesia in medio quasi catulorum sit exposita qui in bonis eius prodigaliter debachantur, praeposituram eiusdem nunc vacantem ipsi committit, ut pro sua potentia et diligentia eam utiliter gubernetur. Dat. ut supra (Laterani VII. Idus Dec. anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 88. fol. 17; Rodenberg Ep. Sel. 188. n. 262.* — « QVIA MVNDO POSITO. »

5208. — *Laterani 7 Decembris.*
« Magistris I. et R. archidiac. et Richero canonico Cathalaunensibus. » Inquirant contra G(arinum) abbatem sancti Apri et quosdam monachos suos Tullenses, de quibus (Odo) Tullensis episcopus conqueritur, quod quum ipse in plena sinodo, ubi paratus erat nuntius (Conradi) Portuensis episcopi Apostolicae Sedis Legati verbum crucis proponere, resideret, ipse abbas et monachi in ipsum irruentes a sede propria eundem expulerunt, et si de huiusmodi excessu eis constiterit, illos excommunicatos pubblice denuntient. Laterani VII. Idus Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 99. fol, 19; Notices et extraits XXI. II. 198; Potthast 632. n. 7328; Horoy H-i opp. omn. IV. 732. n. 41.** — « QVALIS EIS QVI. »

5209. — *Laterani 7 Decembris.*
Abbati et conventui monasterii s. Petri Perusini indulget, ut cum generale interdictum terrae fuerit, liceat eis clausis ianuis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Laterani VII. Id. Dec. anno nono. — *Margarini Bull. Casin. II. 257; Potthast 632. n. 7329; Horoy H-i opp. omn. IV. 734. n. 42.* — « EO LIBENTIVS PETITIONIBVS. »

5210. — *Laterani 9 Decembris.*
« Abbati sancti Saturnini, et preposito Tolosano, et electo Crassensis monasterii Carbcassonensis (*in e. l.* Carkassonensis)

diocesis. » Moneant I. de Aragañ ut restituat B. Raimundi episcopo quondam Carkassonensi prioratum sanctae Mariae de Burgo Carkassonensi, quem C(onradus) Portuensis episcopus tunc in illis partibus Apostolicae Sedis Legatus eidem contulerat. Laterani V. Idus Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 94. fol. 18.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

5211. — *Laterani 9 Decembris.*

(Mauritio) episcopo et capitulo Burgensibus. » Hortatur eos ut I. clericum natum Nicolai Iudicis Vrbis, qui exhibuit et exhibet se Pontifici et Ecclesiae Romanae devotum et carum, in eorum ecclesia canonicum recipiant eique praebendam si qua vacat liberaliter conferant. Laterani V. Idus Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 104. fol. 20.* — « CVM VOBIS PRO ILLIS. »

In eundem modum Ocximensi episcopo ut eos ad id moneat et inducat.

5212. — *Laterani 9 Decembris.*

Monasterium s. Stephani de Bosco Cisterc. ord. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima verbis propriis exhibet, iura ac privilegia confirmat. Laterani V. Id. Dec. indict. XIII. incarn. dom. a. 1224. pont. anno nono. — *Tromby Storia V. app. 107; Potthast* 632. *n. 7330; Horoy H-i opp. omn. IV. 734. n. 43.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

5213. — *Laterani 11 Decembris.*

« (Henrico) episcopo Bononiensi. » Significat se processum episcopi Mutinensis in potestatem, consiliarios et populum civitatis Florentiae pro iniuriis irrogatis episcopo et ecclesiis Fesulanis revocasse, eo quod testes, lite non contestata, receperat, sed dictum Commune, quia banniverant eundem episcopum, in mille libris usualis monetae sententialiter condemnasse, quam sententiam mandat ei ut observari faciat, eandem pecuniam recipiens et servans in solutionem debiti vel aliam utilitatem Fesulani episcopatus. Laterani III. Idus Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 102. fol. 20; Mss. Vall. I. 53; Decret. H-i III. lib. 5. tit. 15* De iniuriis *c. I. ed. Cironius 299; inter Decret. Greg. IX lib. 5 tit. 36* De iniuriis *c. 7 apud Boehmer Corp. II. 831 (an. 1224); Richter Corp. II. 843; Potthast 676 n. 7851 (absque signo chronologico); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. tit. XXXVI. c. VII. p. 879.* — « OLIM SCRIBENTIBVS NOBIS. »

5214. — *Laterani 12 Decembris.*

« (Bartholomeo) episcopo, et magistris I. de Monte mirabili archidiacono, et Wilelmo Alvernensi canonico Parisiensibus. » Vt irritam denuntient sententiam excommunicationis et omnia quae attemptata fuerant in H. archidiaconum Virdunensem ab R. cantore Laudunensi dum causa electionis facta in Virdunensi ecclesia inter ipsum cantorem et magistrum Iohannem Cathalaunensem archidiaconum apud Sedem Apostolicam per appellationem pendebat, et idem H. archidiaconus et partis suae nuntii iter ad Curiam arripuerant. Laterani II. Idus Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 95³. fol. 19.* — « SIGNIFICANTE DILECTO FILIO. »

5215. — *Laterani 13 Decembris.*

« Abbati et conventui Cisterciensibus. » Donationem a Gualterio archiepiscopo Rothomagensi de consensu capituli sui ipsis factam decem millia alletiorum in manerio et portu de Diepa annis singulis exhibendorum confirmat, et litteras ipsius archiepiscopi super hoc confectas de verbo ad verbum refert. Laterani Idibus Decembris anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 138. fol. 25; Horoy H-i opp. omn. IV. 739. n. 44 ex mss. du Theil.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

5216. — *Laterani 14 Decembris.*
« Abbati et conventui Deniensis monasterii. » Statuit ut Remensi archiepiscopo et aliis dioecesanis et locorum archidiaconis et decanis procurationes ratione visitationis solvere non teneantur pro curtibus aut grangiis in quibus non habitant monachi, quum in locis huiusmodi non sit necessarium visitationis officium impendere. Laterani XVIIII. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 106. fol. 20.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

5217. — *Laterani 14 Decembris.*
« (Philippo?) episcopo Troiano. » Vt magistro Wilelmo capellano pontificio, quem ipse episcopus ad preces Papae, quando in minori officio erat constitutus, in ecclesia Troiana instituens canonicum, annuum redditum quatuor unciarum auri eidem contulerat donec sibi provideret in beneficio praebendali, et ipse hactenus nec redditum nec praebendam habuit, praebendam si qua in ecclesia ipsa vacat assignet, alioquin primam vacaturam donationi Pontificis reservet. Laterani XVIIII. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 122. fol. 22.* — « CVM OLIM AD PRECES. »

5218. — *Laterani 15 Decembris.*
« De Kirkehā, et Novo burgo Eboracensis diocesis et sancti Andree Eboracensis prioribus. » Vt priori et fratribus Hospitalis sancti Petri Eboracensis, nec non de Fontibus, de Melsa, de Beilandia, de Girval. et de Kirkestal abbatibus eorumque conventibus Cisterciensis ordinis praefigant terminum quo ad Papae praesentiam compareant, concordiam vel iudicium recepturi super causa quae auctoritate Innocentii Papae agitata fuit coram decano Lincolniensi et coniudicibus suis, super Garbis et rebus aliis, in quibus annuatim dicti abbates et conventus, ut dicitur, ipsi hospitali tenentur. Laterani XVIII. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 108. fol. 20; Walbran Memor. of Fountains 176; Potthast 632. n. 7331; Horoy H-i opp. omn. IV. 740. n. 45 (cum hoc titulo:* Priori de Kirkam*).* — « SIGNIFICARVNT NOBIS PRIOR. »

5219. — *Laterani 15 Decembris.*
« Magistro militie Templi. » Quum b. me. patriarca Ierosolimitanus Bertrannum militem, qui Podiensem episcopum occiderat, ad partes illas ex Papae iussione transmissum recipere noluerit, pro eo quod sibi super hoc litteras Apostolicas non ostendit, mandat ei ut eundem militem ad serviendum in eius monasterio per septem annos recipiat pro satisfactione tanti facinoris, ut eidem iniunxit N(icolaus) episcopus Tusculanus qui eum a vinculo excommunicationis absolvit. Laterani XVIII. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 137. fol. 25; Mss. Vall. I. 53.* — « LITTERE TVE NOBIS. »

5220. — *Laterani 16 Decembris.*
« (Oddoni) episcopo Tullensi. » Quum in sua dioecesi sint nonnulli saeculares et regulares clerici ac laici qui ex praelatorum negligentia facile ad excessus prolabuntur et ad peccandum ex impunitate audaciam assumunt, mandat ei ut, non obstante indebitae contradictionis et frivolae appellationis obiectu, circa correctionem subditorum suorum officii sui debitum efficaciter exequatur. Laterani XVII. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 107. fol. 20; Horoy H-i opp. omn. IV. 741. n. 46 ex mss. du Theil.* — « EX TVA INSINVATIONE. »

5221. — *Laterani 16 Decembris.*
« Abbati et conventui sancti Pontii de Toniniis (*in e. l.* Tomeriis) Narbonensis diocesis. » Inhibet, ne decimae in quibusdam eorum ecclesiis a laicis per violentiam detentae, quum eas iidem laici dimiserint, ad alios quam ad easdem ecclesias devol-

vantur. Laterani XVII. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 119. fol. 22; Horoy H-i opp. omn. IV. 742. n. 47 ex mss. du Teil.* — « Eo libentivs petitionibvs. »

5222. — *Laterani 17 Decembris.*

« Suffraganeis ecclesie Ierosolimitane. » Mandat ut tam Catholicum Armenorum quam ceteros qui dominium tenent Armeniae inducant ad restituendum ecclesias suas Tharsensi et Mamistano archiepiscopis, qui cum eorum capitulis ob Armenorum malitiam exilium patiebantur, quod in Ecclesiae Romanae obbrobrium et latinae gentis confusionem redundat. Laterani XVI. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 123. fol. 22; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 27 (sine initio); cf. Potthast 632. n. 7332.* — « Clamor ad nos. »

5223. — *Laterani 17 Decembris.*

« Abbatisse et conventui sancte Marie de Bosqueto. » Venditionem quorundam reddituum censualium eisdem factam ab A. Aurasicensi episcopo de capituli Aurasicensis et Hu(gonis) Arelatensis archiepiscopi metropolitani consilio et assensu, pro exsolvendis debitis quibus eius ecclesia gravabatur, confirmat, referens de verbo ad verbum instrumentum venditionis. Lat. XVI. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 162. fol. 29.* — « Ivstis petentivm. »

5224. — *Laterani 18 Decembris.*

« Magistro et fratribus Hospitalis Ierosolimitani. » Extendit ad eos canonicam constitutionem, qua monachi et canonici regulares, qui in claustro se percusserint, non sint ad Apostolicam Sedem mittendi, sed secundum discretionem et providentiam sui abbatis disciplinae subdantur, quod si abbatis discretio ad eorum correctionem non sufficeret, providentia est dioecesani episcopi adhibenda, nisi excessus difficilis fuerit et enormis, propter quod merito sit ad Romanam Ecclesiam recurrendum. Lat. XV. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 121. fol. 22; Decret. H-i III. lib. 5. tit. 18.* De sent. excommun. *c. 1. ed. Ciron. 305; Decretal. Greg. IX. lib. 5. tit. 39* de sent. excom. *c. 50. ap. Boehmer Corp. II. 862 (ad an. 1224); ap. Richter Corp. II. 874; Potthast 676. n. 7854 (absque signo chronologico); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. tit. XXXIX. c. I. p. 910.* — « Canonica constitvtione cavetvr. »

5225. — *Laterani 18 Decembris.*

« Archiepiscopo Cesariensi. » Concedit ut absolvere possit fratres Militiae Templi in Antiochenis, Tripolitanis et Acconensibus partibus constitutos, qui Tripolitano comiti excommunicato et fautoribus suis communicaverunt, iniungens eis sub iuramento ut, praeterquam in casibus concessis a iure, abstineant in posterum a communione ipsius comitis et fautorum suorum quamdiu dictus comes in sua pertinacia perduraverit. Laterani XV. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 132. fol. 25.* — « Svpplicarvnt nobis dilecti. »

5226. — *Laterani 18 Decembris.*

« M. quondam imperatrici Constantinopolitane. » Laudat eam quod de suis bonis rehedificaverit et dotaverit, dioecesani accedente consensu, monasterium Pacenasiense Graecarum tunc distructum, et moniales easdem Ecclesiae Romanae, cui nullam exhibebant obedientiam, fecerit obedire; statuit ut a nemine super iure patronatus eiusdem monasterii molestetur. Dat. ut supra (Laterani XV. Kal. Ianuar. anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 133. fol. 25; Mss. Vall. I. 53.* — « Sedes apostolica qve. »

5227. — *Laterani 18 Decembris.*

« Eisdem (abbatisse et conventui sancte Marie de Bosqueto). » Sancti Martini de Gigondatio et de Altavilla ecclesias ab A.

Aurasicensi episcopo, cum capituli sui ac etiam Hu(gonis) Arelatensis archiepiscopi metropolitani consensu, ipsis largitas confirmat. Lat. XV. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 163. fol. 30.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

5228. — *Laterani 18 Decembris.*

Conventui Casinensi viginti uncias auri de Castellone et quinque alias de ecclesia de Cinglis, quae a Petro quondam abbate fratrum usibus deputatae sunt, confirmat. Laterani XV. Kal. Ian. anno nono. — *Gattula Hist. abbatiae Cassin. II. 443; Potthast 632. n. 7333; Horoy H-i opp. omn. IV. 742. n. 48.* — « CVM MONASTERIVM CASSINENSE. »

5229. — *Laterani 19 Decembris.*

« Vniversis Christi fidelibus ad quos litttere iste pervenerint. » Magistro et fratribus hospitalis sancti Antonii Viennensis dioecesis helemosinas erogantibus indulgentiam decem dierum concedit. Laterani XIIII. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 112. fol. 21; Mss. Vall. I. 53.* — « QVONIAM VT AIT APOSTOLVS. »

5230. — *Laterani 19 Decembris.*

Sanctimoniales Cisterciensis ordinis, quas Engelbertus archiepiscopus Coloniensis a Monte Salvatoris propter brumalem saevitiam et ventorum turbidinem in monasterium quod dicitur Porcetum (Burtscheid) civitati Aquisgrani conterminum transportaverat, sub sua protectione suscipit, omnesque earum possessiones, bona ac privilegia confirmat. Laterani XIV. Kal. Ian. indict. XIII. incarn. dom. a° 1224. pont. anno nono. — *Ex origin. Quix Burtscheid 417; Miraei Opp. dipl. IV. 34; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII) c. VII. von Aebtiss. 306. cf. Lacomblet UB. II. 53. n.° 98 not.; Potthast 632. n. 7335; Horoy H-i opp. omn. IV. 744. n. 50.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

5231. — *Laterani 19 Decembris.*

Confirmatio et protectio Honorii pp. fratrum habitantium in sacello de Marlagne cum bonis eorum, quae Philippus marchio Namucensis isti capellaniae donavit. Baberani (*sic*) XIV. Kal. Ianr. anno nono. — *Galliot Hist. de la ville et prov. de Namur I. [Liège 1788. 8°] 261. not.; cf. Potthast Append. 2095. n. 7335 a-26127.*

5232. — *Laterani 20 Decembris.*

« Abbati et conventui Farfensibus. » Privilegia Romanorum Pontificum eisdem confirmantur, ut nullus episcopus ecclesias eorum monasterio subiectas praesumat interdicere, vel monachum seu clericum eiusdem monasterii sinodare vel excommunicare audeat, sed per abbatem ipsius loci, sicut ab antiquis temporibus statutum et observatum est, corrigantur, quin tamen sub huiusmodi praetextu iuri Sabinensis episcopatus derogetur. Laterani XIII. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 109. fol. 21.* — « MONASTERIVM VESTRVM NON. »

5233. — *Laterani 20 Decembris.*

« (Guillelmo) Remensi archiepiscopo et suffraganeis eius. » Vt rectores monasteriorum ordinis sancti Benedicti, quos visitatores deputati a capitulo eiusdem ordinis in monasterio sancti Remigii Remensi pro eius reformatione celebranda a suis locis denunciaverint amovendos, amovere non differant. Laterani XIII. Kalendis Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 128. fol. 24.* — « SAPIENTIA QVE EX ORE. »

5234. — *Laterani 20 Decembris.*

« Preposito, archidiacono et precentori Vncensibus. » Mandat ut cogant abbates, monachos et alios Neumasensis dioecesis ad persolvendam dioecesano episcopo canonicam portionem legatorum et mortuariorum, quae ei ab ecclesiis debetur. Laterani XIII. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 131. fol. 24.* — « VENERABILI FRATRE NOSTRO. »

5235. — *Laterani 21 Decembris.*

« Radulfo abbati Dervensis monasterii eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum. » Eorum monasterium, quod specialiter beati Petri iuris existit, ad exemplar Calixti et Alexandri Romanorum Pontificum sub protectione recipit, possessiones confirmat, inhibet ne quis nisi Romanus Pontifex vel Legatus ab eius latere destinatus ipsum monasterium et parrochialem ecclesiam, quae in Burgo est, eidem monasterio adiacentem interdicere possit, libertates, iura et consuetudines adprobat. Laterani per manum Guidonis Dñi PP. notarii XII. Kal. Ian. Incarnationis dominice anno MCCXXIIII Indictione XIII. Pontificatus vero Domni Honorii PP. III. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 111. fol. 21.* — « QVOTIENS ILLVD A NOBIS. »

5236. — *Laterani 21 Decembris.*

« (Guidoni) Asisinati episcopo. » Ne abbatem et conventum de Monte Subasio inquietet super arbitrio inter eos prolato a R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali, et auctoritate Sedis Apostolicae confirmato, circa cuius cognitionem Pontifex inhibuit olim magistro A. subdiacono et capellano suo auditori eis concesso ne procederet, postmodum ad instantiam ipsius episcopi litterae Apostolicae super restitutione in integrum directae fuerunt I(ohanni) sanctae Praxedis presbytero Cardinali, sed, commisso ab eo negotio episcopo Perusino, mandavit per Cardinalem eundem commissionem huiusmodi revocari. Laterani XII. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 113. fol. 21.* — « CVM SICVT EX. »

5237. — *Laterani 23 Decembris.*

« Decano, thesaurario, et P. (S. *Friedb.*) Petri canonico Zamorensibus. » Quoad causam inter D. presbyterum ex una parte et I. episcopum et capitulum Salamantinos ex altera super receptione eiusdem presbyteri in ecclesia Salamantina, quibus Gregorius capellanus Apostolicus a Papa auditor concessus fuit, mandat, si eis constiterit ab episcopo et capitulo supradictis exceptionem de certo canonicorum numero iuramento firmato vel alias exceptiones legitimas fuisse propositas coram archidiacono Civitatensi et collegis suis, qui litterarum Apostolicarum auctoritate pro dicto presbytero executores concessi fuerunt, et appellationem esse interpositam, denuntient processum eorum, qui excommunicationis sententiam in ipsos episcopum et capitulum protulerunt, esse irritum et inanem. Laterani X. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 115. fol. 21; Decret. H-i III. lib. 2. tit. 19* De appellat. *c. 2. ed. Cironius 162; inter Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 28* De appellat. *c. 63; apud Boehmer Corp. II. 405 (an. 1224); Richter Corp. II. 422; Potthast 669. n. 7773 (absque signo chronologico); Friedberg Corp. Iur. Can. lib. II. tit. 28. c. 43. p. 439.* — « DILECTO FILIO GREGORIO. »

5238. — *Laterani 23 Decembris.*

Monasterium Fontisvivi in episcopatu Parmensi situm Cist. ord. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Laterani X. Kal. Ian. ind. XIII. incarn. dom. a° 1224. pont. anno nono. — *Affò Stor. di Parma III. 347. n. 47; Potthast 632. n. 7336.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

5239. — *Laterani 24 Decembris.*

« Abbati et conventui monasterii sancti Michaelis de Quei. » Ipsis supplicantibus, inhibet, ne nobiles viri nati Balat comitis, qui se eorum monasterii asserunt esse patronos, abbates intrudere ac eos destituere praesumant. Laterani VIIII. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 114. fol. 21; Mss. Vall. I. 53.* — « QVIA ECCLESIARVM PATRONI. »

5240. — *Laterani 24 Decembris.*

« Sancti Remigii Remensis et de Macheriis Attrebatensis diocesis abbatibus. » Vt pro reformatione ordinis sancti Benedicti, pro qua saepe Sedes Apostolica, ac praesertim Innocentius Papa (III) laboraverat, hoc anno debeant apud monasterium sancti Remigii Remensis celebrare capitulum, advocatis etiam caritative duobus Cisterciensis ordinis vicinis abbatibus, quod vero capitulum singulis annis in omnibus regnis sive provinciis celebretur. Lat. VIIII. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 128. fol. 23; Mss. Vall. I. 53; Bibl. Nat. Paris. mss. lat. f. Moreau t. MCLXXXIII. p. 88; Horoy H-i opp. omn. IV. 747. n. 51.* (*20 Decembris*) — « Sapientia qve ex ore. »

5241. — *Laterani 25 Decembris.*

« (Arnaldo) episcopo et capitulo Nemausensibus ordinis sancti Augustini. » Indulget eis, ut tempore interdicti possint, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, submissa voce divina officia celebrare. Lat. VIII. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 134. fol. 25.* — « Cvm a nobis petitvr. »

5242. — *Laterani 31 Decembris.*

« Vniversis archiepiscopis, et episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, archipresbyteris et universis aliis ecclesiarum prelatis. » Significat se in partibus Livoniae ac Prusciae Guilelmum Mutinensem episcopum ad evangelizandum elegisse, commisso ei legationis officio tam in praedictis regionibus quam in Holzseten, Hestonia, Semigallia, Sambllandia, Curllandia, Wirllandia et in insulis Gulandiae, Burgundomlinae, Rivae, Gothlandiae, eosque hortatur ut eundem Apostolicae Sedis Legatum humiliter et devote recipientes ei obediant. Laterani II. Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 129. fol. 24; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 38 (non integra); Turgenevii Russ. monim. I. 15; Bunge Livl. VB. I. 73. n. 69; Gruber Orig. Livon. 265; Tromby Storia V. app. 109; Scr. rer. Livon. I. 394. n. 43; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 361. n. 152; Potthast 633. n. 7337; Horoy H-i opp. omn. IV. 753. n. 52.* — « Cvm is qvi. »

5243. — *Laterani . . . . .*

« (Stephano) archiepiscopo Cantuariensi sancte Romane Eccl. Cardinali. » Eum reprehendit quod, quum ad Angliae regnum pacificandum Legatum cum instantia peteretur, eius nuntii e contra omnia tranquilla et pacata narrantes, ne illuc mitteretur Legatus conati sint omnimodis impedire, et ipse cum quibusdam Angliae episcopis inter (Henricum) regem et nob. virum Falchesium de Breante discordiam foveat; mandat ut sententiam excommunicationis ab eo in dictum Falchesium promulgatam revocet. Lat. (absque indicatione diei et mensis). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 14. fol. 4; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. Add. Mss. 15352; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 46; Shirley Royal letters I. 543. n. 19 (sine signo temporis); Potthast Append. 2095. n. 7297a-26120 (sub die 17 Augusti?-1224).* — « Non potvit hactenvs. »

5244. — *Laterani . . . . .*

« Henrico regi Anglorum illustri. » Arguit eum quod, spretis Papae monitionibus, contra nobilem virum Falchesium de Breânte arma moverit, castrum de Belford eidem a rege patre suo ob eius fidelia servitia donatum hostiliter obsideat, eique mandat ut ab eiusdem castri obsidione desistat nec dictum virum in aliquo offendat. Lat. (absque indicationi diei et mensis). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 15. fol. 4; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. Add. mss. 15352; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 45 fragmen; Shirley Royal letters I. 544. n. 20; Potthast 622.*

n. 7203 fragm. sub mense Martii 1224, et in Append. 2095. n. 7297 b-26121 sub die 17 Augusti 1224, quam notam chronologicam veram puto. — « FREQVENTER TE CVRAVIMVS. »

5245. — *Laterani* . . . . .
« S(tephano) Cantuariensi archiepiscopo sancte Rom. Ecclesie Cardinali, et Huberto de Burgo Iusticiario ac aliis illustris regis Anglie consiliariis. » Deplorat quod Henricus rex Angliae hoc tempore quo sibi arma inferuntur externa, ipse inferat arma suis, quare mandat ut ipsi eum moneant ut ab obsidione castri (de Belford) recedat, nec nobilem virum (Falchesium de Breante) et alios vassallos amplius molestet. Dat. (absque indicatione loci, diei et mensis). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 16. fol. 5; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1224. n. 46.* — « FREQVENTER CVRAVIMVS KARISSIMVM. »

5246. — . . . .
« Vniversis fidelibus nostris per Campaniam et Maritimam constitutis. » Ne contra decreta Romani Pontificis seu eius de quo ipsis providerit in rectorem, contraire praesumant. Dat. (absque indicatione loci, mensis et diei). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 30. fol. 7; Mss. Vall. I. 53; Theiner Cod. Dipl. Dom. Temp. Sanctae Sedis I. 80. n. 133; Potthast 630. n. 7300 (sub die 20 Septembris 1224).* — « QVANTVM PVBLICE VTILITATIS. »

5247. — *Laterani (Maii-Dec. menss.).*
De Orto s. Mariae et de Doccum abbatibus Praemonstrat. ord. scribit de querela (Emonis) praepositi conventusque monasterii Floridi Orti (Witte-Wierum) Praem. ord., quos (Theodoricus) Monasteriensis episcopus indebitis exactionibus aggravat et molestat, eisque mandat, ut convocatis partibus causam fine debito terminent. *Sine nota chronol. — Emonis Chronic. in Matthaei Vet. aevi anal. II. 74; ed. Feith (Utr. 1866) 98; Hugo sacrae antiq. mon. I. 479 ad a. 1225; Potthast 633. n. 7338; Horoy H-i opp. omn. IV. 755. n. 53.* — « EX PARTE PREPOSITI. »

[An. 1225]

5248. — *Laterani 1 Ianuarii.*
« (Alberto) episcopo Brixiensi. » Vt S. quondam abbatem monasterii Aquae nigrae Brixiensis dioecesis, qui, non obstante quod a Papa fuerit sententialiter depositus, monasterium ipsum per violentiam detinere praesumit, et quosdam monachos multipliciter molestat, ad se dimittendum per censuras ecclesiasticas compellat et a qualibet monachorum molestatione desistendum, advocans contra illum si expedierit brachium saeculare. Laterani Kal. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 135. fol. 25; Mss. Vallic. I. 53.* — « DILECTI FILII A. »

5249. — *Laterani 2 Ianuarii.*
« Hominibus de Monte Brisonis. » Libertates quas G. comes Forensis eorum dominus, guerrarum et aliarum persecutionum discrimina quae ipsi fuerant saepe perpessi attendens, et ad eorum fidem et constantiam habens respectum, concesserat, prout in litteris Lugdunensis archiepiscopi continetur, confirmat. Laterani IIII. Non. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 116. fol. 22; Rodenberg Ep. Sel. 189. n. 263.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

5250. — *Laterani 2 Ianuarii.*
« (Rainaldo) archiepiscopo Lugdunensi. » Nuntiat se libertates concessas a nobili viro G. comite Forensi hominibus castri de Monte Brisonis confirmasse, eique mandat quod, si dictus nobilis vel eius successores venire contra libertates concessas dictis hominibus attemptaverint et eis exinde competentem emendam praestare contempserint, ipse archiepiscopus et successores sui ad

conquestionem ipsorum hominum debeant in personam et terram eius censuram ecclesiasticam exercere. Dat. ut supra (Laterani IIII. Non. Ianuarii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 117. fol. 22; Mure Hist. des ducs de Bourbon III. Pieces suppl. 62; cf. Huillard-Bréholles Titres I. 26. n. 111; Potthast 633. n. 7341.* — « Dilectvs filivs nobilis. »

5251. — *Laterani 2 Ianuarii.*

« (Hugoni) archiepiscopo et capitulo Arelatensibus. » Indemnitatibus Arelatensis ecclesiae volens praecavere, inhibet eis ne castrum Sallonis, quod ad ius et proprietatem eorum ecclesiae pertinet, distrahere, permutare vel alio modo alienare aliquatenus praesumant. Dat. ut supra (IIII. Nonas Ianuarii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 118. fol. 22; Gallia christ. (ed. 1656) I. 57; Potthast 633. n. 7340; Horoy H-i opp. omn. IV. 755. n. 54 (31 Decembris 1224).* — « Cvm ex svscepte. »

5252. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« (Arnaldo) episcopo Neumasensi. » Vt B(enedictum de Alignan) sacristam monasterii Villae magnae in abbatem conventus monasterii de Grassa electum, si idoneum et eius electionem canonicam invenerit, confirmet. Laterani III. Non. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 120. fol. 22; Notices et extraits XXI. II. 200; Potthast 633. n. 7342; Horoy H-i opp. omn. IV. 760. n. 56.* — « Dilecti filii Conventvs. »

5253. — *Laterani 3 Ianuarii.*

« Livoniensibus et Prutenis ad fidem Christi conversis. » Eos sub protectione Sedis Apostolicae recipit, ita ut in eorum libertate manentes nulli alii sint nisi soli Christo, cuius acquisitionis populus efficiuntur, et obedientiae Romanae Ecclesiae subiecti. Lat. III. Non. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 130. fol. 24; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 16; Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 16. n. 16; Turgenevii Russ. Monim. I. 16; Bunge Livl. VB. I. 76. n. 71; Potthast 633. n. 7343; Horoy H-i opp. omn. IV. 760. n. 57.* — « Ecclesie romane qve. »

5254. — *Laterani 7 Ianuarii*

« Episcopo Biterrensi. » Indulget, ut ab ecclesiis suae dioecesis quartam pecuniae, quae cartones vulgariter appellatur, recipere possit in blado, vino et aliis quae ipsis ecclesiis obveniunt. Laterani VII. Idus Iannarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 126. fol. 23; Horoy H-i opp. omn. IV. 761. n. 58 ex mss. du Theil.* — « Tva nobis fraternitas. »

5255. — *Laterani 7 Ianuarii.*

« Eisdem (*leg.* eidem) » Attentis eius necessitatibus, utpote qui magna parte suorum reddituum iam per tres annos continue spoliatus fuit, licentiam ei concedit tenendi ad manus suas quasdam ecclesias suae dioecesis, quae modo a nemine habitantur, quandiu loca praedicta non habitabuntur, sine tamen praeiudicio iuris alieni, et ecclesias ipsas per idoneos vicarios faciat deserviri. Dat. ut supra (Laterani VII. Idus Ianuarii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 7. epist. 127. fol. 23; Horoy l. c. 762. n. 59 ex mss. du Theil.* — « Svpplicasti nobis vt. »

5256. — *Laterani 7 Ianuarii.*

« Abbati et conventui Sancte fidis Conchensis. » Ecclesia eorum de Palatio, decedente Theobaldo clerico, nepote magistri Opizonis subdiaconi et notarii Papae, cui eam contulit (Conradus) Portuensis episcopus dum in partibus illis legationis officio fungebatur, ad donationis Sedis Apostolicae libere devolvatur. Laterani VII. Idus Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 136. fol. 25.* — « Solliciti ne vestra. »

5257. — *Laterani 8 Ianuarii.*

« (Iohanni) episcopo Florentino. » Ad preces prioris et haeremitarum Camaldulensium mandat, cogat monachos et conversus illius ordinis ut dimittant sub excommunicationis sententia ecclesias receptas, habitum resumant et ad claustrum suum redeant, debitam eidem priori obedientiam et reverentiam impensuri. Laterani VI. Id. Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 125. fol. 22.* — « DILECTI FILII PRIOR. »

5258. — *Laterani 8 Ianuarii.*

Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum concedit, ut generalis tempore interdicti liceat eis in ecclesiis suis, non pulsatis campanis *etc.* divina officia celebrare. Laterani VI. Idus Ian. anno nono. — *Liljegren Svenskt dipl. I. 240. n. 230; Ripolli Bull. Praed. I. 16. n. 31; Potthast 633. n. 7344, (cf. 632. n. 7334 sub die 18 Decembris 1224); Horoy H-i opp. omn. IV. 743. n. 49 (18 Decembr.) et 762. n. 60 (8 Ian.).* — « FAVORABILIBVS PRECIBVS VESTRIS. »

5259. — *Laterani 9 Ianuarii.*

« N. decano Patracensi. » Attenta eius probitate, et consideratione I(ohannis) tit. sanctae Praxedis presbyteri Cardinalis, cuius obsequiis diu ipse institit, indulget ut beneficia ecclesiastica, quamdiu apud Sedem Apostolicam aut in theologica facultate ipsum esse contigerit, per idoneum vicarium valeat obtinere, non obstante statuto a P(elagio) Albanensi episcopo, dum in partibus Romaniae legationis officio fungebatur, edito, seu quolibet alio iuramenti religione sive quacumque alia firmitate vallato. Laterani V. Idus Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 124. fol. 22.* — « AD FACIENDAM TIBI.

5260. — *Laterani 9 Ianuarii.*

« (Guilielmo) Mutinensi episcopo Apostolice Sedis Legato. » Quum ei legationis officium ad evangelizandum barbaris nationibus commiserit, facultatem ei concedit ordinandi eccclesiam Dei quam sibi Dominus acquiret per suae ministerium servitutis et novos in ea creandi episcopos, et creatos, arcessitis sibi duobus vel tribus episcopis, iuxta sanctiones canonicas consecrandi. Laterani V. Idus Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 144. fol. 26; Mss. Vallic. I. 53; Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 17. n. 17; Turgenevii Russ. Monim. I. 17; Bunge Livl. UB. I. 77. n. 72; Potthast 633. n. 7345; Horoy H-i opp. omn. IV. 763. n. 61.* — « SPERANTES QVOD APERIENTE. »

5261. — *Laterani 9 Ianuarii.*

« E(gidio) sanctorum Cosme et Damiani diacono Cardinali. » In causa inter episcopum Viterbiensem ex una parte et Ph. procuratorem ecclesiae sanctae Mariae de Palentiana ex altera circa restitutionem grani et aliarum rerum ecclesiae supradictae, et excommunicationis sententiam quam idem episcopus in eum et socios suos promulgaverat, quum super hiis, quae coram P(elagio) Albanensi episcopo auditore a Pontifice deputato, non extiterit facta fides, mandat ut, partibus convocatis et auditis quae duxerint proponenda, causam decidat. Dat. ut supra (Laterani V. Idus Ianuarii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 145. fol 26.* — « VENERABILI FRATRE NOSTRO. »

5262. — *Laterani 9 Ianuarii.*

« (Venturae) Ariminensi, et (Alberto) Brixiensi episcopis. » Narrat excessus haereticorum in civitate Brixiensi, quae est quasi eorum domicilium: mandat ut aliquas eorum turres destrui faciant, et nullus eorum qui nominatim excommunicati fuerint, absolvatur, nisi personaliter ad Sedem Apostolicam accesserit, excepto mortis articulo. Dat. ut supra (Laterani V. Idus

Ianuarii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 146. fol. 26; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 47; Rodenberg Ep. Sel. 189. n. 264.* — « CVM CVRAM EXTIRPANDI. »

5263. — *Laterani 9 Ianuarii.*

« Eisdem (Venturae Ariminensi et Alberto Brixiensi episcopis). » Statuit ut ad relevanda damna, quae catholici Brixienses dimicando contra haereticos pertulerunt, clerus vicinarum civitatum subsidium eis conferre debeat, videlicet clerus civitatis et dioecesis Mediolanensium quinquaginta libras imperialium, Cumanus vero quinquaginta, Pergamensis totidem, Novariensis autem viginti et Vercellensis totidem ac totidem Cremonensis, Mantuanus viginti quinque ac totidem Vicentinus, Paduanus quoque triginta quinque ac totidem Veronensis, Tervisinus vero viginti: praecipit eis, iniungant episcopis ut sine dilatione summam colligi faciant praetaxatam et Papae assignent inter catholicos praedictos distribuendam. Dat. ut supra (Laterani V. Idus Ianuarii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 147. fol. 27; Mss. Vall. I. 53; Rodenberg Ep. Sel. 190. n. 265.* — « ATTENDENTES GRAVAMINA QVE. »

5264. — *Laterani 9 Ianuarii.*

« (Alberto) episcopo Brixiensi. » Revocans concessionem ab ipso episcopo factam G. de Gambara Brixiensi canonico quoad integram praebendam vicedecanatus ecclesiae Brixiensis, quum idem G. huiusmodi gratia multipliciter reddiderit se indignum, et ipsum minus favorabilem reddat suorum malitia propinquorum qui nuper favorem haereticis contra catholicos pro viribus impenderunt, mandat ut iuxta statutum quod per Apostolicam Sedem fuit confirmatum, ille qui gerit officium vicedecanatus de bonis episcopi decem libras imperialium et duo plaustra foeni percipere debeat annuatim. Laterani V Idus Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 148. fol. 27; Mss. Vall. I. 53.* — « PETITIO TVA NOBIS. »

5265. — *Laterani 9 Ianuarii.*

« (Venturae) episcopo Ariminensi. » Transmisso (Guilielmo) Mutinensi episcopo ad partes Prutenorum, qui simul cum (Alberto) Brixiensi episcopo curam habebat extirpandi haereticam pravitatem in provincia Lombardiae, ipsum subrogat, eique mandat ut ad civitatem Brixiensem, ubi multa imminent facienda, ire non differat, et per Bononiensem et Parmensem transiens civitates praecipiat eorum potestatibus ut sine dilatione ipsarum regimen dimittant ab eis contra inhibitionem eisdem factam receptum: quod nisi fecerint, in potestatem et consiliarios excommunicationis et in civitates ipsas interdicti sententias promulget. Laterani V. Idus Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 149. fol. 27; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 47 (fragm.); Savioli Ann. Bologn. III. II. 57; Potthast 633. n. 7346; Rodenberg Ep. Sel. 191. n. 266.* — « GERENTES DE ZELO. »

5266. — *Laterani 10 Ianuarii.*

« Magistro et fratribus Milicie Templi. » Anteradensi episcopo conquerente, eos arguit quod multipliciter ipsius episcopi et ecclesiae suae iura in civitate Anteradensi usurpent, eisque mandat ut super omnibus episcopo et ecclesiae memoratis taliter satisfacere procurent quod eis nulla remaneat materia conquerendi, alioquin a Tyrensi et Caesariensi archiepiscopis et episcopo Acconensi per censuras ecclesiasticas compellentur. Laterani IIII. Idus Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 151. fol. 27.* — « QVOTIENS EA NOSTRO. »

In eundem modum illis scriptum est, verbis competenter mutatis.

5267. — *Laterani 11 Ianuarii.*

« Capitulo Cathalaunensi. » Quum Cathalaunensis episcopus quinque frumenti modios

in redditibus minagii et molendinorum suorum nec non liberum furnerium qui panem faciat ex eisdem distribuendum inter canonicos eis liberaliter donaverit, hanc donationem confirmat. Laterani III. Idus Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 140. fol. 25*; *Horoy H-i opp. omn. IV. 764. n. 62 ex mss. du Theil.* — « Ivstis petentivm. »

5268. — *Laterani 11 Ianuarii.*

« (Guilielmo) episcopo Cathalaunensi. » Declarat litteras Apostolicas super provisione praebendarum in ecclesia Cathalaunensi non valere nisi pro receptione duorum, alias litteras super hoc a Sede Apostolica obtentas iure omnino carentes, executoribus deputatis archidiacono, cantore et magistro Rog. canonico Tullensibus; quare canonicationem de Rog. filio Isembruni clerico revocat, eisdemque rationibus revocat etiam litteras Apostolicas pro Iohanne clerico canonicando in ecclesia praedicta ab abbate sancti Vincentii et coniudicibus suis impetratas. Laterani III. Idus Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 141. fol. 25.* — « Ea qve de mandato. »

5269. — *Laterani 11 Ianuarii.*

« Sancti Victoris Parisiensi, et Augensi, Rothomagensis diocesis abbatibus et priori sancti Victoris Parisiensis. » Vt iuxta decretum concilii generalis de triennio in triennium celebrent apud sanctum Victorem commune capitulum more solito. Laterani III. Idus Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 143. fol. 26; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Habentes lvmbos precinctos. »

5270. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« Baronibus, militibus, omnibusque Latinis in Romanie imperio ultra Macram consistentibus. » Narrat se ad eorum defensionem corroboravisse Vilelmum marchionem Montisferrati, qui desiderio prosequendi iustitiam D(emetrii) regis Thesalonicensis fratris sui aspirat, eique ministravisse in non modica quantitate pecuniam et viros strenuos de provinciis circumstantibus, et statuisse ut ecclesiastici omnes ipsius imperii ultra Macram tam Graeci quam Latini quartam partem omnium proventuum suorum episcopis Salimbriensi, Galipolensi et Spigacensi et nobilibus viris Gaufrido de Mainri, Narioto et Marino fratri archidiaconi Constantinopolitani pro utilitate eiusdem imperii assignent, et ad ipsius marchionis ingressum imperator CP. in hostes erumpat: quare hortatur eos ut contra haereticos et excommunicatos viriliter insurgant et decertent, quare indulgentias eisdem concedit. Laterani Idibus Ianuarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 153. fol. 28; Mss. Vall. I. 53.* — « Ea qve facimvs. »

5271. — *Laterani 16 Ianuarii.*

« (Roberto) episcopo Vesprimiensi. » Sententiam quam abbas et prior sancti Gothardi et praepositus Geuriensis pro eo contra Obusc de Vrustin Omnium Sanctorum, Widus de Hruat (*Potth.* Vitris de Horvàth), sancti Martini et alios ecclesiarum de Zala presbyteros protulerunt, super obedientia et reverentia ab eis ipsi tamquam dioecesano suo debita exhibenda, confirmat. Laterani XVII. Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 142. fol. 26; Fejèr Cod. dipl. III. II. 15; Theiner Mon. Hung. I. 52. n. 111. (18 Ianr.); Potthast 634. n. 7347; Horoy H-i opp. omn. IV. 764. n. 63.* — « Ea qve ivdicio. »

5272. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Priori et fratribus Hospitalis Ierosolimitani de Francia. » Quum Lodowicus rex Francorum pro salute animae Philippi regis Francorum genitoris sui aliorumque progenitorum suorum, eorum Hospitali de Corbolio quinquaginta modios bladi ad mensuram Corboliensem, medietatem videlicet

frumenti et medietatem avenae, in perpetuam contulerit helemosinam annuatim percipiendos in minagio de Corbolio, huiusmodi donationem confirmat. Laterani XVI. Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 150. fol. 27; Horoy H-i opp. omn. IV. 765. n. 64 ex mss. du Theil.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

5273. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Nobilibus viris et omnibus conciliis per Palentinam diocesim constitutis. » Ordinationem F. regis Castellae et episcopi Palentini pro reformando studio a cl. mem. Al. rege Castellae in civitate Palentiae instituto, ut quarta tertiarum cuiuslibet ecclesiae dioecesis Palentinae deputetur ad fabricam et pro magistrorum salario, ad alium quinquennium prorogat. Laterani XVI. Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 227. fol. 40; Mss. Vallicell. I. 53.* — « OLIM KARISSIMVS IN. »

5274. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« (Petro) episcopo Massiliensi. » Ad preces Anselmae patronae ecclesiae beatae Mariae de Arenc, quae ecclesiam ipsam bonis vult propriis dotare, concedit ut instituere ibi possit unam de antiquis religionibus, matricis ecclesiae et cuiuslibet alterius iure salvo. Laterani XV. Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 139. fol. 25; Mss. Vall. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 766. n. 65 ex mss. du Theil.* — « POSTVLAVIT A NOBIS. »

5275. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« (Galtero) archiepiscopo Senonensi et suffraganeis eius. » Vt nuntiis Hospitalis sancti Bernardi Montis Iovis, in quo magna humanitatis solatia tam sanis quam infirmis, tam divitibus quam pauperibus iugiter exhibentur, litteras singuli per suas dioeceses concedant, eorum subditos exhortando ut exponant populo litteras Apostolicas per quas fideles Senonensis provinciae ad subveniendum eidem Hospitali exhortantur, et ad quaerendas helemosinas in ecclesiis suis praedictos nuntios benigne recipiant. Laterani XV. Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 152. fol. 28; Horoy H-i opp. omn. IV. 777. n. 74 ex mss. du Theil.* — « ATTENDENTES HVMANITATIS SOLATIA. »

5276. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« Archidiacono et archipresbytero Senensibus. » Iniungant episcopo Pistoriensi et abbati sancti Antimi, qui monasterium sancti Thomae Pistoriensis ipsi episcopo dicitur vendidisse, ut idem episcopus per se vel per procuratorem idoneum, abbas vero personaliter secunda dominica quadragesimae cum omnibus instrumentis venditionis coram Pontifice compareant, et fratres dicti monasterii sancti Thomae duos ex se eodem termino ad Pontificem pariter mittant, ut fieri possit quod de iure fuerit faciendum. Laterani XV. Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 221. fol 39.* — « SI EA QVE DE. »

5277. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Imperatori Constantinopolitano illustri. » Narrat Pontifex quomodo ipse sollicitus pro eo aliisque Latinis in Romaniae imperio constitutis, disposuerit ut W(ilelmus) marchio Montis Ferrati ad praedicti imperii succursum accedat, et statuerit ut medietas mobilium omnium clericorum et religiosorum consistentium in ipso imperio' citra Macram marchioni praedicto, quartam vero mobilium eorum qui ultra Macram consistunt ad ipsius imperii subsidium conferatur, ut ad eiusdem marchionis ingressum ipse quoque, habitis subsidiis opportunis, in hostes viriliter et potenter erumpere possit: quare eum monet, efficiat ut subditi sui una cum eo huiusmodi negotium assumant, quod hostibus utrobique contritis brevis

temporis labor longam ei et toti imperio pacem comparabit. Laterani X. Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 217. fol. 38; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 9.* — « VSQVE ADEO SVMVS. »

5278. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint. » Instante Parisiensi episcopo, mandat ut librum intitulatum *Parifisis* (auctore Iohanne Scoto Erigena), totum scatentem vermibus haereticae pravitatis, ab archiepiscopo Senonensi et suffraganeis suis in provinciali concilio reprobatum, sollicite perquirant, et ubicumque ipsum vel partem eius inveniri contigerit ad Papam, si secure fieri poterit, sine dilatione mittant, alioquin ipsi publice eundem comburant. Laterani X. Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 222. fol. 39; Mss. Vall. I. 53; Alberici Trium Font. chron. ad a. 1225. ap. Leibnit. Access. II. 514, non integra; repetita ap. Mansi Concil. XXII. 1211; Potthast 634. n. 7348; Horoy H-i opp. omn. IV. 769. n. 67 (28 Ianr.).* — « INIMICVS HOMO ZIZANIA. »

In eundem modum scriptum est archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum prelatis per regnum Anglie constitutis. — *Reg. Vat. l. c.*

5279. — *Laterani 27 Ianuarii.*

« (Matthaeo) patriarche Constantinopolitano. » Licet ipse, ut ceteri, teneatur Papae mandato, quod suo consilio et assensu eo praesente emanavit, ut videlicet omnes ei praelati et subditi ultra Macram quartam partem mobilium et decimam proventuum persolvant in subsidium imperii Romaniae, tamen indulget ut per Salimbriensem, Galipolensem et Spigacensem episcopos et alios qui ad hoc sunt deputati, ipse cogi non possit. Laterani VI. Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 154. fol. 28; Mss. Vall. I. 53.* — « CVM TE PRESENTE. »

5280. — *Laterani 27 Ianuarii.*

« Priori et canonicis ecclesie sancti Gervasii de Fos. » Vnionem ecclesiarum sancti Salvatoris de Fos eorum ecclesiae ab Hugone Arelatensi archiepiscopo dioecesano loci de sui capituli assensu factam confirmat. Laterani VI. Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 159. fol. 29.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

5281. — *Laterani 27 Ianuarii.*

« Episcopo Liviensi. » Vt electionem M. in abbatem monasterii sancti Ambrosii de Rancla, quod ad Sedem Apostolicam nullo medio pertinet, examinet, et si de persona idonea et canonice eam factam invenerit, confirmet. Lat. VI. Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 216. fol. 38.* — « DILECTI FILII CONVENTVS. »

5282. — *Laterani 28 Ianuarii.*

« Sancte Marie de Luiriaco abbati, sancti Germani de Pratis, et sancte Marie de Luiriaco prioribus Parisiensis diocesis. » Vt abbatissae et conventui Kalensibus absolutionem ad cautelam impertiantur, eo quod metuunt sententiam excommunicationis se incurrisse, quia in eorum monasterium aliquas moniales ultra octogenarium numerum admiserunt contra decretum ab abbate beati Dionisii et eius collegis auctoritate I(nnocentii) Romani Pontificis editum. Laterani V. Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 156. fol. 28.* — « LECTA IN AVDITORIO. »

5283. — *Laterani 28 Ianuarii.*

« (Bartholomaeo) episcopo Parisiensi. » Eius supplicationibus annuens, indulget ut circa dioecesis suae clericos, quos excommunicatos vel suspensos invenerit celebrasse, quum ipsi eos ab huiusmodi excommunica-

tionis ac suspensionis sententiis constiterit esse absolutos, iniuncta eis poenitentia salutari, faciat super eo quod taliter celebrarunt prout saluti animarum suarum viderit expedire, nisi tales merito propter hoc viderit ad Romanam Ecclesiam transmittendos. Laterani V. Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. ep. 219. fol. 38; Horoy H-i opp. omn. IV. 770. n. 68 ex mss. du Theil.* — « MERITVM TVE DEVOTIONIS. »

5284. — *Laterani 28 Ianuarii.*

Archiepiscopos, episcopos et universos ecclesiarum praelatos per regnum Franciae constitutos rogat, ut ad opus sedis apostolicae in singulis cathedralibus ecclesiis et aliis praebendalibus singulas praebendas reservent, et interim, donec id fiat, competentes in eis redditus assignent. Laterani V. Kal. Februarii anno nono. — *Martene Thes. anecd. I. 929; Mansi Concil. XXII. 1217 et Suppl. II. 922; Bouquet Rec. XIX. 763; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 409. n. 75; Potthast 634. n. 7349; Horoy H-i opp. omn. IV. 766. n. 66.* — « SVPER MVROS IERVSALEM. »

5285. — *Laterani 28 Ianuarii.*

Archiepiscopos et episcopos et universos ecclesiarum praelatos per regnum Angliae constitutos rogat et hortatur, ut ad opus sedis apostolicae in singulis cathedralibus ecclesiis et aliis praebendalibus praebendas singulas reservent, et interim, donec id fiat, competentes in eisdem redditus assignent. Laterani V. Kal. Februarii anno nono. — *Wilkins Concil. I. 558; Potthast 634. n. 7350.* — « SVPER MVROS IERVSALEM. »

5286. — *Laterani 29 Ianuarii.*

« (Petro) Ruthienensi episcopo. » Mandat ei ut ecclesiis suae dioecesis, quae ad abbates, priores et alios religiosos non pertinent pleno iure, de saecularibus clericis iuxta antiquam consuetudinem hactenus approbatam, constitutione aliqua illicita non obstante, per eos ad quos ecclesiae ipsae pertinent, provideri faciat. Laterani IIII. Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 155. fol. 28.* — « EX PARTE TVE. »

5287. — *Laterani 29 Ianuarii.*

« (Roberto) episcopo Vesprimiensi. » Concedit ut praebendas canonicorum suae ecclesiae, quae modo sunt valde exiles, augmentare possit annectendo imperpetuum eisdem capellas quae ante concilium generale canonici ad eorum substentationem obtinebant, reservata congrua singularum capellarum presbyteris portione. Laterani IIII. Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 157. fol. 29; Fejér Cod. dipl. III. II. 16; Theiner Mon. Hung. I. 53. n. 112; inter Decretal. H-i III. lib. 3. tit. 4.* De praeb. *c. 3. ed. Ciron. 188 ; mutila inter Decretal. Greg. IX. lib. 3. tit. 5* De praeb. *c. 33. ap. Boehmer Corp. II. 444 (an. 1222); ap. Richter Corp. II. 463; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. III. tit. V. c. XXXIII. p. 479; Potthast 634. n. 7351.* — « EXPOSVISTI NOBIS IN. »

5288. — *Laterani 29 Ianuarii.*

« R. archidiacono, officiali, et Gotifrido canonico Cathalaunensibus. » Quum abbatissa et conventus de Avenaio Remensis dioecesis, non obstante Papae mandato, praebendam in ecclesia sancti Petri de Avenaio D. clerico Cathalaunensis dioecesis conferre recusaverint, et contra inhibitionem cantoris Cathalaunensis et collegarum eius concesserint eam magistro Lamberto clerico de Marolio, mandat ut, firma remanente provisione eiusdem magistri, praefatus clericus instituatur canonicus ecclesiae memoratae et habeat sicut canonicus stallum in choro et in capitulo vocem, eique abbatissa et conventus valorem fructuum unius praebendae annuatim assignent, quousque praebendam ipse non fuerit assecutus: hii autem huiusmodi provisionem inviolabiliter observari faciant. Dat. ut supra (Laterani IIII.

Kal. Februarii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 158. fol. 29.* — « Cvm abbatisse et. »

5289. — *Laterani 29 Ianuarii.*

« Archiepiscopo Compostellano. » Attenta eius meritorum eminentia, et pro beati Iacobi apostoli reverentia, cuius meruit ecclesia sua sacratissimum corpus habere, annuit ei, ut in sua dioecesi eos, qui pro levi manuum iniectione in canonem inciderunt sententiae promulgatae, absolvere possit. Laterani IIII. Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 160. fol. 29.* — « Tve devotionis sinceritas. »

5290. — *Laterani 29 Ianuarii.*

« Eidem (Bartholomaeo Parisiensi episcopo). » Eius supplicationibus annuens indulget, ut obiectu frivolae appellationis non obstante, subditorum suorum possit excessus corrigere. Lat. IIII. Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 202. fol. 36; Horoy H-i opp. omn. IV. 771. n. 70 ex mss. du Theil.* — « Qvia sepe svbiecti. »

5291. — *Laterani 29 Ianuarii.*

« Eidem (Parisiensi episcopo). » Quum ipse apud Sedem Apostolicam per manus Pontificis fuerit in episcopum consecratus, mandat ei ut nihil solvat decano et capitulo Senonensibus de pecunia et aliis praestationibus quas consueverant ab episcopis Senone consecratis exigere, super quibus ipsi coram Senonensi archiepiscopo metropolitano suo eum convenerant. Dat. ut supra (Laterani IIII. Kal. Februarii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 203. fol. 36; Horoy l. c. 771. n. 69 (28 Ianr.) ex mss. du Theil.* — « Ex parte tva. »

5292. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« (Tello) episcopo Palentino. » Concedit ut subditos suos, qui pro violenta manuum iniectione vel fraude commissa in vicesima excommunicationis sententiam incurrerunt, absolvere possit, proviso ut qui fraudem in vicesima commiserunt, prius congruam satisfactionem impendant. Laterani III. Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 218. fol. 38.* — « Petitiones tvas qvibvs. »

5293. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« Dilecto filio nobili viro A. germano venerabilis fratris nostri (Hugolini) episcopi Ostiensis. » Concedit ei facultatem aedificandi capellam pro Fratribus Minoribus in proprio fundo quod Ecclesiae Romanae obtulit *(non exprimitur locus)*, quae capella annuum censum unius librae cerae Camerae Apostolicae solvet. Laterani II. Kal. Februarii anno nono. — *Archiv. Basil. Lateranensis Q. 1. C. 20. original. cum sigillo plumbeo.* — « Vota qve pietatem. »

5294. — *Laterani 1 Februarii.*

« A(ndreae) illustri regi Vngarie. » Abbate et conventu monasterii sancti Martini de Pannonia supplicantibus, eum hortatur, faciat, ut mons Quizin (*Potth.* Quisin, *Thein.* Quizin) [Gissing] cum ecclesia, quam Walfer comes construxerat et assensu G(eizae) regis Vngariae avi sui praedicto monasterio concesserat, et abbas eiusdem conventum instituit, et deinde B(ela) rex pater eius, remotis inde personis, cum eodem monte sibi pro munitione receperat, restituatur praefatis monachis a Demetrio comite, qui eundem montem cum ecclesia ex regia, ut dicit, donatione detinet, et etiam alia bona, quae ab ipso Demetrio comite, a comite de Brundug et a Fabiano milite detinentur, praedicto monasterio restitui faciat. Laterani Kal. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 164. fol. 30-31; Mss. Vall. I. 53; Fejér Cod. dipl. III. II. 17; Theiner Mon. Hung. I. 53. n. 113;* non integra ap. *Fuxhoffer Monast. (ed. 2) I. 244; Potthast 634. n. 7352; Horoy H-i opp. omn. IV. 772. n. 71.* — « Et si debeas vt. »

5295. — *Laterani 3 Februarii.*

« Archiepiscopis, et episcopis, abbatibus, prepositis, ac aliarum ecclesiarum prelatis atque rectoribus per regnum Anglie constitutis. » Vt pro (Henrico) rege Anglorum in necessitatibus constituto congruae fiant in singulis dioecesibus collectae. Laterani III. Non. Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 166. fol. 31; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Mansi Concil. XXIII. 15; Potthast 634. n. 7353; Horoy H-i opp. omn. IV. 773. n. 72.* — « CVM ECCLESIA SECVLARIVM. »

5296. — *Laterani 3 Februarii.*

« S(tephano) Cantuariensi archiepiscopo sancte Romane Ecclesie Cardinali. » Insinuante Henrico rege Anglorum, mandat ut super antiqua consuetudine regni Angliae, videlicet ut iuramenta in causarum decisionibus necessaria a principio septuagesimae usque ad octavam Paschae et a principio Adventus usque ad Natale Domini non praestentur, in provincia sua, pensatis circumstantiis, prout viderit expedire provideat. Dat. ut supra (Laterani III. Non. Februarii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 167. fol. 31; Musaeum Brit. add. mss. 15352; Shirley Royal letters I. 545. n. 21; Potthast Append. 2095. n. 7353a-26128.* — « CARISSIMVS IN CHRISTO. »

In eundem modum scriptum est (Waltero) archiepiscopo Eboracensi. — *Reg. Vat. l. c.; Potth. l. c.*

5297. — *Laterani 4 Februarii.*

« Alboino monasterii sancti Ylarii quod in Carcassonensi diocesi situm est, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Eorum monasterium, in quo ordo monasticus secundum beati Benedicti regulam observatur, sub protectione recipit, possessiones, iura et privilegia eiusdem enumerat et confirmat. Laterani per manum magistri Guidonis dñi PP. notarii II. Non. Februarii Indictione XIII. Incarnationis dominice anno MCCXXIIII (*sic*) Pontificatus vero dñi Honorii PP. III. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 161. fol. 29; Mahul Cartul. V. 71; Potthast 634. n. 7356 (5 Febr. et incipit:* Vestris iustis); *item Horoy H-i opp. omn. IV. 778. n. 75.* — « PIE POSTVLATIO VOLVNTATIS. »

5298. — *Laterani 4 Februarii.*

« (Briccio) episcopo Waciensi, et Waradiensi et de Feldwar abbatibus Quinqueecclesiensis diocesis. » Eos hortatur, moneant (Demetrium comitem, comitem de Brudug et Fabianum militem) ut restituant monasterio sancti Martini de Pannonia bona quae ipsi detinent, et Andream regem Vngariae efficaciter inducant ad dictam restitutionem procurandam. Laterani II. Nonas Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 165. fol. 31; Mss. Vall. I. 53; Fejér Cod. dipl. III. II. 19; Theiner Mon. Hung. I. 54. n. 114; Potthast 634. n. 7354.* — « ET SI CARISSIMVS IN. »

5299. — *Laterani 4 Februarii.*

Ecclesiam s. Laurentii Florentinam, priore eiusque fratribus petentibus, sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Laterani II. Non. Februarii Indict. XLV(!) Incarn. dom. n. 1225 pont. anno nono. — *Lami Eccl. Florent. mon. II. 936; Potthast 634. n. 7355; Horoy H-i opp. omn. IV. 774. n. 73.* — « PIE POSTVLATIO VOLVNTATIS. »

5300. — *Laterani 5 Februarii.*

« (Mauritio) episcopo et capitulo Burgensibus. » Iterum eis mandat, ut in alia epistola quam eisdem scripsit mense Decembrio (vid. n. 5211), ut in canonicum in eorum ecclesia recipiant I. clericum Nicolai Iudicis Vrbis eique praebendam conferant, alioquin Oxomensi (*al.* Ocximensi) episcopo dat litteris in man-

datis ut eos per censuras ecclesiasticas compellat. Lat. Nonis Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 195. fol. 35.* — « CVM VOBIS PRO. »

In eundem modum (Melendo) Oxomensi episcopo ut eos ad id auctoritate apostolica compellat.

5301. — *Laterani 6 Februarii.*

« Decano, cantori, et magistro Wilelmo de valle Rodolii canonico Ebroicensibus. » Quum R. quondam abbas monasterii de Bernaco, referentibus archiepiscopo Rothomagensi et suffraganeis eius, nec non abbate sancti Victoris Parisiensi et collegis suis, quibus provisionem eiusdem monasterii commiserat, plura bona ad valorem annui redditus quingentarum librarum Turonensium alienaverit et funda multa in gravem laesionem concesserit, mandat eis ut quae invenerint alienata ad proprietatem ipsius monasterii revocent. Laterani VIII. Idus Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 182. fol. 34.* — « PER LITTERAS VENERABILIS. »

5302. — *Laterani 11 Februarii.*

« Priori et conventui ecclesie sancti Georgii in Braida Veronensis. » Regulam ecclesiae sanctae Mariae in Portu Ravennati, quam ipsi dicunt se suscepisse et diu in eorum ecclesia observatam, quae plura continet de regula sanctorum patrum Benedicti et Augustini, prout ex relatione (Nicolai) Tusculani episcopi, cui ipsam commisit inspiciendam, in aliquo tantum articulo correctam circa usum carnium confirmat. Laterani III. Idus Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 172. fol. 32; Biancolini Chiese di Verona V. II. 157; Potthast 634. n. 7357.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

5303. — *Laterani 12 Februarii.*

« Archiepiscopis et episcopis abbatibus prioribus ac aliis ecclesiarum prelatis presentes litteras inspecturis. » Significat se R(omanum) sancti Angeli diaconum cardinalem Apost. Sedis Legatum pro magnis arduisque negotiis in Franciam et Provinciam destinasse, eisque mandat ut eum tamquam unam de columpnis ecclesiae recipientes, hilariter et honorifice pertractent et in securo conducto et aliis necessariis eidem provideant. Laterani II. Idus Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 176. fol. 33; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 29; meminit huius epist. Horoy H-i opp. omn. IV. 786. n. 79.* — « CVM OMNIA NOBIS. »

5304. — *Laterani 12 Februarii.*

« Nobilibus viris G(aufrido) de Villa Arduini principi Achaie, et O(ctoni) de Rocca domino Athenarum, ac universis baronibus, aliisque Latinis in imperio Romanie constitutis. » Eorum animos pro captione civitatis Thesalonicensis concussos erigit: mittit ad eorum succursum Wilelmum marchionem Montisferrati, et cum ipso Nicolaum episcopum Reginum cum plenae legationis officio ad eos destinat. Laterani II. Idus Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 295. fol. 54.* — « VIRTVTIS EST PROFICERE. »

In eundem modum no. vi. duci et populo Venetorum ut dicto marchioni succurrant ita viriliter et potenter, quod regni Thesalonicensis recuperatio et per consequens corroboratio status totius imperii ac preparatio subsidii Terre Sancte eorum magnificentie principaliter adscribatur.

5305. — *Laterani 13 Februarii.*

« Ducibus, comitibus, baronibus nec non rectoribus et communitatibus civitatum et castrorum in regno Francie ac in Provincia et in Tarentasiensi, Bisuntina, Ebredunensi, Aquensi, Arelatensi et Viennensi provinciis constitutis. » Nuntiat se R(omanum) sancti Angeli diaconum Cardinalem morum et generis nobilitate conspicuum in Franciam et in Provinciam cum plenae legationis officio des-

tinare, eisque mandat ut eum honorifice recipiant et ei fideliter ac efficaciter assistant. Laterani Idibus Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 177. fol. 33; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 29; Teulet Layettes II. 47. n. 1693; Potthast 634. n. 7358; meminit huius epist. Horoy H-i opp. omn. IV. 786. n. 79.* — « CVM NEGOTIA QVE. »

5306. — *Laterani 13 Februarii.*

« Eidem (Romano sancti Angeli diacono Cardinali Apost. Sedis Legato). » Mandat ei ut praelatorum electionibus, quas in Provincia, ipso ibi existente, contigerit celebrari, intersit, ipsaeque electiones cum suo semper consilio celebrentur. Laterani Idibus Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 180. fol. 34; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 29; Horoy H-i opp. omn. IV. 780. n. 76 ex mss. du Theil.* — « QVIA QVANTO CORRVPTIOR. »

5307. — *Laterani 13 Februarii.*

« Episcopo et capitulo Salamantinis. » Statutum ab ipsis factum, ut nullus qui ad personalem in aliis ecclesiis residentiam tenetur, nisi prius resignet beneficium e quo ad praedictam tenetur residentiam, in eorum ecclesia admittatur, confirmat. Laterani Idibus Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 215. fol. 38.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

5308. — *Laterani 13 Februarii.*

« Archiepiscopis et episcopis, abbatibus ac aliis ecclesiarum prelatis in imperio Romanie citra Macram constitutis. » Confortat eos ne concidant ob captionem Thesalonicensis civitatis, quia sperandum est quod divina potentia catholicis prevalere schismaticos non permittat, et ad eorum subventionem mittit Wilelmum marchionem Montisferrati, cui non parum succursum pecuniae ministravit, et insuper, ut persona sit in eorum partibus quae vice Pontificis Latinorum animos corroboret et animet, Nicolaum episcopum Reginum, virum generis et animi nobilitate praeclarum, cum plenae legationis officio cum ipso marchione illuc destinavit, cuius monitis et mandatis intendant et obediant. Laterani Idibus Februarii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 295. fol. 53; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 9.* — « VIRTVTIS EST PROFICERE. »

5309. — *Laterani 13 Februarii.*

(Thomae?) Strigoniensi et (Vgrino) Colocensi archiepiscopis, postquam mores Benedictorum in Hungaria commorantium ab instituto suo degeneres allegorice perstrinxit, significat, se curationis causa abbatibus de Warad et de Wulch Quinqueeccles. et Chanadiens. dioç. dedisse in mandatis ut apud monasterium de Moducha Colocens. dioc. convocent capitulum, abbates prioresque Strigoniensis et Colocensis provinciarum venire ad illud per censuram ecclesiasticam compellant et, advocatis charitative duobus Cisterciensis ordinis vicinis abbatibus, procedant in celebratione capituli etc. Mandat eis, ut monasteriorum suorum rectores, quos visitatores praedicti denunciaverint removendos, sublato cuiuslibet contradictionis obstaculo, amoveant. Laterani Idibus Februarii anno nono. — *Fejér Cod. dipl. III. II. 19; Potthast 635. n. 7359.* — « SAPIENTIA QVAE EX. »

5310. — *Laterani 14 Februarii.*

« H(ugoni) Arelatensi archiepiscopo. » Ecclesiam castri de Sellōn a praeposito et capitulo Arelatensibus ad sublevandas suas et archiepiscopi necessitates in personale ei beneficium concessam confirmat. Laterani XVI. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 170. fol. 32; Horoy H-i opp. omn. IV. 781. n. 77 (14 Febr.) ex mss. du Theil.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

5311. — *Laterani 15 Februarii.*

« Iō. Romañ canonico Eboracensi. » Quum de legitimitate sua, quia de utroque parente

in tenella aetate orbato, sibi plenarie non constet, attento eius probitatis merito, decernit ut quodcumque sit suorum defectum natalium, legitimus habeatur. Laterani XV. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 171. fol. 32; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* « CVM A PVERO. »

5312. — *Laterani 15 Februarii.*

« (Andreae) illustri regi Vngarie. » Ait se magistrum F. custodem Orodiensem clericum et procuratorem suum cum serenitatis suae litteris benigne recepisse, et regias petitiones quantum cum Domino poterit esse exauditurum, ipsumque magistrum pro sollicitudine quam circa sua negotia promovenda exhibuit, commendat. Laterani XV. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 173. fol. 33; Fejér Cod. dipl. III. 11. 27; Theiner Mon. Hung. I. 54. n. 115; Potthast 635. n. 7362; Horoy H-i opp. omn. IV. 786. n. 80.* — « DILECTVM FILIVM MAGISTRVM. »

5313. — *Laterani 15 Februarii.*

« Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelatis in regno Francie ac in Provincia constitutis, et Tarentasiensi, et Bisuntino, Ebredunensi, Aquensi, Arelatensi, et Viennensi archiepiscopis, et eorum suffraganeis, nec non abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis consistentibus in diocesibus eorumdem. » Ad succurrendum fidei rebus in Narbonensi provincia, cuius miserabilis status describitur, et pro qua multum fuerat a Papa laboratum, et pro aliis negotiis cum Lodowico rege Francorum et in regno eius pertractandis, illuc R(omanum) sancti Angeli diaconum Cardinalem moribus et nobilitate praeclarum cum officio legationis destinat, eisque praecipit ut eum devote et humiliter recipiant, eiusque monita et mandata observent. Laterani XV. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 175. fol. 33; Mss. Vallicell. I. 53;* fragm. ap. *Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 28-29; Bouquet Rec. XIX. 764; Teulet Layettes II. 47. n. 1694 (14 Febr.); Potthast 635. n. 7360; Horoy H-i opp. omn. IV. 781. n. 78.* — « MIRABILES ELATIONES MARIS. »

5314. — *Laterani 15 Februarii.*

« Lodowico regi Francorum. » Vrgente multiplicium negotiorum necessitate, mittit in ipsius regnum et circumstantes partes R(omanum) sancti Angeli diaconum Cardinalem cum legationis officio, eumque hortatur ut ei dignam honorificentiam exhibeat eiusque salubribus monitis et consiliis intendat. Laterani XV. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 178. fol. 34; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 29; Bouquet Rec. XIX. 766; Potthast 635. n. 7361; Horoy H-i opp. omn. IV. 785. n. 79.* — « INTER CETEROS FRATRES. »

5315. — *Laterani 15 Februarii.*

« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apostolice Sedis Legato. » Potestatem ei concedit absolvendi illos qui pro violenta iniectione manuum seu pro commissis incendiis in canonem inciderunt, et dispensandi cum illis qui excommunicati vel interdicti receperunt ordines vel divina officia celebrarunt, nec non cum illis qui contra prohibitionem Apostolicam saecularium legum studio vacaverunt, et conferendi dignitates et beneficia quae tanto vacaverunt tempore quod eorum donatio ad Papam sit devoluta. Dat. ut supra (Laterani XV. Kal. Martii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 179. fol. 34; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 29; Horoy H-i opp. omn. IV. 794. n. 90 (25 Febr.).* — « VT ET TVAM HONOREMVS. »

5316. — *Laterani 15 Februarii.*

« (Guilielmo) Burdegalensi archiepiscopo. » Circa absolutionem ab eo petitam

pro quibusdam sacerdotibus dioecesana ei lege subiectis, qui, contra excommunicationem ab eo in plena sinodo in presbyteros concubinarios promulgatam, tenentes in suis domibus publice concubinas officia celebravere divina et ecclesiastica beneficia receperunt, committit ei ut statuat circa ipsos quod saluti animarum ipsorum viderit expedire. Laterani XV. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 220. fol. 39; Horoy H-i opp. omn. IV. 787. n. 81 ex mss. du Theil.* — « A NOBIS TVA FRATERNITAS. »

5317. — *Laterani 15 Februarii.*

S. Andreae Frisingae capitulo terras et possessiones suas confirmat. Laterani XV. Kal. Martii anno nono. — *Lang Regesta II. 150; cf. Potthast 635. n. 7363.*

5318. — *Laterani 16 Februarii.*

« Preposito et capitulo de Gisalba. » Eos sub protectione recipit, specialiter autem ecclesiam sancti Martini de Spissa cum pertinentiis suis a Pergamensi episcopo cum sui capituli consensu eis concessam, et nonum canonicorum numerum ipsi ecclesiae ab eodem episcopo taxatum, confirmat. Lat. XIIII. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 174. fol. 33.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

5319. — *Laterani 17 Februarii.*

« (Tello) episcopo et capitulo Palentinis. » Non obstante promissione facta ab ipso episcopo et iuramento praestito a capitulo non ampliandi in eorum ecclesia numerum sexaginta canonicorum et duodecim portionariorum qui ab antiquo extat, indulget eis ut ecclesiam ipsam prout eis expedire videbitur ordinare possint. Laterani XIII. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. ep. 224. fol. 39.* — « SIGNIFICASTIS NOBIS QVOD. »

5320. — *Laterani 17 Februarii.*

Berardo praeposito ac cunctis canonicis ecclesiae s. Iuvenalis Narniensis petentibus, eorum ecclesiam sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim enumerata, iura ac privilegia confirmat. Laterani XIII. Kal. Mart. ind. XIII. incarn. dom. an. 1224. pont. anno nono. — *Bucciarellus Cathedr. Narniens. eccl. 18; Potthast 635. n. 7364.* — « CLERICI QVI IN. »

5321. — *Laterani 18 Februarii.*

« (Tello) episcopo Palentino. » Ad exemplar Innocentii Romani Pontificis statuit ut in ordinationibus ecclesiae Palentinae, quando vota canonicorum aequaliter dividantur, sententia eorum, appellatione remota, praevaleat cui secundum Dominum ipsius episcopi accesserit auctoritatis assensus. Laterani XII. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 181. fol. 34.* — « LICET IN LATERANENSI. »

5322. — *Laterani 18 Februarii.*

« Archiepiscopis, et episcopis, in quorum diocesibus monasteria et prioratus monasterio Fontis Ebraudi subiecta consistunt. » Abbatissa et conventu Fontis Ebraudi reclamantibus, mandat, ne quis eorum excommunicationis et interdicti sententias promulget in eos qui moliunt in molendinis vel coquunt in furnis earum, et in suis operibus iuvant eas, et census annuos eisdem reddunt, ac ecclesias suas intrant, quique vendendo seu emendo aut alias eis communicant, quum tales sententiae in fraudem privilegiorum Sedis Apostolicae eveniant. Laterani XII. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 212. fol. 37; La Mainferme Clypeus Fontebrald. ord. III. 39; Niquet Hist. de l'ordre de Fontevraud 279; Potthast 635. n. 7365 (sine initio).* — « QVANTO AMPLIVS ESSE. »

5323. — *Laterani 18 Februarii.*

« Abbati et conventui sancti Richarii. » Licet super subiectione eorum monasterii episcopo Ambianensi definitiva sententia ab

Apostolica Sede contra ipsum episcopum lata fuit, intellectis quae proposita fuerunt coram Silvanectensi episcopo et abbate Caroliloci Cisterciensis ordinis, in quos ab utraque parte extitit compromissum, Pontifex, ad quem negotium remissum fuit, mandat ut iuxta privilegium eisdem ab Alexandro PP. concessum, per quod sententia supradicta lata fuit, nec per eam ipsi extitit derogatum, petere et suscipere debeant ab eodem episcopo crisma et oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, nec non ordinationes monachorum vel clericorum qui ad sacros ordines sunt promovendi. Laterani XII. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 223. fol. 39.* — « QVANTA LIBERTATIS SITIS. »

Illis scriptum est super eodem.

5324. — *Laterani 20 Februarii.*

« Abbati et conventui sancti Dionisii Parisiensis. » Concedit eis ne archiepiscopi et episcopi et alii ecclesiarum praelati, quibus incumbit prioratus eorum ratione parrochiae visitare, ad grangias et alias eorumdem domos quae non collegiatae nec parrochiales existunt causa visitationis accedant, nec procurationes ab illis exigere praesumant. Laterani X. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 185. fol. 35; Doublet Hist. de l'abbaye de St. Denys 556; Potthast 635. n. 7366; Horoy H-i opp. omn. IV. 788. n. 82.* — « EX PARTE VESTRA. »

· **5325.** — *Laterani 20 Februarii.*

« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apost. Sedis Legato. » Ecclesiam sancti Stephani in Celio Monte ei ob curiae vicinitatem et commoditates alias utilem et idoneam concedit, ita ut quum ad sacerdotii gradum promovebitur illam habeat propriam, habiturus eandem interim commendatam. Dat. ut supra (Laterani X. Kal. Martii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. ep. 186. fol. 35.* — « CVM ECCLESIAM SANCTI. »

5326. — *Laterani 23 Februarii.*

« Abbati et conventui Case Dei Claromontensis diocesis. » Quum nobilis vir G. comes Forensis ex consilio Lugdunensis, Viennensis et Ebredunensis archiepiscoporum ecclesiam in honorem Dei et beatae Virginis fundaverit in fundo proprio parrochiae prioratus Saviniaci Lugdunensis dioecesis, eique redditus sufficientes pro tredecim canonicis institutis in ea de propriis facultatibus assignaverit: quum ipsi, ad quos spectat prioratus, in cuius parrochia ecclesia sita est, litteras Apostolicas ad abbatem sancti Genesii et eius coniudices impetraverint per quas dictum opus nituntur annullare: mandat eis ut cum praefatis comite et canonicis in arbitros concordent, qui cum ipso archiepiscopo Lugdunensi arbritrentur quid detrimenti dictus ex hoc prioratus incurrat, et iuxta illud provide taxent recompensationem eidem prioratui faciendam, eaque recepta, ab infestatione quiescant, scientes se mandavisse R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apost. Sedis Legato ut si ipsi contra Papae mandatum ecclesiam supradictam vexaverint, eos ab illius vexatione compescat. Laterani VII. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 282. fol. 51; Mss. Vallic. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 788. n. 83 ex mss. du Theil.* — « CVM SECVLARES VIRI. »

Reg. Vat. addit: In eundem modum scriptum est R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apost. Sedis Legato.

5327. — *Laterani 24 Februarii.*

« Sancti Petri de Valle, et de Iosaphat abbatibus, et cancellario Carnoten. » Petente Turonensi archiepiscopo, mandat ut causam quam ipse archiepiscopus habet cum clericis sancti Martini Turonensibus super abbatia de Bellomonte, quae a tempore Innocentii PP. (III) mota fuit, et nondum usque ad litis contestationem processum fuit, ipsi, salvis utriusque partis exceptionibus sibi competentibus, faciant

litem ipsam infra duos menses contestari, eamque decidant. Laterani VI. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 196. fol. 35; Horoy H-i opp. omn. IV. 790. n. 84 ex mss. Theil (24 Febr.).* — « SIGNIFICAVIT NOBIS VENERABILIS. »

5328. — *Laterani 25 Februarii.*

« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apost. Sedis Legato. » Causam inter (Guilielmum) Burdegalensem archiepiscopum ex una parte et (Girardum) Bituricensem archiepiscopum ex altera super turbatione possessionis primatiae, quam Bituricensis ecclesia in Burdegalensi archiepiscopo et in provincia sua dicitur obtinere, nec non super quibusdam damnis Bituricensi ecclesiae irrogatis, audiat et decernat. Laterani V. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 183. fol. 34; Bouquet Rec. XIX. 766; Potthast 635. n. 7367; Horoy H-i opp. omn. IV. 795. n. 92.* — « CITATVS VENERABILIS FRATER. »

5329. — *Laterani 25 Februarii.*

« (Guilielmo) Cathalaunensi episcopo. » Vt canonicos capituli sanctae Mariae de Vitriaco, cuius loci est dioecesanus, ad ordines sibi competentes recipiendos per subtractionem beneficiorum ipsius ecclesiae compellat. Laterani V. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 188. fol. 35; Horoy H-i opp. omn. IV. 793. n. 87 ex mss. du Theil.* — « DILECTI FILII CAPITVLVM. »

5330. — *Laterani 25 Februarii.*

« Iohanni (*Potth. leg.* E.) episcopo quondam Artfertensi. » Quum ipse episcopatum Artfertensem in manibus Papae cedendo, loco non ordini spontaneus resignaverit, concedit ei ut de dioecesanorum licentia pontificale possit officium exercere. Laterani V. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 190. fol. 35; Theiner Mon. Hib. 23. n. 57; Potthast 635. n. 7369; Horoy H-i opp. omn. IV. 792. n. 86.* — « CVM EPISCOPATVM ARTFERTENSEM. »

5331. — *Laterani 25 Februarii.*

« Suffraganeis Rothomagensis ecclesie. » Decernit ipsos legitime appellasse contra Rothomagensem archiepiscopum volentem compellere subditos eis abbates interesse provinciali concilio, et quod inquisitores, qui per concilium non fuerant ordinati, in concilio provinciali referrent quae invenerint in provincia corrigenda. Dat. ut supra (Laterani V. Kal. Martii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 191. fol. 35; Horoy H-i opp. omn. IV. 793. n. 88. ex mss. du Theil.* — « VOLENTE VENERABILI FRATRE. »

5332. — *Laterani 25 Februarii.*

« (Guilielmo) archiepiscopo Remensi. » Quoad litteras Apostolicas impetratas ab archidiacono Cathalaunensi, ut ad liberam resignationem ipsius archidiaconatum suum, cuius collatio ad episcopum Cathalaunensem spectat, personae idoneae conferret, si forte nondum in executionem mandati apostolici processit, ulterius non procedat, praesertim quum dictus episcopus id asserat in suum praeiudicium redundare. Dat. ut supra (Laterani V. Kal. Martii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 191 b. fol. 35; Horoy H-i opp. omn. IV. 794. n. 89 ex mss. du Theil.* — « CVM SICVT VENERABILI. »

5333. — *Laterani 25 Februarii.*

« Preposito et capitulo sancti Donatiani Brugensis, Tornacensis diocesis. » Vt Cintium capellanum et consanguineum Papae in corporalem possessionem per nuntium suum immittant canonicatus quem habuit magister Iohannes de Civitate Antinae scriptor Apostolicus nuper defunctus in eorum ecclesia, alioquin episcopo et abbati sancti Vedasti et decano Attrebatensibus dat litteris in mandatis ut mandata Pontificis exequantur. Laterani V. Kal. Martii anno

nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 199. fol. 36.* — « Vt pro vobis. »

Illis scriptum est super eodem.

5334. — *Laterani 25 Februarii.*
(Engelberto) archiepiscopo Coloniensi et suffraganeis eius et abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis per Coloniensem provinciam constitutis mandat, ut illos qui possessiones, res, domus abbatis et conventus de Camberone Cisterc. ord. vel eorum hominum irreverenter invaserint *etc.*, excommunicationis sententia percellant aut, si clerici *etc.*, fuerint, ab officio et beneficio suspendant. Laterani V. Kal. Mart. anno nono. — *Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 27. n. 20; Potthast 635. n. 7368; Horoy H-i opp. omn. IV. 791. n. 85.* — « Non absqve dolore. »

5335. — *Laterani 26 Februarii.*
« Decano et cantori Valentinis, et sacriste Romanensi Viennensis diocesis. » Vt moneant R(aimundum) filium R(aimundi) quondam comitis Tolosani ut a novis irrogandis offensis ecclesiae desistat ac praesertim a persecutione ecclesiae Vivariensis, cui Villam Argentariae, quae est praecipuum bonorum ipsius, auferre molitur, alioquin absolutionem quam saepe petierat de praeteritis offensis non speret. Laterani IIII. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 184. fol. 34; Mss. Vallicell. I. 53; Vaissète Hist. de Languedoc III. pr. 284; Bouquet Rec. XIX. 756; Potthast 629. n. 7298 (25 Aug. 1224); Horoy H-i opp. omn. IV. 697. n. 8 (25 Aug. 1225).* — Ex parte nobilis. »

5336. — *Laterani 26 Februarii.*
« Decano, et archidiacono, et subdecano Lincolniensibus. » Beverlacensis ecclesiae praeposito insinuante, mandat quatenus capellani et alii clerici ipsius ecclesiae Eboracensis dioecesis, ea quae de ipsorum mensa supersunt in refectione pauperum faciant caritative converti, relicta quadam perversa consuetudine qua alio cibos suos asportari faciunt. Laterani IIII. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 189. fol. 35.* — « Dilectvs filivs prepositvs. »

5337. — *Laterani 26 Februarii.*
« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Ap. Sedis Legato. » Ad formam mandati quod datum fuit C(onrado) Portuensi episcopo Apost. Sedis Legato, qui ad alia loca translatus illud exequi non potuit, mandat ei ut vicesimam trium tunc praeteritorum annorum, quae in Senonensi et quibusdam aliis provinciis pro parte remanserat colligenda, colligi faciat et ex ea provideat nob. viro A(malrico) comiti Tolosano pro eius necessitatibus. Laterani IIII. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 200. fol. 36; Mss. Vall. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 767; Potthast 636. n. 7371; Horoy H-i opp. omn. IV. 795. n. 93.* — « Dilecto filio nostro. »

5338. — *Laterani 26 Februarii.*
« Eidem (Romano sancti Angeli diacono Cardinali Ap. Sed. Leg.). » Quum abbas maioris monasterii Turonensis auctoritate Innocentii PP. (III) quosdam testes recepisset productos a bo. me. Giraldo archiepiscopo Bituricensi super usu primatiae quam Bituricensis ecclesia in archiepiscopum et primatiam Burdegalensem retroactis temporibus asseritur habuisse, decernit appellationem Burdegallensis archiepiscopi, si ante ipsorum receptionem testium fuit legitime interposita, receptioni testium non obstare. Dat. ut supra (Laterani IIII. Kal. Martii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 201. fol. 36.* — Cvm dilectvs filivs. »

5339. — *Laterani 26 Februarii.*
Magistris et fratribus militiae Templi concedit facultatem percipiendi decimas novalium in parochiis, in quibus veteres decimas percipere solent.

Laterani IV. Kal. Mart. anno nono. — *Escluseaux Privilèges 88; cf. Potthast 635. n. 7370.*

5340. — *Laterani 27 Februarii.*
« Conventui monasterii Militensi. » Cassata electione quam ipsi fecerunt contra formam concilii generalis, concedit eis ex gratia ut ad aliam electionem procedant. Laterani III. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 186ª. fol. 35.* — « Cassata nvper ea. »

5341. — *Laterani 27 Februarii.*
« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apost. Sedis Legato. » Vt L(odowicum) regem Franciae inducat ad treguas faciendas cum (Henrico) rege Angliae, super quibus regem ipsum Francorum per litteras Apostolicas eidem directas rogat. Dat. ut supra (Laterani III. Kal. Martii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 187. fol. 35; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 30; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Bouquet Rec. XIX. 767; Potthast 636. n. 7372; Horoy H-i opp. omn. IV. 796. n. 94.* — « Tva novit prvdentia. »

5342. — *Laterani 27 Februarii.*
« (Guilielmo) archiepiscopo Remensi. » Contingit aliquando ut iniuriae inferantur capitulo Lingonensi, et licet episcopus Lingonensis paratus sit contra iniuriatores canonicam exercere censuram, ipsi nequaquam eo contenti requirunt ab ipso episcopo ut guerram moveat contra eos, quod nisi fecerit, cessant continuo a divinis: quare mandat Pontifex eidem archiepiscopo ut inhibeat praefato capitulo ne occasione huiusmodi a divinis cessare praesumant, quum id cedat in iniuriam et contemptum episcopi supradicti. Laterani III. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 192. fol. 35; Horoy H-i opp. omn. IV. 798. n. 96 ex mss. du Theil.* — « Venerabilis frater noster. »

5343. — *Laterani 27 Februarii.*
« (Barchedo?) de Polignano, et (Richerio?) Melfitensi episcopis, et archidiacono Melfitensi. » Vt causam inter B. archimandritam monasterii Carbonensis et abbatem monasterii sanctae Mariae de Pestitio Acherontinae dioecesis super ecclesia sanctae Mariae de Scansano monasteriorum suorum nomine, quae ab audientia Acherontini archiepiscopi et coniudicum suorum a Pontifice delegatorum ad Pontificem ipsum per appellationem delata fuit, coram quo abbas non intervenit nec per se misit aliquem responsalem, « licet... possemus in dictum abbatem de Pestitio manus nostras propter ipsius contumaciam aggravare, adhuc tamen utriusque partis laboribus et expensis parcere cupientes, » causam ipsam eorum examini committit. Laterani III. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 194. fol. 35.* — « Ex parte dilecti. »

5344. — *Laterani 27 Februarii.*
« Preposito, et cantori sancte Marie, et magistro Michaeli canonico sancti Nicholai Ambianensibus. » Moneant A. et alios clericos, quibus abbas et conventus sancti Vedasti Attrebatensis parrocchiales ecclesias contulerunt, ut ordines quos requirunt ecclesiae memoratae recipiant, et nisi ipsi acquieverint, super promotione clericorum ipsorum sive super concedenda facultate eisdem abbati et conventui praedictas ecclesias aliis personis idoneis conferendi, quod canonicum fuerit, appellatione postposita, statuant. Laterani III. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 198. fol, 36; Horoy H-i opp. omn. IV. 797. n. 95. ex mss. du Theil.* — « Ex parte abbatis. »

5345. — *Laterani 27 Februarii.*
« (Galtero) archiepiscopo Senonensi. » Non obstante quod in receptione pallei iuraverit se singulis annis per se vel per nuntium suum Sedem Apostolicam esse visitatu-

rum, indulget ei ut ad id de biennio in biennium teneatur, et tempus visitationis, quod accidit circa festum Assumptionis beatae Mariae Virginis, attendens quod hoc tempore propter aeris intemperiem periculosus estat ad Vrbem accessus, ad festum Nativitatis Dominicae permutatur. Laterani III. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 270. fol. 48-49; Horoy l. c. 798. n. 97 ex mss. du Theil.* — « EXPOSVISTI PER NVNTIOS. »

5346. — *Laterani 27 Februarii.*

« (Galtero) archiepiscopo Senonensi. » Mandat ei ut cum illis qui in dioecesi sua obtinent ecclesias curam habentes animarum nec volunt ad ordines quos ecclesiae ipsae requirunt promoveri, nec personaliter deserviunt, quamquam nulla eos super hoc Apostolicae Sedis indulgentia tueatur, sublato appellationis obiectu, tam efficaciter quam prudenter officii sui debitum exequatur. Laterani III. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 286. fol. 52.* — « SOLLICITVDINEM TVAM IN. »

5347. — *Laterani 28 Februarii.*

« Abbati et conventui Vindocinensibus. » Ipsis postulantibus concedit, ne propter hoc quod monachos eorum ab ecclesia sanctae Priscae de Vrbe, eo quod romani aeris intemperiem non poterant substinere, ad dictum monasterium ad tempus Pontifex remisit, nullum eis imposterum praeiudicium generetur. Laterani II. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 193. fol. 35.* — SOLET ANNVERE SEDES. »

5348. — *Laterani 28 Februarii.*

« (Geroldo) episcopo Valentino, abbati Ragniaci, et magistro A. de Clameri canonico Eduensi. » In causa inter magistrum G. canonicum Cabilonensem, et cancellarium Campaniae super quibusdam incendiis, succisione vinearum, proprii corporis captione et rebus aliis, quae abbati sancti Stephani et collegis suis commissa fuit ut eam sufficienter instructam ad Apostolicam Sedem remitterent, et deinde magister O. subdiaconus et capellanus Apostolicus contradictarum litterarum auditor deputatus fuit, quum, lite pendente, procurator cancellarii debitum naturae persolverit, mandat hiis ut utramque partem ad compositionem inducere procurent. Laterani II. Kal. Martli anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 209. fol. 37; Horoy H-i opp. omn. IV. 799. n. 98 ex mss. du Theil.* — « MOTA INTER DILECTVM. »

5349. — *Laterani 28 Februarii.*

« (Stephano) archiepiscopo Cantuariensi sancte Romane Ecclesie Cardinali. » Super matrimonio inter Iulianam et Alanum militem, quum ipsa mulier coram abbate de Brueria et coniudicibus suis a Sede Apostolica delegatis per testes idoneos, lite legitime contestata, probaverit quod inter eos fuit matrimonium rite contractum, et deinde miles ad decanum de Andoure et collegas eius litteras impetraverit, Pontifex, ad cuius audientiam mulier appellavit, mandat quatenus si praefatus miles per ipsum induci non poterit ut mulierem praedictam maritali affectione pertractet, ipse originalia acta sibi faciat exhiberi et ad negotii decisionem sine dispendio morae procedat, non obstantibus litteris quae ad decanum de Andoure suosque collegas impetratae fuerunt. Lat. II. Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 277. fol. 49.* — « IVLIANA MVLIER EXHIBITA. »

5350. — *Laterani .... Februarii.*

« Eidem (Lodowico regi Francorum illustri). » Eum arguit quod contra Papae mandata treguas initas inter Philippum regem Franciae patrem suum et Henricum regem Angliae non prorogavit; de superbia erga Romanam Ecclesiam eum reprehen-

dit, ipsi ante oculos proponens exemplum Octonis Romanorum imperatoris et Riccardi regis Angliae qui ob superbiae vitium Apost. Sedis monitiones contemnentes male habuerunt; monet eum ut R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali, quem cum legationis officio in Franciam destinat, reverenter intendat. (Absque signo chronologico, sed puto mense Februario hanc epistolam scriptam fuisse, quando R(omanus) sancti Angeli diaconus Card. in regnum Franciae Legatus missus fuit). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 169. fol. 31; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 30-34; Bouquet Rec. XIX. 761; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Potthast 647. n. 7510 (in fine anni 1225); cf. Horoy H-i opp. omn. IV. 756. n. 55, (in fine anni 1224).* — « VTINAM FILI KARISSIME. »

5351. — *Laterani 1 Martii.*

« Pennensi episcopo (*Ciron.* Parmensi). » In causa inter A. presbyterum et fratres Minores super eiús professione, quum fratrum Minorum custos ad probandum quod idem presbyter professionem fecerat quosdam testes induxisset, qui deposuerunt non iurati, decernit « quod nullius testimonio, quantumcumque religiosus existat, nisi iuratus deposuerit, in alterius preiudicium debet credi. » Laterani Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 204. fol. 36; Decretal. H-i III. lib. 2. tit. 12* De testibus *c. 4 ed. Ciron. 132; Decretal. Greg. IX. lib. 2. tit. 20* De testibus *c. 51 ap. Boehmer Corp. II. 313 (an. 1220); ap. Richter Corp. II. 327; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 21. n. 18; Potthast 636. n. 7373; Horoy H-i opp. omn. IV. 800. n. 99; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. XX. c. LI. p. 339.* — « NVPER NOBIS A. »

5352. — *Laterani 1 Martii.*

« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apost. Sedis Legato. » Committit ei, ut in ecclesia sancti Frontonii (*sic*) quae est ordinanda, admittat inter ordinandos, prout melius viderit expedire, magistrum E. de Reissac diaconum, qui olim ad Terram Sanctam causa devotionis accedens in ecclesia Damiatensi fuit per (Pelagium) Albanensem episcopum tunc in illis partibus Sedis Apostolicae Legatum institutus, et deinde, quum terra illa postmodum ad manus rediisset paganorum, sua provisione frustratus fuit. Laterani Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 205. fol. 36.* — « DILECTVS FILIVS MAGISTER. »

5353. — *Laterani 1 Martii.*

« Archidiacono Beskir̃, Saresbiriensis diocesis. » Quum I. rector ecclesiae de Witham abbatem et conventum Abendoniae Saresbiriensis diocesis coram ipso super quibusdam decimis non ex delegatione Apostolica convenisset, ipsi vero, lite pendente, super eisdem decimis quamdam indulgentiam ab Apostolica Sede impetrassent, nullam de mota super hoc controversia mentionem facientes, mandat ut, indulgentia huiusmodi non obstante, negotium ad finem debitum, sublato impedimento appellationis, perducant. Laterani Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 231. fol. 40; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « SIGNIFICAVIT NOBIS I. »

5354. — *Laterani 1 Martii.*

« (Mauritio) episcopo, decano, et archidiacono Burgensibus. » Conquerentibus praeceptore et fratribus domus Militiae de Monfrago coram Pontifice, quod magister et fratres Calatravenses praetextu cuiusdam donationis domum ipsam cum pertinentiis suis ad Romanam Ecclesiam immediate spectantem illicite occupantes ipsos compulerunt et compellunt miserabiliter mendicare, mandat eis, ut, non obstantibus litteris Apostolicis ad Burgensem et Palentinum episcopos ac archidiaconum de Valposta, et commissione et compromisso in eisdem,

a quibus processum non fuit, inquirant super omnibus huiusmodi negotio contingentibus, praesertim quum rex Castellae ac familiares ipsius dictis Calatravensibus indignum favorem praebeant contra eos, et quaestionem per iudicium vel concordiam terminent, alioquin eam sufficienter instructam ad Apostolicam Sedem remittant, interim ipsos Calatravenses ad providendum in necessariis praeceptori et fratribus supradictis ecclesiastica districtione compellant. Laterani Kal. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 283. fol. 51.* — « DILECTI FILII PRECEPTOR. »

5355. — *Laterani 1 Martii.*

« Decano Suessionensi. » Quum omnes Suessionenses canonici, elapso iam secundo anno propter discordiam inter ipsos et cives Suessionenses exortam, Suessionensem exiverint civitatem, et in ipso exitu statutum fuerit a capitulo ut unusquisque interim moraretur in loco quod sibi magis idoneum reputaret, indulget ut quamdiu residere in Suessionensi ecclesia non valebit, liceat ei in Laudunensi ecclesia residere. Dat. ut supra (Laterani Kal. Martii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 284. fol. 52; Horoy H-i opp. omn. IV. 801. n. 100 ex mss. du Theil.* — « IN NOSTRA PROPOSVISTI. »

5356. — *Laterani 3 Martii.*

« Eidem (Guilielmo Burdegalensi archiepiscopo). » Quum abbates et priores ei dioecesana lege subiecti tantum percipiant de bonis parrochialibus ecclesiarum suae dioecesis in quibus ius obtinent patronatus, quod earum rectoribus substentationem congruam iuxta statutum concilii generalis non relinquunt, mandat quatenus, congruis provisionibus iuxta ipsarum ecclesiarum facultates provida consideratione taxatis, ita quod et earum rectores substentationem habeant competentem, et monasteria ad quae spectant solacium competens habeant ex eisdem, provisiones ipsas dimitti faciat rectoribus supradictis, et ipsos illis faciat esse contentos. Laterani V. Non. Martii anno nono. — *Reg. Vat. epist. 207. fol. 37; Horoy H-i opp. omn. IV. 803. n. 103. ex mss. du Theil.* — « TVA NOBIS FRATERNITAS. »

5357. — *Laterani 3 Martii.*

Abbati et conventui s. Petri Gandensis (ord. s. Ben. Tornacens. dioc.) diffinitivam sententiam, quam officialis Tornacènsis pro eis in causa orta olim super sepultura quorumdam hominum inter ipsos et canonicos s. Phareildis Tornac. dioc. promulgavit, confirmat. Laterani V. Non. Mart. anno nono. — *V. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre I. 252. n. 479; Potthast 636. n. 7374; Horoy H-i opp. omn. IV. 802. n. 102.* — « CVM A NOBIS. »

5358. — *Laterani 3 Martii.*

Magistro et fratribus domus s. Mariae Theotonicorum decimas de Merenkeim (Mergentheim), quas (Theodoricus) episcopus Erbipolensis pia liberalitate eis contulerat, confirmat. Laterani V. Non. Mart. anno nono. — *Wirtemberg UB. III. 168. n. 688; Potthast 636. n. 7375; Horoy l. c. n. 101.* — IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

5359. — *Laterani 5 Martii.*

« C(onrado) Portuensi episcopo Apostolice Sedis Legato. » Mandat ei ut irritam decernat electionem factam a monachis sancti Mansueti Tullensis qui regularem observantiam non professi elegerunt quendam ipsius loci monachum similiter non professum in abbatem; universi illius loci monachi faciant ut debent professionem et deinde ad electionem cum ipsius Legati consilio procedant. Laterani III. Non. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 208. fol. 37; Horoy H-i opp. omn. IV. 804. n. 104 ex mss. du Theil.* — « PER LITTERAS TVAS. »

5360. — *Laterani 5 Martii.*

« Abbati et priori sancti Iacobi, et preposito sancti Quiriaci de Pruvino Senonensis diocesis. » In causa inter abbatem et conventum sancti Petri vivi Senonensis ex una parte, et archidiaconum Senonensem ex altera, super subiectione, procurationibus et aliis quae idem archidiaconus exigit ab eisdem, mandat ut, nisi abbas Aremarensis Trecensis dioecesis, archidiaconus et decanus sancti Stephani Trecenses infra tres menses post receptionem litterarum Apostolicarum negotium terminaverint, ipsi in praedicto negotio procedant. Laterani III. Non. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 210. fol. 37; Horoy H-i opp. omn. IV. 806. n. 107 ex mss. du Theil.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

Illis scriptum est in eundem fere modum ut procedant, alioquin abbati et priori sancti Iacobi et preposito sancti Quiriaci de Pruvino Senonensis diocesis dat litteris in mandatis ut causam decidant. — *Reg. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

5361. — *Laterani 5 Martii.*

« (Alici) illustri regine, et dilectis filiis nobilibus viris H. nato et balio eius, nec non et comestabulo, baronibus, militibus, et aliis hominibus universis Cypri. » Ad preces archiepiscopi Nicosiensis et suffraganeorum eius, mandat ut non obstante appellatione et quibusdam frivolis exceptionibus servent concordiam inter ipsos et eosdem archiepiscopum et suffraganeos, mediante (Pelagio) Albanensi episcopo dum legationis officio in partibus Orientis fungebatur, super quibusdam possessionibus et rebus aliis initam, alioquin ne contra iustitiam deferatur personis, et labor C. Amachostani episcopi apud Sedem Apostolicam non sine magnis laboribus et expensis iam per triennium pro utraque parte fideliter laborantis vacuus reputetur, dat litteris in mandatis Tripolitano et Valaniensi episcopis et cantori Tripolitano ut compositionem ipsam faciant firmiter observari. Laterani III. Non. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 213. fol. 37-38; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 9; Mas Latrie Hist. de Chypre II. 47; Potthast 636. n. 7377. Cf. aliam eiusdem tenoris epist. ad diem 16 Maii 1224 in hoc Reg.* — « VENERABILES FRATRES NOSTRI. »

In eundem modum Tripolitano et Valaniensi episcopis et cantori Tripolitano predictis ut eam compositionem firmiter observari faciant. — *Reg. Vat. l. c.*

5362. — *Laterani 5 Martii.*

« Clericis Attentie Seguntine diocesis. » Arbitrium a Toletano archiepiscopo promulgatum inter eos ex una parte et clericos Aldearum Villae Attentiae ex altera, super quibusdam mensuris bladi, quae Kaficia iuxta loci consuetudinem appellantur, nec non decima vini ac rebus aliis, quas ipsi petebant ab eisdem clericis Aldearum, confirmat. Laterani III. Non. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 229. fol. 40.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

5363. — *Laterani 5 Martii.*

« Abbatisse et conventui Iotrensibus. » Privilegium, quod bo. me. Faro Meldensis episcopus eorum monasterio in Meldensi dioecesi constituto concessit, quum incipiat vetustate consumi, transcribit de verbo ad verbum et transcriptum Apostolicae bullae appensione munit, quod privilegium actum est in monasterio Sanctae Crucis Meldis, anno humanatae divinitatis DCXVIII, anno Martini PP. tertio, anno regis Francorum Dagoberti VIII. anno Constantini filii Constantini XVIII. indictione VII. pridie nonas Maii. Laterani III. Non. Mart. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 244. fol. 44; Rodenberg Epist. Select. 193. n. 268 refert tantum privilegium supradicti Faronis quod spurium esse asserit.* — « EX PARTE VESTRA. »

5364. — *Laterani 5 Martii.*
« (Hugoni) episcopo, decano, et thesaurario Lingoniensibus (Linconiensibus *Decr. Greg., Boeh. et Friedberg*). » Mandat ne permittant A. mulierem, quae coram decano sancti Quiriaci Pruvinensis vice bon. me. P. archiepiscopi Senonensis in hac parte fungente licentiam concessit R. militi viro suo religionem intrandi, continentiae tamen voto eidem mulieri iniuncto et recepta fide ab ipsa quod perpetuo contineret, compelli intrare monasterium invitam si est talis aetatis quod suspicio haberi non possit et votum continentiae observat. Laterani III. Non. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 290. fol. 52; Decretal. H-i III. lib. 3. tit. 18* De convers. coniugat. *c. 1. ed. Ciron. 219; Decretal. Greg. IX. lib. 3. tit. 32.* De conv. coniug. *c. 18 (ubi male trib. Innoc. III). ap. Boehmer Corp. II. 547; ap. Richter Corp. II. 564; Potthast 673. n. 7812 (absque nota chronologica); Horoy H-i opp. omn. IV. 806. n. 160. ex mss. du Theil; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. III. tit. XXXII. c. XVIII. p. 586 (ubi pariter tribuitur Innocentio PP. III).* — « SIGNIFICAVIT NOBIS A. »

5365. — *Laterani 6 Martii.*
« (Guilielmo) Burdegalensi archiepiscopo. » Monachorum abbates seu priores compellat, ut monachos lege ei dioecesana subiectos in quibusdam prioratibus solitariis habitantes ad claustrum revocent, facientes in ipsis ecclesiis deserviri per clericos saeculares, vel alios monachos eisdem associent cum quibus vitam possint ducere regularem. Laterani II. Non. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 206. fol. 37; Horoy H-i opp. omn. IV. 807. n. 108. ex mss. du Theil.* — « EX PARTE TVA. »

5366. — *Laterani 6 Martii.*
« Decano et capitulo Gerboradensibus. » Quum in Gerboradensi ecclesia canonicorum numerus sit undenus et nullus eiusdem ecclesiae praebendam ex Apost. Sedis constitutione percipere possit, nisi qui personaliter in ipsa deservit, excusatis illis qui post factam in ea residentiam de licentia decani et capituli se peregrinationis aut studii causa assentarent, inhibet ne quis eorum aliter quam fuit per Sedem Apostolicam constitutum, nisi decani et capituli licentia horis canonicis sint assentes, proventus praebendarum percipiat. Laterani II. Non. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 211. fol. 37.* — « EX RELATIONE TVA. »

5367. — *Laterani 6 Martii.*
« (Egberto) episcopo Bambergensi. » Concedit ei, ut si pertransiens per dioeceses in quibus redditus et possessiones obtinet, invenerit aliquas earum interdicto suppositas possit in capella sua vel alia, si forte ibidem propriam non habeat, non pulsatis campanis, excommunicatis et interdictis exclusis, submissa voce, divina celebrare. Laterani II. Non. Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 285. fol. 52; Rodenberg Ep. Sel. 193. n. 269.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

5368. — *Laterani 7 Martii.*
« (Engelberto) Coloniensi archiepiscopo. » Quum Th. cantor sancti Florini in Confluentia et eius coniudices a Sede Apostolica deputati in causa quae vertebatur inter abbatissam de Ruidorf et C. monialem Vilicentii monasterii Coloniensis dioecesis, super eo quod utraque ipsarum in abbatissam loci praedicti electa fuerat, pro eadem C. sententiam protulissent, et ipse archiepiscopus huiusmodi sententiae se opponens per suos milites fecisset monasterium custodiri, et ipsius occupatis proventibus, non permisisset servari sententiam supradictam, quare ab ipsis iudicibus suspensus et excommunicatus fuit: eum suaviter rogat

Pontifex ut supradicta corrigat « deferendo in hoc saltem nobis qui tantum tibi deferimus, et salva conscientia eidem cantori negare iustitiam non possumus. » Laterani Nonis Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 225. fol. 39.* — « Cvm olim sicvt. »

5369. — *Laterani 7 Martii.*
«Preposito, officiali et penitentiario Ambianensibus. » Consuetudinem, qua usurarii Peronenses positi in extremis non nisi tertiam partem restituunt usurarum, quum ea corruptela potius quam consuetudo sit dicenda, tamquam contrariam divino et humano iuri nullam penitus esse denuntient. Dat. ut supra (Lat. Nonis Martii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 226. fol. 40; Mss. Vall. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 809. n. 110 ex mss. du Theil.* — « Dilectvs filivs decanvs. »

5370. — *Laterani 7 Martii.*
« (Gaufrido) episcopo Ambianensi. » Vt Iohanni de Lens clerico dicto Audati Attrebatensis dioecesis, in sua ecclesia in beneficio praebendali, si vacat ad praesens, alioquin quum obtulit se facultas, provideat. Laterani Nonis Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 230. fol. 40; Bibl. Nat. Paris. collect. Moreau t. MCLXXXIII. p. 174; Horoy H-i opp. omn. IV. 810. n. 112.* — « Et si ad provisionem. »

5371. — *Laterani 7 Martii.*
Abbatem et conventum monasterii Laureacensis (Lorch) cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem possessiones, terras ac alia bona, sicut ea omnia canonice possident, eis confirmat. Laterani Non. Mart. anno nono. — *Wirtemberg. UB. III. 168. n. 689; Potthast 636. n. 7378; Horoy l. c. 808. n. 109.* — « Sacrosancta Romana Ecclesia. »

5372. — *Laterani 7 Martii.*
Decanum et capitulum ecclesiae s. Willehadi (Bremensis) sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem possessiones et alia bona eidem ecclesiae confirmat. Laterani Non. Mart. anno nono. — *Ehmck Bremisches UB. I. 156. n. 135; Potthast 636. n. 7379; Horoy l. c. 810. n. 113.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

5373. — *Laterani 7 Martii.*
Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum indulget, ut commissiones a sede apostolica vel delegatis eius aut quibuslibet aliis ipsis factas minime teneantur recipere. Laterani Non. Mart. anno nono. — *Ripolli Bullar. Praed. I. 16. n. 32, omisso initio; Potthast 636. n. 7380; Horoy l. c. 809. n. 111.*

5374. — *Laterani 7 Martii.*
Papst H. befiehlt den Cisterzienserklöstern, von denjenigen Aeckern, welche sie vor dem allgemeinen Concil erworben haben und selbst bebauen, keine Zehnten zu entrichten. Laterani Non. Mart. anno nono. — *Origin. in archiv. Idstein.; Potthast append. 2095. n. 7380a-26129.* — « Cvm aliqvando necessitate. »

5375. — *Laterani 7 Martii.*
Papst H. befiehlt, dass die Installation eines Abtes von Seiten der Erzbischöfe etc. gratis wollzogen werden solle. Laterani Non. Mart. anno nono. — *Origin. in archiv. Idstein.; Potthast append. 2096. n. 7380b-26130.* — « Ne Dei Ecclesiam. »

5376. — *Laterani 8 Martii.*
« Abbati sancte Marie de Episcopio (*in eod. loc.* Episcopia), eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum. » Eorum monasterium, ubi ordo canonicus secundum beati Augustini regulam observatur, una cum omnibus possessionibus, libertatibus et privilegiis, quae enumerantur, confirmat. Laterani per manum magistri Guidonis dñi PP. notarii VIII. Idus Martii Indict. XIII. Incarnationis dominice anno MCCXXV. pontificatus vero dñi Honorii PP. III. anno

nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 214. fol. 38.* — « QVOTIENS A NOBIS PETITVR. »

5377. — *Laterani 10 Martii.*

« Abbatisse et conventui Fontis Ebraudi. » Transcribit privilegium eis a Lucio PP. concessum, monasterium ipsum in protectionem b. Petri recipiente eique omnia bona confirmante, ut eo in controversiis pro authentico uti possint, idemque confirmat. Hoc autem privilegium incipit: « Lucius episcopus Servus Servorum Dei Dilectis in Christo filiabus Gilie abbatisse monasterii etc. *Prudentibus virginibus.* » Laterani VI. Idus Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 238. fol. 42; Horoy H-i opp. omn. IV. 811. n. 114. ex mss. du Theil.* — « QVANTO IN VESTRE. »

5378. — *Laterani 11 Martii.*

« Abbati Saltus Novalis Legionensis diocesis et decano Zamorensi. » Quum Palentinus episcopus, quibusdam litteris a Sede Apostolica impetratis ad Burgensem episcopum et eius coniudices contra abbatem et conventum sancti Facundi Legionensis dioecesis super ecclesia sancti Bovali de Villa Garsiae, et litteris aliis ad bon. mem. V. Burgensem archidiaconum et collegas eius super ecclesia sancti Mantii et rebus aliis, rursusque aliis litteris ad abbatem de Salas et coniudices eius Burgenses super monasterio de Nogar et sancti Martini ac de Villa Sicca ecclesiis, decimis, possessionibus et rebus aliis contra eundem abbatem et conventum monasterii sancti Facundi, non obstante appellatione ab altera parte ad Apostolicam Sedem interposita, possessionem prefatarum rerum custodiae causa a iudicibus obtinuerit, mandat Pontifex ut, litteris Apostolicis et processu per eas habito revocatis, abbatem et conventum in corporalem possessionem praedictarum rerum reducant, et denuncient iudicibus, videlicet de Paleas et de Sacramenia abbatibus Zamorensis et Secobiensis dioecesum et R. archidiacono Segontino ut in principali causa sibi commissa procedere non omittant. Laterani V. Idus Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 232. fol. 40.* — « OLIM A VENERABILI FRATRE. »

5379. — *Laterani 11 Martii.*

« De Paleas, et de Sacramenia abbatibus Cisterciensis ordinis Zamorensis et Secobiensis diocesum, et R. archidiacono Segontino. » Litteris apostolicis ab episcopo Palentino obtentis et processu per eas habito revocato contra abbatem et conventum sancti Facundi Legionensis dioecesis, mandat quatenus postquam praedictum monasterium in omnium rerum possessionem reduxerint, quae assignatae custodiae causa fuerant dicto episcopo a iudicibus (*ut in superiori epistola*) audiant hinc inde proposita et causam ipsam fine debito decidant. Dat. ut supra (Laterani V. Idus Martii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 233. fol. 41.* — « OLIM A VENERABILI FRATRE. »

5380. — *Laterani 11 Martii.*

Papst H. befiehlt allen Prälaten der Kölner, Trierer u. Utrechter Diöcesen, die Abtei Marienstatt gegen ungerechte Angriffe in Schutz zu nehmen. Laterani V. Idus Martii anno nono. — *Origin. in archiv. Idstein.; Potthast append. 2096. n. 7380 c-26131.* — « NON ABSQVE DOLORE. »

5381. — *Laterani 12 Martii.*

« H. Burgod. (Burdegalensem *Horoy*) et magistro I. Barat Cathalaunensi archidiacono, et cantori Cathalaunensi. » Quum ex relatione (Roberti) episcopi Trecensis, Th(ebaldus) comes Campaniae in praeiudicium iurisdictionis ipsius episcopi et derogationem ecclesiasticae libertatis, quemdam clericum quem in mortem ipsius machinatum esse dicebat, nuper per suos balivos fecerit captu-

rari et postmodum in publico foro suspendi, episcopo ipso in civitate morante, mandat quatenus ad civitatem Trecensem personaliter accedant, et inquisita veritate super praemissis quae a praedicto comite attemptata dicuntur in praeiudicium ecclesiasticae libertatis, et quae super hiis tam contra dictum comitem quam pro ipsius defensione proposita fuerint, referant. Lat. IIII. Idus Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 291. fol. 53; Mss. Vall. I. 53; Horoy opp. omn. IV. 816. n. 115. ex mss. du Theil.* — « GRAVEM VENERABILIS FRATRIS. »

5382. — *Laterani 13 Martii.*

« Philippo presbytero rectori ecclesie sancti Nicholai de Ortona. » Eius personam et ecclesiam sancti Nicolai (*sic*) cum omnibus suis bonis sub protectione suscipit, specialiter autem petiam unam terrae quae dicitur de sancto Sebastiano, et molendinum quod dicitur de Norgillo, quae in tenimento Ortonae ecclesiae ipsi ex donatione regia sunt concessa, ipsi confirmat: ad indicium autem huius Apostolicae protectionis unam libram cerae gratis oblatam Romanis Pontificibus annis singulis solvet. Laterani III. Idus Martii anno nono. — *Reg. Vat. tib. 9. epist. 228. fol. 40.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

5383. — *Laterani 13 Martii.*

« (Guilielmo) episcopo Lexoviensi. » Quum in Lexoviensi ecclesia subdecanatus dignitas olim fuerit, et decanus, decedente persona quae habuerat subdecanatum eundem, redditus sibi adpropriaverit ipsius, concedit ut dignitatem eandem in praedicta ecclesia reformare et redditus ad eam spectantes ad ius et proprietatem eiusdem revocare valeat. Laterani III. Idus Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 234. fol. 41.* — « SICVT TE REFERENTE. »

5384. — *Laterani 13 Martii.*

« Eidem (Lexoviensi episcopo). » Committit ei ut, quum Lexovienses canonici obtineant in dioecesi sua parrochiales ecclesias quae a praebendis ipsorum non dependunt, possit in eos pro excessibus quos in eisdem committunt ecclesiis, tamquam in aliarum ecclesiarum dioecesis praedictae rectores, officium exequi pastorale, non obstante quod dicunt ipsi canonici ipsum in eos animadvertere non debere. Dat. ut supra (Laterani III. Id. Martii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 235. fol. 41* — « CVM ECCLESIARVM PRELATI. »

5385. — *Laterani 13 Martii.*

« Capitulo Modicensi. » Vt recipiant in canonicum et fratrem, et praebendam si qua vacat, vel quum se facultas obtulerit, liberaliter conferant T. clerico Vrbis qui ipsis et eorum ecclesiae per se et suos fructuosus plurimum esse potest. Laterani III. Idus Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 276. fol. 49.* — « REPVTARE NON DEBETIS. »

P(etrus) abbas Theokesberiae Romam proficiens in crastino s. Gregorii papae absolutus est a papa Honorio III ab his quibus falso accusabatur per episcopum Wigorniae. — ***Ann. de Theokesberia in Annal. monast. I. 68; Potthast 636. post n. 7380.***

5386. — *Laterani 15 Martii.*

« (Hugoni) Herefordensi episcopo. » Concedit ut tribus clericis suis, praeter beneficia quae nunc habent, unum curam habens animarum annexam conferre possit. Laterani Idibus Martii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 236. fol. 41.* — « VOLENTES FRATERNITATI TVE. »

5387. — *Laterani 15 Martii.*

Abbati et conventui monasterii de Camberone Cisterc. ord. indulget, ne auctoritate apostolica-

rum litterarum de causis compellantur cognoscere litigantium vel extra duas dietas extra diocesim trahi possint in causam. Laterani Id. Mart. anno nono. — *Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. 1. 28. n. 22; Potthast 636. n. 7381; Horoy H-i opp. omn. IV. 817. n. 116.* — « CVM CONTEMPLATIONI VACANTIBVS. »

5388. — *Laterani 17 Martii.*

« Bartholomeo Valaniensi episcopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. » Valaniensem ecclesiam ad exemplar Vrbani PP. sub apostolica protectione suscipit, ecclesias et possessiones eius enumerans confirmat, et ad instar Lucii PP. et eiusdem Vrbani, ecclesias Graecorum et Armenorum, quae in Valaniensi dioecesi sunt constructae et proprio episcopo carent, ipsi suisque successoribus decernit subiacere. Laterani per manum magistri Guidonis notarii dñi PP. XVI. Kal. Aprilis Incarnationis dominice anno MCCXXIIII (*sic*) Indict. XIII. pontificatus vero dñi Honorii PP. III. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 237. fol. 41.* — « IDEO LICET IMMERITI. »

5389. — *Laterani 17 Martii.*

« (Briccio) Watiensi et (Cleto) Agriensi episcopis. » Postulationes de (Desiderio) Cenadiensi et (Iacobo) Nitriensi episcopis in ecclesia Strigoniensi celebratas, quum nullam earum invenerit canonicam, non admittit: monet eos, inducant capitulum Strigoniense ut infra mensem post receptionem litterarum Apostolicarum in personam idoneam per electionem canonicam conveniant. Laterani XVI. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 239. fol. 43; Schmitth Episc. Agriens. I. 137; Katona Hist. crit. V. 481; Fejér Cod. dipl. III. 11. 27; Theiner Mon. Hung. I. 54. n. 116; pars prima int. Decretal. H-i III. lib. 1. tit. 4* De postul. prael. *c. 2. ed. Ciron. 31; Potthast 636. n. 7382; Horoy H-i opp. omn. IV. 818. n. 117.* — « DVABVS POSTVLATIONIBVS VNA. »

In eundem modum scriptum est Strigoniensi capitulo. — *Reg. Vat. l. c.*

5390. — *Laterani 17 Martii.*

« (Iocelino) Bathoniensi, (Richardo) Saresbiriensi, (Benedicto) Roffensi, et (Iohanni) Elyensi episcopis. » Mandat eis ut privilegia et instrumenta a priore et conventu Dunelmensibus eis exhibita pro pace et concordia reformanda inter episcopum Dunelmensem et ipsos, supersedeant ad Apostolicam Sedem transmittere donec regnorum Angliae et Franciae commotio conquiescat, quia periculosum plurimum et suspectum huiusmodi circumstantiis id reputatur. Dat. ut supra (Laterani. XVI Kal. Aprilis anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 240. fol. 43.* — « PRESENTATA NOBIS NVPER. »

5391. — *Laterani 18 Martii.*

« Abbati Cisterciensi, Cabilonensis diocesis, et priori sancti Marcelli, et S. archidiacono Cabilonensibus. » Quum decanus et capitulum Capellae Ducis in Villa Divionensi observare contemnant interdictum ad quod eadem Villa, exigente iustitia, subiecta fuit ab episcopo Lingonensi, dicentes se ad Romanam Ecclesiam specialiter pertinere, mandat eis quatenus facientes sibi ipsorum privilegia exhiberi, inhibeant iisdem ne celebrare praesumant. Laterani XV. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 243. fol. 43; Horoy H-i opp. omn. IV. 819. n. 118 ex mss. du Theil.* — « SIGNIFICAVIT NOBIS VENERABILIS. »

5392. — *Laterani 20 Martii.*

« Sancti Petri de Valle, et de Iosaphat abbatibus, et cancellario Carnotensi. » In causa inter Turonensem archiepiscopum ex una parte et decanum et capitulum sancti Martini Turonensis ex altera, super abbatia de Bello monte, quae iam a tempore I(nnocentii III) PP. mota fuit, nec ad

litis contestationem processuum fuit, mandat eis quatenus, salvis utrique parti exceptionibus sibi competentibus, faciant ipsam infra duos menses post susceptionem praesentium coram ipsis legitime contestari, eamque fine debito terminent, alioquin sufficienter instructam ad Apostolicam Sedem remittant. Laterani XIII. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 241. fol. 43.* — « SIGNIFICAVIT NOBIS VENERABILIS ».

5393. — *Laterani 20 Martii.*
« (Guilielmo) archiepiscopo, abbati sancti Nichasii, et archidiacono Remensibus. » Super querelis capituli sanctae Nutricis Remensis, quod locus in quo eorumdem ecclesia noviter est fundata a civitate Remensi est ita remotus et incommodus, ut nova ipsius ecclesiae fabrica, nedum quod valeat ampliari, sed vix etiam coepta pene penitus negligatur; mandat eis quatenus super praemissis, inquisita diligentius veritate, cum consilio et assensu Remensis capituli statuant quod honori et utilitati eiusdem ecclesiae viderint expedire. Dat. ut supra (Laterani XIII. Kal. Aprilis anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 242. fol. 43; Horoy H-i opp. omn. IV. 821. n. 120 ex mss. du Theil.* — « SIGNIFICANTIBVS DILECTIS FILIIS. »

5394. — *Laterani 20 Martii.*
«(Bernardo) archiepiscopo Ebredunensi.» Excommunicationis sententiam ab eo, a suis suffraganeis et abbatibus Ebredunensis provinciae latam in filium belial Salvagnum eiusque complices, qui necaverant Glandetensem episcopum dum suam dioecesim visitabat, confirmat, mandans ut ab instanti mense Augusti in ultionem sanguinis innocentis effusi nemo Villam inhabitet in qua praefatus episcopus est occisus. Laterani XIII. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 245. fol. 44; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 24; cf. Potth. 637. n. 7384; Horoy H-i opp. omn. IV. 823. n. 122.* — « TAM TVE QVAM. »

5395. — *Laterani 20 Martii.*
« (Sigifrido) archiepiscopo Maguntino. » Defuncto Andrea Pragensi episcopo, Pontifex exoptans, ut talis substitueretur eidem, qui causam ecclesiasticae libertatis ab eo constanter inceptam pari vigore animi susciperet prosequendam, mandavit capitulo Pragensi ut cum consilio De Nepomuc Cisterciensis ordinis et de Ostrou abbatum et praepositi Olomucensis ad electionem procederent episcopi, cuius confirmationem sibi reservavit: quare eum arguit quod P(eregrinum) electum contra mandatum Apostolicum consecravit eique mandat ut dictum P(eregrinum) in festo sancti Michaelis Arcangeli ad Sedem Apostolicam venire faciat. Laterani XIII. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 246. fol. 44; Mss. Vall. I. 53; Boczek Cod. dipl. Morav. II. 160; non integra ap. Erben Reg. Bohem. I. 319. n. 691; cf. PalackyReise 24. n. 100; Potthast 636. n. 7383; Horoy H-i opp. omn. IV 819. n. 119.* — « NIMIS GRAVE DISPENDIVM. »

5396. — *Laterani 20 Martii.*
«Abbati Marturensi Florentine diocesis.» Pistoriensi episcopo supplicante ut, quum ecclesia sua quosdam habeat homines de quibus modicum utilitatis consequitur, habere possit ab eis certum annuum affict:m et quandam pecuniae quantitatem in utilitatem ipsius ecclesiae convertendam, si a iurisdictione ac homagio et debito servitutis eosdem absolvat; mandat ei, ut consideratis negotii circumstantiis universis, si ex hoc fiat melior conditio ecclesiae supradictae, concedat eidem episcopo licentiam postulatam, dummodo capituli consensus accedat. Laterani XIII. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 274. fol. 49.* — « NON SEMPER VIDETVR. »

5397. — *Laterani 20 Martii.*

« (Guilielmo) episcopo Pictavensi. » Concedit ei ut non obstante frivolae appellationis obiectu libere corrigere et reformare valeat quae circa praelatos et subditos sive religiosos vel alios dioecesano ei iure subiectos correctionis et reformationis officio noverit indigere, ita tamen quod hoc non maioris auctoritatis cupidine sed zelo iustitiae videatur postulare. Laterani XIII. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 280. fol. 51; Horoy H-i opp. omn. IV. 822. n. 121 ex mss. du Theil.* — « LICET AD CORRIGENDVM. »

5398. — *Laterani 21 Martii.*

« (Gratiadeo) episcopo et capitulo Pistoriensibus. » Rescisso contractu venditionis factae ab abbate et conventu sancti Antimi de possessionibus sancti Thomae Pistoriensis et aliis in eadem venditione contentis, mandat ipsis quatenus in eodem monasterio, hominibus et possessionibus supradictis occasione venditionis praedictae nihil sibi vindicare nihilque attemptare in eorum praeiudicium praesumant. Laterani XII. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 273. fol. 49.* — « CVM CONTRACTVM VENDITIONIS. »

In eundem modum potestati et capitulo Pistoriensibus. — *Reg. Vat. in e. l.*

5399. — *Laterani 22 Martii.*

« Priori et capitulo beate Radegundis Pictavensibus. » Indulget eis, ut corpus beatae Radegundis, quod conditum est sub maiori altare eiusdem ecclesiae in quadam tumba sub clavium duarum custodia, quarum una per abbatissam sanctae Crucis Pictavensis et per eos altera custoditur, cum ea quae convenit devotione levantes in praefato altare decentius possint collocare. Laterani XI. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 279. fol. 50; Mss. Vall. I. 53. Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 27 (fragm.); cf. Potthast 637. n. 7385; Horoy H-i opp. omn. IV. 824. n. 123. ex mss. du Theil.* — « GAVDETIS ET EXVLTATIS. »

5400. — *Laterani 22 Martii.*

« (Conrado) episcopo Portuensi Apostolice Sedis Legato. » Quum, eo referente, multi pagani sint in Magdeburgensi et Werdensi provinciis qui de facili converterentur ad fidem nisi per negligentiam praelatorum et quorundam avaritiam super decimis et aliis temporalibus retraherentur, mandat ei ut cum praelatorum, nobilium et aliorum quos cognoverit expedire consilio super hoc provideat. Laterani XI. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 293. fol. 53; Mss. Vall. I. 53; Raynald. Ann. Eccl. 1225. n. 16.* — « ECCLESIARVM PRELATI GRAVITER. »

5401. — *Laterani 23 Martii.*

« Capellanis ecclesiarum Bituricensis diocesis in quibus Dolense monasterium ius obtinet patronatus. » Ipsis reclamantibus, ut eorum provisiones augmentarentur iuxta statutum generalis concilii vel taxationem quam super hoc fecit Bituricensis archiepiscopus et rescripta super hoc a Sede Apostolica emanata, Pontifex e contra statuit ut, computatis universis quae ipsis ecclesiastico iure proveniunt, excepta pro quolibet capellano habitatione congrua cum horto habitationi huiusmodi adiacente et servata pro eorum parte quam nunc habent taxatione focorum, quae per ipsum archiepiscopum in aliis ecclesiis Bituriae facta fuit, abbas et conventus Dolensis monasterii, quod ipsis ad provisionem decem librarum Turonensium monetae defuerit, integre suppleant. Laterani X. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 247. fol. 45; Horoy H-i opp. omn. IV. 827. n. 125 ex mss. du Theil.* — « ET DVDVM ET. »

5402. — *Laterani 23 Martii.*
« Abbati monasterii sancti Quirici de Introduco Premonstratensis ordinis. » Quoad causam inter abbatem ipsum ex una parte et episcopum Pennensem ex altera, super ecclesia sancti Iohannis in Insula et quibusdam aliis ad monasterium ipsum spectantibus, in qua quoddam arbitrium promulgatum fuit a Thedino Portuensi episcopo et Oct(aviano) sanctorum Sergii et Bachi diaconis Cardinalibus in civitate Anagniae anno MCLXXXIII pont. Dñi Lucii PP. III anno III. indictione II. mensis Decembris die XXII; quae causa a Pontifice Honorio III. commissa fuit priori sancti Thomae et magistro Mathaeo ac Rainaldo canonicis Esculanis: auditis quae ab utraque parte proposita fuerunt coram Pelagio Albanensi episcopo auditore ab ipso Pontifice deputato; inter res alias statuit, ut institutio et destitutio, interdictum et excommunicatio in ecclesiis sancti Iohannis in Insula, sanctae Mariae de Ronzano, sancti Iohannis in Casanellis, sancti Nicolai in Galbano et sancti Salvatoris ad Phanum per arbitrium ipsum abbati monasterii supradicti concessa non sint relaxanda per Pennensem episcopum, qui et privilegia Apostolica monasterio sancti Quirici indulta servabit; omnes clerici qui sunt in ecclesiis in quibus celebratur baptismum et in quibus cura geritur animarum, tam in omnibus capellis sanctis Iohannis de Casanellis quam in omnibus aliis ecclesiis sive sint capellae sive non, in quibus cura geritur animarum, suscipiant eam curam de manu episcopi et reddant ei cathedraticum: quarta decimarum et mortuariorum pro medietate dividatur, correctio in spiritualibus ad episcopum, in temporalibus ad abbatem pertineat. Lat. X. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 257. fol. 46.* — « Te fili abbas. »

In eundem modum Pennensi episcopo verbis competenter mutatis.

5403. — *Laterani 23 Martii.*
« Abbati et preposito Marturensibus et archipresbytero de Colle, Florentine et Wlterane diocesum. » Rescisso venditionis contractu, quo abbas et conventus sancti Antimi Clusinae dioecesis alienarunt (Gratiadeo) Pistoriensi episcopo quasdam possessiones monasterii sancti Thomae Pistoriensis dioecesis eorum ecclesiae subiecti, statuit ut iidem abbas et conventus restituant episcopo memorato duo milia librarum Pisanorum praetii numerati quod pro dicta venditione receperunt, quod si abbas et conventus neglexerint adimplere, ipsi mandatum apostolicum per censuras ecclesiasticas exequantur. Lat. X. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 275. fol. 49.* — « Proponentibvs olim dilectis. »

5404. — *Laterani 23 Martii.*
Abbatem totumque conventum in Homburgk (ord. s. Ben. Magunt. dioc.) cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem advocatiam ecclesiae suae, quam dux Saxoniae una cum consensu coheredum suorum eis absolute contulit, insuper tres villas Korner, Swobhusen et Salcza eis confirmat. — Laterani X. Kal. Apr. anno nono. — *(Krannichfeld) Hist. Nachrichten von d. erst. Stiftung... des Kl. Homburg. (Langensalza 1774. 4.) 46; Förstemann Urk. des Bened. Klosters Homburg 34; germanice ap. C. F. Göschel Chron. der Stadt Langenzalza (1818. 8.) I. 116; Potthast 637. n. 7386.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

5405. — *Laterani 23 Martii.*
« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali, Ap. Sed. Leg. » Nuntiat ei quid statuit super provisione cappellanorum ecclesiarum Bituricensis dioecesis in quibus Dolen semonasterium ius obtinet patronatus, eique mandat quatenus, extimatis per ipsum focis et omnibus proventibus quos providit Pontifex extimandos, quod super hiis est provisum ab Apostolica Sede observari faciat.

Laterani VIII. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 248. fol. 45.* — « Et dvdvm et sepe. »

5406. — *Laterani 25 Martii.*

« Abbati et conventui Aquicintensibus. » Ipsis postulantibus indulget ne quis, pro eo quod quandoque ipsi in grangiis suis ponunt aliquos viros monachos sacerdotes qui celebrent in capellis ibidem consistentibus, curam habentibus animarum, audeat ab eis procurationes pro ipsis grangiis extorquere. Laterani VIII. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 265. fol. 48; Bibl. Nat. Paris Mss. lat. f. Moreau t. CXXXV. p. 104; Horoy H-i opp. omn. IV. 828. n. 126.* — « Qvanto sincerivs monasterivm. »

5407. — *Laterani 26 Martii.*

« Archidiacono et archipresbytero Senensibus et preposito Marturensi Florentine diocesis. » Quum episcopus Pistoriensis occasione venditionis sibi factae de monasterii sancti Thomae Pistoriensis possessionibus et aliis in venditione contentis ab abbate et conventu sancti Antimi Clusinae dioecesis, thesaurum, bladum, animalia, instrumenta et alia ipsi monasterio subtraxisse dicatur, mandat eis ut eumdem episcopum ad restitutionem omnium quae per ipsum subtracta esse constiterint, monasterio memorato compellant. Lat. VII. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 271. fol. 49.* — « Cvm per venerabilem. »

5408. — *Laterani 26 Martii.*

« Iacobo de Vidoro canonico Tervisino. » Concedit ei ut non obstante defectu natalium possit ad sacros ordines promover iet ad ecclesiasticas dignitates assumi, ita tamen ut si ipsum ad pontificalem vocari contigerit dignitatem, illam nequaquam absque Apostolicae Sedis speciali licentia recipiat. Laterani VII. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 288. fol. 52.* — « Consvevit apostolice sedis. »

5409. — *Laterani 27 Martii.*

« Conventui sancti Thome de sancto Amato Pistoriensis diocesis. » Venditio de quibusdam possessionibus facta ab abbate et conventu sancti Antimi favore Pistoriensis episcopi, citatis partibus ab archidiacono et archipresbytero Senensibus ad Sedem Apostolicam, rescinditur, eosque ac fideiussores ac eiusdem monasterii homines a iuramenti ac alterius obligationis ac excommunicationis vinculo, quo occasione huiusmodi contractus tenebantur, absolvit. Laterani VI. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 272. fol. 49.* — « Proponentibvs olim abbate. »

5410. — *Laterani 28 Martii*

« Priori et capitulo Grandimontensibus. » Pro reformando eorum ecclesiae statu, post multos perlatos labores, audita relatione (Philippi) Aurelianensis episcopi et subdecani Aurelianensis, cui (Mauritius) Cenomanensis episcopus vices suas commiserat, tres provisiones suggerit, inter quas mandat ut tertiam, quae ab archiepiscopo Bituricensi et episcopo et Guidone archidiacono Lemovicensibus, de consilio clericorum et conversorum ac multorum abbatum et aliorum bonorum virorum eiusdem loci, electa fuit, observent; haec autem provisio est ut, « fratribus iam tunc receptis in ordine regulam ipsam iuxta sue professionis debitum observantibus, eadem circa recipiendos de cetero temperaretur hoc modo, ut videlicet quatuor articuli prenotati de regula subtraherentur eadem, et recipiendi de cetero profiterentur regulam per subtractionem articulorum huiusmodi temperatam, hiique bonorum ordinis vestri iam liciti possessores curam gererent eorumdem, et de ipsorum proventibus sibi et vobis fraterne caritatis ministerio necessa-

ria ministrarent, totque assumerentur de novo sic temperatam regulam professuri quot ad curam sufficerent supradictam. » Lat. V. Kal. Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 278. fol. 50.* — « EA QVE PRO ECCLESIE. »

5411. — *Laterani 28 Martii.*

Abbatem et conventum SS. Eucharii et Matthiae (Trevir. dioc.) tuendos suscipit, specialiter autem ecclesiam de Machera [Königsmachern] eis confirmat. Laterani V. Kal. Apr. anno nono. — *Mittelrheinisches VB. III. 203. n. 243; Potthast Append. 2096. n. 7386a. — 26132; Horoy H-i opp. omn. IV. 828. n. 127.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

5412. — *Laterani 3 Aprilis.*

« Magistro B(ernardo) Segobiensi electo. » Concedit ut beneficia quae ante suam electionem adeptus fuit retinere possit, quousque Segobiensis episcopatus possessionem plenam et pacificam assequtus fuerit. Laterani III. Nonas Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 252. fol. 45.* — « AD EXHIBENDAM TIBI. »

5413. — *Laterani 3 Aprilis.*

« F(erdinando) illustri regi Castelle. » Hortatur eum ut si quid habet contra B(ernardum) Segobiensem electum et electionem ipsius, pro reverentia Apostolicae Sedis liberaliter ei condonet, eique omnia occupata restitui faciat; ipsum vero libere redire ad Segobiensem ecclesiam et pastorale in ea officium exercere permittat. Dat. ut supra (Lat. III. Nonas Aprilis anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 253. fol. 45; Mss. Vall. I. 53.* — « AVDIVIMVS ET DOLEMVS. »

In eumdem modum scriptum est Berengarie regine Castelle. — *Reg. Vat. l. c.*

5414. — *Laterani 3 Aprilis.*

« F(erdinando) illustri regi Castelle. » Referentibus (Roderico) Toletano archiepiscopo et quibusdam suffraganeis suis, dolet quod ipse consentire noluit electioni episcopi Segobiensis, asserens illam fuisse sine eius assensu celebratam, et eundem electum post electionem et consecrationem suam episcopatum Segobiensem exire coegit; quare hortatur eum ut eidem restituat ablata, eumque ad suam ecclesiam redire permittat, alioquin in hoc articulo procedet prout secundum Dominum fuerit procedendum. Dat. ut supra (Laterani III. Non. Aprilis anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 254. fol. 45-46; Mss. Vall. I. 53; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 41 (fragm); cf. Potthast Append. 2096. n. 7451 a-26145 cum hac nota loci et temporis: Reate III. Non. Aug. anno decimo.* — « NEC NOS DECERET. »

5415. — *Laterani 3 Aprilis.*

Abbati et conventui SS. Eucharii et Matthiae Trevirensis dioecesis Permutationem curtis de Stein pro de Machere et de Susanges villis inter ipsos ex parte una et decanum capitulumque s. Mariae Magdalenae Virdunensis ex altera habitam confirmat. Laterani III. Non. April. anno nono. — *Mittelrheinisches VB. III. 204. n. 244, omisso exordio; cf. Potthast append. 2096. n. 7386b-26133; Horoy H-i opp. omn. IV. 829. n. 128.*

5416. — *Laterani 4 Aprilis.*

(Hugoni) episcopo Dunkeldensi, (Iohanni) abbati et(?) priori de Lundors s. Andreae dioc. causam vertentem inter rectorem ecclesiae de Naythinthern et abbatem conventumque de Driburgh eiusd. dioc. super quibusdam decimis committit cognoscendam et terminandam. — Laterani II. Non. Apr. anno nono. — *Liber S. Marie de Dryburgh 145. in n. 202; Potthast 637. n. 7387.* — « DILECTVS FILIVS RECTOR. »

5417. — *Laterani 4 Aprilis.*

Abbatem et conventum ss. Eucharii et Matthiae Trevirensis dioecesis protegendos suscipit eisque omnes domos, homines, possessiones et alia bona confirmat. Laterani II. Non. Aprilis anno

nono. — *Mittelrheinisches VB. III. 204, n. 245 omisso exordio; cf. Potthast append. 2096. n. 7386c-26134; Horoy H-i opp. omn. IV. 829. num. 129. (3 April.).*

5418. — *Laterani 5 Aprilis.*

(Sibodoni) decano Aquensi ecclesiam in Iupille (prope Leodium) cum pertinentiis eius ad decanatum Aquensem spectantem confirmat. Laterani Non. Apr. anno nono. — *Quix Cod. dipl. Aquens. I. 11. 101. n. 141; Potthast 637. n. 7388; Horoy H-i opp. omn. IV. 830. n. 130.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

5419. — *Laterani 7 Aprilis.*

« Magistro Olivero electo Padeburnensi. » Irritans electionem de Henrico quondam praeposito ecclesiae sanctorum Apostolorum Petri et Andreae factam a capitulo Padeburnensi, electionem de ipso Olivero a maiori eiusdem capituli parte celebratam confirmat, eique curam et regimen ecclesiae Padeburnensis committit. Laterani VII. Idus Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 249. fol. 45; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 16; Schaten Ann. Paderborn. I. 1001; Potthast 637. n. 7390; Horoy H-i opp. omn. IV. 831. n. 132.* — « AVDITIS ET INTELLECTIS. »

5420. — *Laterani 7 Aprilis.*

« Nobilibus et ministerialibus Padeburnensis ecclesie. » Vt magistro Olivero electo Padeburnensi tamquam patri et pastori intendant, et ei, sicut tenentur, exhibeant iuramenta fidelitatis. Dat ut supra (Laterani VII. Idus Aprilis anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 250. fol. 45; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 16; Schaten l. c. 1001 (deficiente initio); cf. Potthast 637. n. 7391; Horoy H-i opp. omn. IV. 832. n. 133.* — « AVDITIS ET INTELLECTIS. »

5421. — *Laterani 7 Aprilis.*

« (Conrado) Portuensi episcopo Apost. Sedis Legato et (Engelberto) archiepiscopo Coloniensi. » Vt electionem magistri Oliveri in episcopum Padeburnensem, ab Apostolica Sede confirmatam, observari faciant, et Henricum praepositum ecclesiae sanctorum Apostolorum Petri et Andreae compellant ad integram restitutionem quorumcumque bonorum Padeburnensis episcopatus, quae praetextu electionis suae hactenus tenuit occupata. Dat. ut supra (Laterani VII. Idus Aprilis anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 251. fol. 45; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 16; Schaten l. c. 1001 (absque nota chronol.); cf. Potthast 637. n. 7389; cf. Horoy H-i opp. omn. IV. 831. n. 131.* — « AVDITIS ET INTELLECTIS. »

5422. — *Laterani 7 Aprilis.*

« Bernardo, magistro Hospitalis sancti Spiritus eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Ad exemplar Innocentii PP. III. eorum Hospitale sancti Spiritus apud Montem Pessulanum constructum sub protectione recipit, possessiones, bona, et privilegia enumerat et confirmat. Laterani per manum magistri Guidonis Dñi PP. notarii VII. Idus Aprilis, indictione XIII. Incarnationis Dominice anno MCCXXV. pontificatus vero dompni Honorii PP. III. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 261. fol. 47; Mss. Vall. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 832. n. 134 ex mss. du Theil.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

5423. — *Laterani 7 Aprilis.*

« Vniversis prelatis ecclesiarum exemptarum in Romanie imperio consistentium. » Ut interdicti et excommunicationis sententias latas a patriarcha Constantinopolitano in subditos suos irrefragabiliter observent et ab eorum subditis observari faciant, ne occasionem praebeant laicis rebellionis et contemptus, quibus obedientiae et devotionis exemplum esse debent. Laterani VII.

Idus Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 264. fol. 48; Mss. Vall. I. 53.* — « Censvra ecclesiastice discipline. »

5424. — *Laterani 7 Aprilis.*

« Vniversis abbatibus et prelatis aliis ac conventibus et clericis in Constantinopolitana et Calcedonensi diocesibus constitutis. » Mandat eis, ut non obstante quod ipsi collationes ecclesiarum et monasteriorum receperint a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis presbytero Cardinali dum in illis partibus legationis officio fungebatur, patriarchae Constantinopolitano reverentiam et obedientiam debitam humiliter exhibeant, eique de iustitiis integre in spiritualibus respondeant, nisi forsan aliqui per expressum exemptionis privilegium ostenderint se munitos. Laterani VII. Idus Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 269. fol. 48.* « Venerabilis frater noster. »

5425. — *Laterani 7 Aprilis.*

« Vniversis abbatibus, et prelatis aliis, ac conventibus, et clericis in Constantinopolitana et Calcedonensi diocesibus constitutis. » Mandat eis ut non obstante quod ipsis in spiritualibus et temporalibus monasteria collata fuerint a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis presbytero Cardinali dum in partibus illis legationis officio fungebatur, ipsi patriarchae reverentiam et obedientiam debitam exhibeant, eique de iustitiis suis integre in spiritualibus et hiis quae spiritualibus sunt annexa respondeant, nisi forsan exemptionis privilegium ostenderint. Laterani VII. Idus Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 287. fol. 52. Similis epistolae superiori.* — « Venerabilis frater noster. »

5426. — *Laterani 7 Aprilis.*

« (?) Melfiensi et (Franc.) Rubensi episcopis. » Quum de monachis et de statu monasterii de Bantia Acherontinae dioecesis talia noscantur, quod super ea salva conscientia non possit conniventibus oculis pertransire, mandat ut contra supradictos monachos inquirant et quid canonicum fuerit statuant. Laterani VII. Idus Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 289. fol. 52; Mss. Vall. I. 53.* — « Plantatio qve non. »

5427. — *Laterani 8 Aprilis.*

« (Mauritio) episcopo Burgensi, (Iohanni) electo Calagurritano, et Lupo Roderici archidiacono Concensi (*sic*). » Auditis quae a (Roderico) Toletano archiepiscopo et quibusdam suis suffraganeis referuntur circa B(ernardum) electum Segobiensem, qui a F(erdinando) rege Castellae post electionem et confirmationem suam dicitur eiectus ab episcopatu et suis bonis spoliatus, mandat ut super hiis inquirant veritatem et si eis constiterit de praedictis, dictum electum restituere et restitutum defendere procurent. Laterani VI. Idus Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 255. fol. 46; Mss. Vall. I. 53.* — « Ex parte venerabilis. »

5428. — *Laterani 8 Aprilis.*

« (Matthaeo) patriarche et capitulo Constantinopolitanis. » Possessiones, redditus ac alia bona quae habent in insula Cretensi et in aliis locis imperii Romaniae confirmat. Laterani VI. Idus Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 258. fol. 47.* — « Ivstis petentivm. »

5429. — *Laterani 8 Aprilis.*

« Eisdem (patriarche et capitulo Constantinopolitanis). » Ecclesias Calcedonensem et Stealiminam cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, quas Iohannes tit. sanctae Praxedis presbyter Cardinalis, dum legationis officium in illis partibus exercebat, eorum ecclesiae inspecta desolatione ipsarum adiunxit, confirmat. Dat. ut supra (La-

terani VI. Idus Aprilis anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 259. fol. 47.* — « EA QVE PER APOSTOLICE. »

5430. — *Laterani 8 Aprilis.*

« Capitulo Thebano. » Referentibus I(ohanne) tit. sanctae Praxedis presbytero Cardinali ac patriarcha Constantinopolitano, quum idem Cardinalis dum in eorum partibus legationis officio fungeretur, eos prima vice quum in eorum ecclesia eligendus fuisset antistes, eligendi potestate privasset, quia personam multum patientem in litteratura defectum in archiepiscopum sibi elegerant, licet idem Cardinalis rite id fecerit, tamen ne provisionis dilatio ipsi ecclesiae dispendium generetur, huiusmodi poenam eisdem remittit. Laterani VI. Idus Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 270². fol. 49.* — « SICVT NOBIS DILECTI. »

In eundem modum scriptum est capitulo Corinthiensi.

5431. — *Laterani 8 Aprilis.*

De Horto S. Mariae et de Doccum prioribus ac magistro I. de Nova ecclesia plebano praescribit, quid de sententia excommunicationis contra (Theodoricum) episcopum Monasteriensem prolata fieri debeat. Laterani VI. Id. Apr. (anno nono). — *Hugo Sacrae antiq. monum. I. 478; Potthast 637. n. 7392; Horoy H-i opp. omn. IV. 834. n. 135.* — « DILECTI FILII PRAEPOSITVS. »

5432. — *Laterani 8 Aprilis.*

(Guidoni) Eduensi episcopo pallium concedit, eidem per Lingonensem vel per Cabilonensem episcopum assignandum. Laterani VI. Id. Apr. anno nono. — *Gallia christ. IV. (ed. 1728). 400 initium deest; Potthast 637. n. 7393; cf. Horoy H-i opp. omn. IV. 835. n. 136.*

5433. — *Laterani 8 Aprilis.*

Notum facit, magistrum hospitalis Monspeliensis ordinis s. Spiritus nemini subesse nisi Sedi Apostolicae. Laterani VI Id. April. anno nono. — *Toussart diplomata I. 17; Potthast 637. n. 7394.*

5434. — *Laterani 8 Aprilis.*

Abbatem et conventum de Wadegocinga Praemonstr. ordin. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem de Colredal, de Bucis, de Erbrestwilre et de Eshwilre ecclesias eis confirmat. Laterani VI. Id. April. anno nono. — *Kremer Ardennisches Geschlecht. Urk. 319; Mittelrheinisches VB. III. 204. n. 206, omisso exordio; cf. Potthast append. 2096. n. 7394a-26135; cf. Horoy H-i opp. omn. IV. 835. n. 137.*

5435. — *Laterani 9 Aprilis.*

(Andreae) de Capemberg, (Radolfo) de Holinchusen et (Thomae) de Susat praepositis Coloniens. et Monasteriens. diocc. mandat, ut causam inter decanum capitulumque Monasterienses ex parte una et (Iuttam) abbatissam conventumque monasterii de Frikenhorst Monast. dioc. ex altera super archidiaconatu ecclesiae s. Crucis eiusdem loci vertentem fine debito terminent. Laterani V. Id. Apr. anno nono. — *Wilmans Westfäl. VB. III. 116. n. 213; Potthast 637. n. 7395; Horoy H-i opp. omn. IV. 836. n. 138.* — « DILECTI FILII DECANVS. »

5436. — *Laterani 10 Aprilis.*

« (Matthaeo) patriarche et capitulo Constantinopolitanis. » In causa inter M. archidiaconum Anconitanum capellanum P(elagii) Albanensis episcopi ex una parte, et Stephanum Bolli clericum eiusdem patriarchae super praebenda quam olim magister Clemens obtinuit in eorum ecclesia, auditis quae hinc inde proposita fuerunt coram Gregorio subdiacono et capellano Pontificis, mandat ut ipsum archidiaconum vel procuratorem ipsius inducant in corporalem possessionem praebendae supradictae, et praebendam si qua vacat vel primo vacaturam in ecclesia supradicta eidem Stephano vel procuratori suo conferant, alioquin episcopo Salimbriensi, abbati sancti Angeli in Pera Cisterciensis ordinis et cantori Buc-

celeonis Constantinopolitanis dat litteris in mandatis ut id adimplere procurent. Laterani IIII. Idus Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 266. fol. 48.* — « DILECTIS FILIIS M. »

5437. — *Laterani 10 Aprilis.*

« Abrahe monacho de Abertomiwe. » Referentibus abbate et conventu sui monasterii, et ex testimonio (Henrici) regis Angliae ac (Stefano) Cantuariensis archiepiscopi sanctae Rom. Eccl. Cardinalis et quorumdam aliorum religiosorum virorum, quum ipse de patre soluto genitus sit et de soluta, et talentum ei suffragetur scientiae, atque constet ipsum virum esse benignum, ciscumspectum et humilem et pluribus aliis virtutibus insignitum, eiusdem abbatis et conventus supplicationibus annuens, eum legitimat ita ut ad dignitates ecclesiasticas impedimento huiusmodi non obstante admitti possit. Laterani IIII. Idus Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 292. fol. 53.* — « NON EST IN SEMINE. »

5438. — *Laterani 10 Aprilis.*

Priori monasterii Fontis Ebraudi committit, ut regulares personas sive mares sive mulieres, qui pro manuum violenta iniectione in canonem sententiae promulgatae inciderint, absolvere possit. Laterani IV. Id. Apr. anno nono. — *La Mainferme Clypeus Fontebrald. ord. III. 40; Potthast 637. n. 7396.*

5439. — *Laterani 11 Aprilis.*

« (Matthaeo) patriarche Constantinopolitano. » Indulget ei ut nemo praeter Apostolicae Sedis Antistitem vel Legatum seu Delegatum habentem super hoc expressum et speciale mandatum in eius personam suspensionis vel excommunicationis sententias promulgare possit. Laterani III. Idus Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 256. fol. 46; Mss. Vall. I. 53.* — « ECCLESIE CONSTANTINOPOLITANE NOBILITATE. »

5440. — *Laterani 11 Aprilis.*

« (Galtero) Carnotensi, (Mauritio) Cenomanensi, et (Philippo) Aurelianensi episcopis. » Committit eis quatenus toto studio diligenter inquirant contra interfectores abbatis beatae Mariae de Burgo Medio ordinis sancti Augustini, post cuius assumptionem ad regimen dictae abbatiae eius studio et sollicitudine infra breve tempus commissa sibi ecclesia de orroris vastaeque solitudinis loco et cubili draconum in deliciarum spiritualium paradisum extitit reformata, et tanti facinoris culpabiles excommunicatos publice denuntient, et exerceant insuper in clericos districtionis ecclesiasticae ultionem, ita quod culpa poenam debitam non effugiat. Laterani III. Idus Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 296. fol. 54; Mss. Vall. I. 53.* — « NECEM BO. ME. ABBATIS. »

5441. — *Laterani 11 Aprilis.*

« Abbati et conventui Celle nove. » Ipsis supplicantibus confirmat quod factum est a rege Legionensi, qui quum quoddam castrum quod vocatur Berin construxisset in quodam monte ipsius monasterii non sine magno eorum gravamine, idem rex destrui fecit castrum praedictum et inhibuit ne quis in posterum in eodem monte castrum rehaedificaret. Dat. ut supra (Laterani III. Idus Aprilis anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 297. fol. 54.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

5442. — *Laterani 11 Aprilis.*

(Andreae) de Capenberge, (Radolfo) de Holinchusen et (Thomae) de Susat praepositis Coloniens. et Monaster. diocc. scribit, se decano maioris ecclesiae, praeposito S. Petri et Volquino canonico Patherbrunnensi causam inter B(ernardum) cantorem Monasteriensem ex parte una et (Iuttam) abbatissam et conventum monasterii in Frikenhorst Monaster. dioc. ex altera super archidiaconatu eiusdem loci vertentem. Mandat eis,

ut si dicti iudices apostolicum praeceptum neglexerint adimplere, ex tunc eandem causam terminent. Laterani III Id. Apr. anno nono. — *Wilmans Vestfäl VB. III. 116. n. 214; Potthast 637. n. 7397; Horoy H-i opp. omn. IV. 836. n. 139.* — « DILECTVS FILIVS B(ERNARDVS). »

5443. — *Laterani 12 Aprilis.*

« Decano, archidiacono et cantori Parisiensibus. » Vt iniungant Meldensi episcopo ex una parte et abbatissae et conventui et clero et populo Iotrensibus ex altera ad comparendum coram Pontifice, pro causa super iurisdictione quam idem episcopus in eos se habere contendit, quae causa ab archidiacono Trecensi et collegis suis instructa fuit. Laterani II. Idus Aprilis anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 260. fol. 47; Horoy H-i opp. omn. IV. 837. n. 140 ex mss. du Theil.* — « CVM DILECTI FILII. »

5444. — *Laterani 13 Aprilis.*

Le pape approuve la convention arrêtée entre l'abbaye et Milon évêque de Térouanne, le 10 Novembre 1167, au sujet du droit de gîte qu'il pouvait réclamer à titre de patron des églises de Boeseghem et de Terdeghem, convention qui avait été observée loyalment jusqu'à ce jour. — *V. Lokeren Chartes de l'Abb. de Saint Pierre 252. n. 480; cf. Potthast 633. n. 7398.*

5445. — *Laterani 15 Aprilis.*

« Magistro Andree canonico Palentino. » Non obstante quod ipse iam iudaeus extiterit, attenta tamen eius laudabili conversatione et eminenti eius scientia, qui septem est liberalibus artibus eruditus, plenam habens intelligentiam diversorum idiomatum, ebraici et caldei, arabici et latini, episcopo Palentino supplicante, indulget ut ad beneficia et dignitates ecclesiasticas, excepto episcopatu, valeat, si canonice ipsi offerantur, assumi. Lat. XVII. Kal. Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 267. fol. 48.* — « AD PERSONE TVE. »

5446. — *Laterani 15 Aprilis.*

« (Mauritio) Burgensi, et (Tello) Palentino episcopis et (Iohanni) electo Calagurritano. » Quum E. prior et capitulum clericorum Vclenses ordinis militiae sancti Iacobi, propter multas et intollerabiles iniurias quas magister et fratres eiusdem ordinis Conchensis dioecesis eisdem intulerant, ad Papam appellassent, et post litteras Apostolicas a dicto priore et clericis ad archiepiscopum Toletanum impetratas idem magister, hoc cognito, priorem prioratu spoliaverit et G. clericum intruserit, aliaque contra iustitiam patrasse dicatur, mandat eis ut ad locum personaliter accedant, et si constiterit de praemissis, priorem et clericos in eum statum in quo fuerunt ante primam appellationem restituant. Lat. XVII. Kal. Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 281. fol. 51.* — « EX MVLTORVM RELATIONE. »

5447. — *Laterani 16 Aprilis.*

« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apost. Sedis Legato. » Proponente episcopo Massiliensi quod, quum ecclesia sua in quadam parte civitatis Massiliensis, quae ab alia certis limitibus est discreta, iurisdictionem obtineat temporalem, cives eiusdem cum civibus partis alterius in suum et Massiliensis ecclesiae grave praeiudicium de novo praesumpserint facere unionem, ut sic evacuent iurisdictionem ecclesiae supradictae; mandat ei ut cives ipsos ad rescindendam huiusmodi unionem, non obstante iuramento quod de ea servanda praestitisse dicuntur, compellat. Lat. XVI. Kal. Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 262. fol. 47; Horoy H-i opp. omn. IV. 838. n. 141. ex mss. du Theil.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

5448. — *Laterani 16 Aprilis.*

« Eidem (Romano sancti Angeli diacono Cardinali Apost. Sedis Legato). » Significat se Massiliensi episcopo voti executionem transeundi in subsidium Terrae Sanctae

suspendere, ut ad defendendum ecclesiae suae libertates ac iura intendat diligenter, eumque hortatur quatenus contra subvertentes Massiliensis ecclesiae libertates auxilium et favorem eidem impendat. Dat. ut supra (Laterani XVI. Kal. Maii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 263. fol. 48; Horoy l. c. 839. n. 142 ex mss. du Theil.* — « VENERABILI FRATRE NOSTRO. »

5449. — *Laterani 17 Aprilis.*
« (Ottobello) episcopo Laudensi, F. de Dervio ordinario et B. de Puteobenello canonico sancti Nazarii Mediolanensis. » Quoad causam inter plebanum sanctae Mariae de Blanderato et rectorem Hospitalis Scotorum et quosdam alios clericos dioecesis Vercellensis ex una parte, et communem Novariensem ex altera super incendiis, rapinis et aliis damnis a praedicto commune eorundem ecclesiis allatis; quae causa primum archipresbytero, praeposito et cantori Taurinensibus commissa fuit, et postmodum N(icolaus) episcopus Tusculanus auditor concessus est, qui, sindaci dicti communis exceptiones reiiciens, eum in expensis legitimis condemnavit; Pontifex, hanc sententiam confirmans, mandat ut decernant irritum et inane quidquid a primis iudicibus factum est, et audiant quae partes super principali negotio duxerint proponenda, et causam ipsam definiant. Laterani XV. Kal. Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 294. fol. 53.* — « PLEBANO SANCTE MARIE. »

5450. — *Laterani 19 Aprilis.*
« (Conrado) abbati Premonstratensi. » Quoad causam quae inter ipsum ex parte una, et praepositos sanctae Mariae Magdeburgensis, de Gratia Dei, de Liezeka, de Brandeburg, de Havelberg, de Rasceburg, de Ihericho, de Colebethe, de Rothe, de Quetelingeburg, de Widda, de Polethe, de Grammorwe et de Temenis ex altera vertebatur, super eo quod idem abbas asserebat praefatos praepositos debere annis singulis Praemonstratum convenire ad generale capitulum et communibus institutionibus ordinis obedire, concordiam, quae mediantibus cantore Metensi et collegis suis coram C(onrado) Portuensi episcopo Apost. Sedis Legato amicabiliter inita fuit, confirmat. Laterani XIII. Kal. Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 268. fol. 48; Hugo Annal. Praem. I. prob. 25; Le Paige Bibl. Praem. 926; Klempin Pommersches VB. I. 172. n. 230; Potthast 638. n. 7399; Horoy H-i opp. omn. IV. 839. n. 143; Rodenberg Ep. Sel. 194. n. 270.* — « EA QVE PRO ECCLESIARVM. »

5451. — *Laterani 19 Aprilis.*
Compositionem inter abbatem conventumque B. Mariae de Camberone ex parte una et abbatem conventumque S. Cornelii Indensis Coloniens. dioc. ex altera super decima de Wodeka factam confirmat. Laterani XIII. Kal. Maii anno nono. — *Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 29. n. 23; Potthast 638. n. 7400; Horoy H-i opp. omn. IV. 840. n. 144.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

5452. — *Laterani 28 Aprilis* (?)
Camerinensi, Tornacensi et Leodiensi episcopis et abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis per eorum dioeceses constitutis. Ut abbatissam et sorores de Fonte b. Mariae Cisterc. ord. a molestatoribus per excommunicationem, si laici fuerint, et per suspensionem ab officio et beneficio, si clerici vel canonici regulares aut monachi fuerint, appellatione remota, defendant. Laterani III. Kal. (Martii *forte*) Maii anno nono. — *Bibl. Nat. Paris. mss. lat. f. Moreau t. CXXXV. p. 123; Horoy H-i opp. omn. IV. 613. n. 200.* — « NON ABSQVE DOLORE. »

« Honorius papa Vrbem exiens propter seditiones et bella, quae in ea fiunt sub Parentio senatore, *apud Tyburem* se contulit, ad quem pro dilatione passagii obtinenda imperator mittit (Iohannem) Ierosolymitanum regem et patriarcham,

qui tamen apud Reate accepere responsum. » — *Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori, Scr. rev. Ital. VII. 998 (ap. Vghelli Ital. sacr. (ed. 1647) III. 985); Potthast 638. post n. 7400.*

5453. — *Tibure 29 Aprilis.*
« Garino de Beloy, Ambianensis diocesis clerico. » Eius precibus misericorditer annuens dispensat cum eo super defectu natalium, concedens ut tali non obstante impedimento promoveri possit ad sacros ordines, et ad ecclesiastica beneficia et dignitates assumi, sic tamen quod si ipsum ad honorem vocari contigerit praesulatus, illum absque Sedis Apostolicae speciali licentia non recipiat. Tibure III. Kal. Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 302. fol. 56; Horoy H-i opp. omn. IV. 842. n. 146 ex mss. du Theil.* — « CVM PATER TVVS. »

5454. — *Tibure 29 Aprilis.*
« Capitulo sancti Quintini Noviomensis diocesis. » Quoad causam ab I. eorum decano contra ipsos motam super restitutione fructuum praebendarum ipsius et iurisdictionis quam se dicebat habere in populo ac clericis extra chorum, nec non proventuum qui ex ipsa iurisdictione proveniunt, quibus se proponebat ab ipsis esse spoliatum, et super reverentia et obedientia quas ab omnibus et singulis de capitulo sibi tamquam praelato et decano petebat etc., cassat processum habitum coram archidiacono in Bria et collegis suis, quia in eo litis contestatio non apparet, ita tamen quod in suo statu remaneat restitutio facta decano a priore sancti Victoris et coniudicibus suis. Tibure III. Kal. Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 303. fol. 56; Horoy H-i opp. omn. IV. 841. n. 145 ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS I. »

5455. — *Tibure 29 Aprilis.*
« Decano sancti Quintini Noviomensis diocesis. » Sententiam circa litem ab eo motam contra capitulum sancti Quintini super restitutione fructuum praebendarum et iurisdictionis etc., *de quibus in superiori epistola*, ipsi notam facit. Dat. ut supra (Tibure III. Kal. Maii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 304. fol. 56.* — « CONTRA DILECTOS FILIOS. »

5456. — *Tibure 1 Maii.*
A(zonem) Anconitanum et Estensem marchionem vocat ad se, ut marchiam Anconitanam tamquam suum feudum libere recipiat. Tibure Kal. Maii anno nono. — *Muratori Antiqq. Ital. I. 333; Scheid Origg. Guelf. II. 647; fragm. mai. Amiani Mem. di Fano I. 188; Potthast 638. n. 7401; Horoy H-i opp. omn. IV. 842. n. 147.* — « BENIGNE RECEPIMVS ET. »

5457. — *Tibure 2 Maii.*
(Canonicis S. Mariae Middelburgensis postulantibus) inhibet, ne quis eis pro benedictione abbatum suorum aliquid contra statuta concilii generalis extorquere praesumat. Tibure II. (?) Maii anno nono. — *Hugo Annal. Praemonstr. II. prob. 129; Potthast 638. n. 7402; Horoy H-i opp. omn. IV. 844. n. 149.* — « CVM A NOBIS. »

5458. — *Tibure 2 Maii.*
Abbati et conventui SS. Matthiae et Eucharii Treveren., qui supplicaverant, ut in b. apostoli Matthiae et aliarum praecipuarum festivitatum novem lectionum sollempnitatibus in ecclesia sua TE DEVM LAVDAMVS ac GLORIA IN EXCELSIS DEO cantare iuxta Romanae Ecclesiae consuetudinem ipsis liceret, postulata concedit. Tibure VI. Non. Maii anno nono. — *Mittelrheinisches UB. III. 205. n. 247; Potthast Append. 2096. n. 7402a-26136; Horoy H-i opp. omn. IV. 843. n. 148.* — « EX PARTE VESTRA. »

5459. — *Tibure 4 Maii.*
« (Alberto) episcopo, et sancti Gervasii Brixiensi, et Leonensi Brixiensis diocesis abbatibus. » Electionem Conradi monachi sancti Laurentii Cremonensis in abbatem mo-

nasterii sancti Thomae Cremonensis examinent, et si de persona idonea canonice ipsam celebratam invenerint, confirment. Tibure IIII. Non. Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 307. fol. 56.* — « Dilecti filii conventvs. »

5460. — *Tibure 5 Maii.*

« Abbati et conventui sancte Marie Eboracensis. » Terminum eis praefigit transmittendi ad Apostolicam Sedem indulgentias et privilegia, quibus ipsi asserunt Eboracensem archiepiscopum non posse monasterium eorum visitare et excessus in eodem corrigere delinquentium, et super quibusdam pensionibus contra lateranense concilium impositis seu de novo adauctis, alioquin, quum huiusmodi privilegia habeat suspecta, dat litteris in mandatis Conventrensi, et de Kinelleworthe Conventrensis dioecesis prioribus et archidiacono Conventrensi ut eos ad id per censuras ecclesiasticas compellant. Tibure III. Non. Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 305. fol. 56.* — « Ex parte venerabilis. »

5461. — *Tibure 5 Maii.*

« Episcopo Beethlemitano. » Indulget ei ut, quum Beethlemitana ecclesia iam per triginta et novem annos permissione divina fuerit in manibus paganorum, nec tempus huiusmodi nec id per quod ecclesia ipsa tenebitur a paganis eidem currat ecclesiae, vel ad praescribendum prosit alicui contra eam. Tibure III. Non. Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 314. fol. 57.* — « Ivstis providentie tve. »

5462. — *Tibure 5 Maii.*

« Conventui monasterii Wigorniensis. » Compositionem inter eos ex una parte et Wigorniensem episcopum ex altera super institutione ac destitutione prioris in eorum monasterio pro tempore faciendis ac super custodia prioratus, ipso prioratu vacante, nec non super proventibus Tumbe ac Feretorum sancti Wulstani et aliis quibusdam articulis, mediantibus Stephano Cantuariensi archiepiscopo sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali, Lincolniensi et Bathoniensi episcopis, et de Evesham et de Randing̃ abbatibus et magistro S. de Ektim̃ clerico amicabiliter initam, confirmat. Tibure III. Non. Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 362. fol. 67; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Ivstis petentivm. »

5463. — *Tibure 5 Maii.*

Abbati et conventui de Loco s. Mariae (Marienstatt) Cisterc. ord. possessiones super Nistriam maiorem, quas eis Henricus comes de Saine et M(echtildis) uxor eius donarunt, confirmat. Tibure III. Non. Maii anno nono. — *Origin. in archiv. Idsteinensi; Mittelrheinisches UB. III. 205. n. 248*, omisso exordio; *Potthast append. 2096. n. 7402 b-26137; Horoy H-i opp. omn. IV. 844. n. 150.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

5464. — *Tibure 6 Maii.*

« Vniversis archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum prelatis et clericis citra Bondenitiam constitutis. » Gratulatur quod iuxta mandatum apostolicum ad muniendum castrum de Bondonitia (*sic*) mille trecenta iperpera contulerunt, ut illud a nob. viro G. domino dicti castri et suis non contingeret deseri vel amitti, sed usque ad adventum Wilelmi marchionis Montisferrati possit commode ab eisdem retineri: quare quidquid occasione huius operis ab Atheniensi archiepiscopo et collegis suis contra ipsos factum est, revocat. Tibure II. Non. Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 306. fol. 56; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 9.* — « Gratvm gerimvs et. »

5465. — *Tibure 6 Maii.*

« (Mauritio) Burgensi, et (Tello) Palentino episcopis, et L. Roderici archidiacono Conchensi. » Meminit se ipsis Burgensi

episcopo et archidiacono Conchensi nec non Calagurritano electo scripsisse super restitutione magistri B(ernardi) Segobiensis electi, de quo nunc mandat ut, postquam plenarie fuerit restitutus et pacificam possessionem habuerit ecclesiae Segobiensis, statim post mensem a tempore restitutionis ipsi in electionis negotio procedant. Tibure II. Non. Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 308. fol. 56.* — « SVPER RESTITVTIONE DILECTI. »

5466. — *Tibure 7 Maii.*

« Decano, I. archidiacono et Bernardo canonico Cathalaunensibus. » In causa quae inter (Galterum) archiepiscopum Senonensem et abbatissam Iotrensem vertebatur super iurisdictione quam idem archiepiscopus in Iotrensi monasterio se habere asserebat, nec non super suspensionis sententia quam abbatissa iniuste in se latam et supe riniuriis quas eidem monasterio ab eodem archiepiscopo irrogatas fuisse querebatur, quum archidiaconus Pontinensis et collegae ipsius a Sede Apostolica iudices deputati, sententiam quoad meritum non protulissent quia procurator archiepiscopi obiciebat abbatissam non esse audiendam ratione excommunicationis a cantore Parisiensi et suis coniudicibus auctoritate Apostolica promulgatae, et eadem abbatissa animadverteret ex adverso huiusmodi excommunicationis sententiam a cantore Cathalaunensi et suis coniudicibus fuisse relaxatam: mandat Pontifex ut, convocatis partibus, quod canonicum visum fuerit pronuntient. Tibure Nonis Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 298. fol. 54; Horoy H-i opp. omn. IV. 845. n. 151 ex mss. du Theil.* — « EX PARTE VENERABILIS. »

5467. — *Tibure 7 Maii.*

Decano et conventui Casinensibus ecclesiam s. Petri de Foresta cum pertinentiis suis confirmat. Tibure Non. Maii anno nono. — *Tosti Monte Cassino II. 305; Potthast 638. n. 7403.* — « CVM OLIM.... »

5468. — *Tibure 9 Maii.*

« Priori et fratribus heremi sancti Benedicti de Monte Favali. » Eos sub protectione recipit, statuens ut regulam beati Guilelmi perpetuis inibi temporibus observent. Tibure VII. Idus Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 310. fol. 57.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

5469. — *Tibure 9 Maii.*

« Abbati de Bocon (*in e. l.* Becon), preposito et cantori Albensibus Vesprimiensis diocesis. » Causam quae inter fratres Hospitalis Ierosolimitani ex parte una, et abbatem ac monachos sancti Spiritus dioecesis Quinquecclesiensis ex altera vertitur, super ecclesia Sancti Spiritus et eius pertinentiis, in qua Innocentius PP. (III) auditorem partibus concesserat (Cinthium) sancti Laurentii in Lucina presbyterum Cardinalem, et demum Strigoniensi archiepiscopo et A. Vltrasilvano ac G. Oradiensi praepositis eandem commisit, quum supradicti archiepiscopus et praepositi sint, negotio indeciso, ab hac luce subtracti, mandat eis quatenus inspicientes acta iudicii diligenter causam ipsam terminent, alioquin eam instructam ad Apostolicam Sedem remittant. Tibure VII. Idus Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 318. fol. 58; Fejér Cod. dipl. III. 11. 30; Theiner Mon. Hung. I. 55. n. 117; Potthast 638. n. 7404; Horoy H-i opp. omn. IV. 847. n. 152.* — « IN LITTERIS FE. ME. »

5470. — *Tibure 9 Maii.*

« Magistro Michaeli Scotto. » Attenta scientia eius litterarum ob quam maioribus debet ampliari beneficiis, maxime a Sede Apostolica, quae in eruditis viris delectatur, indulget ei ut non obstante constitutione concilii generalis lateranensis, praeter unicum beneficium parrochiale quod in regno Angliae obtinet, unum aliud in eodem regno et duo in regno Scotiae, si canonice ei col-

lata fuerint, quamvis curam habeant animarum, recipere possit. Tibure VII. Idus Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 321[3]. fol. 59.* — « Ea es preditvs. »

5471. — *Tibure 10 Maii.*
« (Garino) episcopo Silvanectensi, abbati Karoli loci ordinis Cisterciensis Silvanectensis diocesis. » Vt episcopo Ambianensi et abbati et conventui sancti Richarii in Pontivo terminum praefigant cum omnibus munimentis suis ad Apostolicam Sedem comparendi, ut ad decisionem quaestionis procedatur quae inter eos vertitur super iurisdictione quam idem episcopus asserit in eodem monasterio se habere, non obstantibus litteris per quas iam dictis abbati et conventui mandavit, ut ab ipso episcopo recipiant crisma et oleum, consecrationes altarium et ecclesiarum ac ordinationes monachorum suorum secundum tenorem privilegii fe. me. Alexandri PP. monasterio eorundem concessi. Tibure VI. Idus Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 301. fol. 55; Horoy H-i opp. omn. IV. 848. n. 153 ex mss. du Theil.* — « Littere vestre nobis. »

5472. — *Tibure 10 Maii.*
« Capitulo Valentino. » Inhibet ne absque consilio et consensu patriarchae Ierosolimitani, qui eorum ecclesiae laudabiliter praefuit, ad electionem episcopi procedant. Tibure VI. Idus Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 311. fol. 57.* — « Et si venerabilem fratrem. »

5473. — *Tibure 10 Maii.*
« (Matthaeo) patriarche Ierosolimitano. » Mandat ei ut una cum capitulo Valentino personam sincerae opinionis ac famae ac Apostolicae Sedi devotam ecclesiae Valentinae provideat in episcopum. Dat. ut supra (Tibure VI. Idus Maii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 312. fol. 57.* — « Et si absolverimvs. »

5474. — *Tibure 10 Maii.*
« Eidem (patriarche Ierosolimitano). » Quum ipse, paganis Terram Sanctam detinentibus, sit bonis patriarchalibus destitutus, prioratum sanctae Margaritae in Campania ab abbate et conventu Cluniacensis monasterii ipsi cum quibusdam aliis possessionibus collatum quando a regimine eiusdem monasterii ad Valentinam ecclesiam assumptus fuit, confirmat. Dat. ut supra (Tibure VI. Idus Maii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 313. fol. 57.* — « Non possvmvs absqve. »

In eundem modum scriptum est (Roberto) episcopo, archidiacono et decano Trecensibus, verbis competenter mutatis, ut si qui eundem patriarcham vel procuratores eius super predictis prioratu et possessionibus presumpserint temere molestare, ipsorum presumptionem, monitione premissa, per censuras ecclesiasticas, appellatione remota, previa ratione compescant.

5475. — *Tibure 10 Maii.*
« Abbati et conventui Saxi vivi. » Quum Iterampnensis episcopus quereretur quod diversa monasteria ac ecclesiae aliae nec non etiam laicales personae fere omnes ecclesias et capellas in Iterampnensi civitate positas detinerent, ita quod non curarent sibi in aliquo respondere, datum fuit a Pontifice (Honorio III) in mandatis Scambio scriptori Apostolico ut personaliter ad dictam civitatem accedens, a rectoribus et clericis ecclesiarum et capellarum civitatis eiusdem faceret ipsi episcopo reverentiam et obedientiam dioecesanis a subditis debitam exhiberi: nuper quum lis mota fuisset inter episcopum praedictum et ipsos abbatem et conventum Saxi vivi quoad episcopalia iura in ecclesia sancti Nicolai Iterampnensis, enarrato toto litis processu coram G(regorio de Crescentio) sancti Theodori diacono Cardinali et (Pelagio) Albanensi episcopo tunc sanctae Ceciliae presbytero Car-

dinali habito tempore quo Iterampnensis ecclesia vacans episcopo Spoletano commendata erat; arbitrium editum a priore sanctae Mariae et a B. iudice Iterampnensibus, in quos a Rainerio episcopo Iterampnensi et ab ipsis abbate et conventu compromissum fuit, confirmat. Tibure VI. Idus Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 316. fol. 57.* — « CONQVERENTE OLIM VENERABILI. »

5476. — *Tibure 10 Maii.*

« Archiepiscopis et episcopis per Angliam constitutis. » Ad coercendam temeritatem eorum a quibus constitutiones Apostolicae falsantur, mandat ut a clericis suae dioecesis faciant sibi exhiberi litteras et nominatim indulgentias a quinquennio citra sub nomine Pontificis ipsius confectas et cum viris prudentibus eas examinent diligenter, et si quas invenerint de falsitate suspectas eas ad Apostolicam Sed. transmittant. Tibure VI. Idus Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. ep. 321[2]. fol. 59; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « LICET CONTRA FALSARIOS. »

5477. — *Tibure 11 Maii.*

« Priorisse monasterii de Moneketon eiusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum. » Eorum monasterium sub titulo sanctae Dei Genitricis et Virginis Mariae sub protectione recipit, statuens ut ordo monasticus sub regula beati Benedicti in eodem observetur, possessiones, bona et privilegia enumerat et confirmat. Tibure per manus magistri Guidonis dñi PP. notarii V. Idus Maii Indictione XIII. Incarnationis Dominice anno MCCXXV. pontificatus vero Dompni Honorii III PP. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 309. fol. 56.* — « PRVDENTIBVS VIRGINIBVS QVE. »

5478. — *Tibure 12 Maii.*

« (Hugoni) episcopo Lingonensi, abbati Cisterciensi, et priori de Sinemuro Cabilonensis et Eduensis diocesum. » Quum circa reformationem monasterii Bessuensis obtineri non potuerit ut fratres Praedicatores ad ipsum conveniant, et ipse debitorum oneribus valde prematur, mandat ut administratio totius terrae atque reddituum eius usque ad quadraginta annos Lingonensi episcopo confirmetur, ita quod sine distractione seu alienatione perpetua possit idem episcopus ad certum tempus concedere aliquam de possessionibus sive redditibus ipsius monasterii, retentis expensis tredecim monachorum instituendorum in ipso. Tibure IIII. Idus Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 317. fol. 58; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 849. n. 154 ex mss. du Theil.* — « LITTERE QVAS OLIM. »

5479. — *Tibure 12 Maii.*

« Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, ac aliis ecclesiarum prelatis presentem paginam inspecturis. » Vt patriarcham Ierosolimitanum, qui bonis patriarchalibus caret, eo quod sancta civitas Ierusalem a paganis detinetur, caritative recipiant et hilariter subveniant. Tibure IIII. Idus Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 319. fol. 58; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 8.* — « QVANTO VENERABILEM FRATREM. »

5480. — *Tibure 12 Maii.*

« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apostolice Sedis Legato. » Significat se iniunxisse patriarchae Ierosolimitano praedicandi verbum Crucis, unde plures facultates eidem concessit, inter quas commutandi in peregrinationis Ierosolimitanae laborem vota illorum qui voverunt beati Iacobi vel aliorum sanctorum limina visitare: ipsum igitur patriarcham ei sollicite commendat ut favorabilem ei se exhibeat ipsique consilium et auxilium opportunum impendat. Dat. ut supra (Tibure IIII. Idus Maii anno

nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 320. fol. 58; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 8.* — « QVANTO VENERABILEM FRATREM. »

5481. — *Tibure 12 Maii.*
« Patriarche Ierosolimitano. » Committit ei munus praedicandi verbum Crucis in subsidium Terrae Sanctae eidem concedens plures facultates et privilegia pro terris ad quas eum devenire continget. Dat. ut supra (Tibure IIII. Idus Maii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 321[1]. fol. 58-59; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 8.* — « QVANTO TE SPECIALIVS. »

5482. — *Tibure 12 Maii.*
« E. abbati de Middelborc Premonstratensis ordinis. » Concedit ei potestatem absolvendi eos qui inciderunt in sententiam excommunicationis a P(elagio) Albanensi episcopo tunc Apost. Sedis Legato in eos promulgatam, qui pecuniam in subsidium Terrae Sanctae datam sibi appropriarunt, dummodo ipsi pecuniam restituant in eiusdem Terrae Sanctae subsidium convertendam. Tibure IIII. Idus Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 322. fol. 59.* — « SIGNIFICASTI NOBIS QVOD. »

5483. — *Tibure 12 Maii.*
« Eidem (E. abbati de Middelborc Premonstratensis ordinis). » Vt (Godefridum) episcopum Cameracensem, (Henricum) ducem Brabantiae, Templarios quoque, Hospitalarios et omnes alios qui pecuniam deputatam pro subsidio Terrae Sanctae detinent, compellat, ut eam integre sibi assignent in idem subsidium convertendam, vel litteras Apostolicas sibi mittant quarum auctoritate ipsam sibi vindicare contendunt. Dat. ut supra (Tibure IIII. Idus Maii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 323. fol. 59; Rodenberg Ep. Sel. 198. n. 271.* — « SIGNIFICASTI NOBIS QVOD. »

5484. — *Tibure 12 Maii.*
« Eidem (E. abbati de Middelborc Premonstratensis ordinis). » Vt Crucis praedicationem in Flandria et Brabantia ei commissam utilius exercere valeat, concedit ei ut in locis interdictis, excommunicatis et nominatim interdictis exclusis, divina possit celebrare, ac pauperes, infirmos et inutiles a voto Crucis absolvere, ita ut hii quibus suppetierint facultates, pro se mittant in Terrae Sanctae subsidium idoneos bellatores. Dat. ut supra (Tibure IIII. Idus Maii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 324. fol. 59; Rodenberg l. c. n. 272.* — « CVM PREDICANDE CRVCIS. »

5485. — *Tibure 12 Maii.*
« Vniversis prioribus, et fratribus Hospitalis Ierosolimitani per Yspaniam constitutis. » Indulget eis, ut archiepiscopi, episcopi et alii ecclesiarum praelati in ecclesiis quas ipsi habent, salva procuratione si qua debetur eisdem, eo tantummodo sint iure contenti quod ipsi et praedecessores eorum ab ipsis et praedecessoribus suis hactenus receperunt. Tibure IIII. Idus Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 355. fol. 65.* — « ANTE OCVLOS CORDIS. »

5486. — *Tibure 13 Maii.*
« Magistro Aprili archidiacono Colorensi. » Indulget ei ut una cum archidiaconatu Colorensi quem in Segobiensi ecclesia habet, cantoriam quam in ecclesia obtinet Palentina, praesertim quum non habeat curam animarum, retinere possit. Tibure III. Idus Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 386. fol. 62.* — « VOLENTES TIBI DE. »

5487. — *Tibure 14 Maii.*
« Abbati et conventui sancti Petri Malliacensis. » Privilegium ab Alexandro PP. II. eorum monasterio concessum in mense et indictione quarta, mense scilicet Maii (an. 1066), directum: « Goderanno religioso abbati vene-

rabilis monasterii sancti Petri in Pictavis quod in Molliacensi (*sic*) situm est loco: » super confirmatione bonorum, iurium et libertatum ipsius, ad verbum refert et confirmat. Tibure II. Idus Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 330. fol. 60; Mss. Vallic. I. 53.* — « ID NEC PETITVR. »

5488. — *Tibure 15 Maii.*

« Eduensi, et Sedunensi episcopis, et cantori Lingonensi. » Quoad causam quae inter decanum et capitulum sancti Stephani Bisuntini ex parte una, et decanum et capitulum sancti Iohannis Bisuntini ex altera, super certis articulis et iniuriis agitatur; quae ipsis episcopo Sedunensi et cantori Lingonensi nec non episcopo Valentino commissa fuerat, huic qui in patriarcham Ierosolimitanum assumptus est, subrogat episcopus Eduensis, eisque mandat ut ad locum personaliter accedant iuxta Apostolicum mandatum et causam terminent, et si quis ex dictis noluerit vel nequiverit, alii vices suas committat. Tibure Idibus Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 315. fol. 57.* — « EX PARTE DILECTORVM. »

5489. — *Tibure 15 Maii.*

« (Vgrino) archiepiscopo Colocensi. » Eum laudat quod ad profligandos haereticos de Bosna, Soy et Wossora, ubi tamquam lamiae nudatis mammis publice catulos suos lactant, ad exhortationem bo. me. magistri Acconcii subdiaconi et capellani Pontificis Apost. Sedis Legati viriliter se accinxit, eique mandat ut in illis partibus praedicet verbum Crucis, fideles contra infideles exhortando, unde concedit potestatem absolvendi eos qui per violentam manuum iniectionem in excommunicationis sententiam inciderunt. Tibure Idibus Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 328. fol. 60; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 21; Farlati Illyr. sacr. IV. 48; Katona Hist. crit. V. 467; Fejér Cod. dipl. III. 11. 33; Theiner Mon. Hung. I. 55. n. 118; Potthast 638. n. 7407; Horoy H-i opp. omn. IV. 851. n. 156.* — « GRATVM GERIMVS ET. »

5490. — *Tibure 15 Maii.*

« Eidem (Vgrino archiepiscopo Colocensi). » Donationem Andreae regis Vngariae de quibusdam terris, videlicet Bosna, Soy et Wossora, quae haereticae pravitatis infectae erant, eique purgandas commiserat, ipsi et ecclesiae suae confirmat, salvo iure regio in redditibus et rationibus consuetis. Dat. ut supra (Tibure Idibus Maii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 329. fol. 60; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 21; Pray Hierarch. II. 405; Katona l. c. 466; Fejér l. c. 32; Theiner l. c. 55. n. 119; Potthast 638. n. 7406; Horoy l. c. 851. n. 155.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

5491. — *Tibure 15 Maii.*

(Vriae) abbati et conventui monasterii s. Martini de Pannonia, cum in privilegiis eis ab apostolica sede concessis (a. 1216 Iun. 13), fiat mentio libertatis privilegii Casinensis ecclesiae, ipsum transcriptum « (Zacharias episc. servus servorum Dei omnibus ecclesiae catholicae filiis — An. pont. domini Zachariae summi pontificis et universalis papae in ss. sede b. Petri apostoli I. in mense Martio etc.) » mittit. Tibure Id. Maii anno nono. — *Novák Vindic. 114;* non integra *ap. Fejér Cod. dipl. III. 11. 31; Potthast 638. n. 7405; HoroyH-i opp. omn. 892. n, 194.* — « CVM IN PRIVILEGIIS. »

5492. — *Tibure 15 Maii.*

Capitulo S. Lamberti Leodiensis acquisitionem castellorum de Muisan (Moha) et de Waleve (Waleffe) confirmat. Tibure Id. Maii anno nono. — *Schoonbroodt Chartes de Saint-Lambert 17. n. 49; Potthast 638. n. 7408.*

5493. — *Tibure 15 Maii.*

Abbati et conventui Westmonasteriensibus cellam monialium de Keleburn Londoniens. dioc.

cum omni iurisdictione quam in illa habent confirmat. Tibure Id. Maii anno nono. — *Dugdale Monast. Anglic. III. 427. n. 7; Potthast 638. n. 7409; Horoy H-i opp. omn. IV. 852. n. 157.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

5494. — *Tibure 16 Maii.*

« Episcopo Salimbriensi, decano sancti Michaelis Bucceleonis, et preposito sanctorum Apostolorum Constantinopolitanis. » Vt sententiam latam a (Pelagio) Albanensi episcopo pro W. cancellario ecclesiae Constantinopolitanae contra capitulum eiusdem ecclesiae super praebendis, restitutione sigilli aliisque rebus, quibus ab eodem capitulo contra iustitiam spoliatus fuerat, per censuram ecclesiasticam observari faciant. Tibure XVII. Kal. Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 299. fol. 55.* — « VENERABILI FRATRE NOSTRO. »

5495. — *Tibure 16 Maii.*

« H. de Dicka canonico sancti Gereonis Coloniensis. » Quum ipse praeposituram ecclesiae Aquensis de Pontificis beneplacito in eiusdem manibus spontaneus resignasset, propter quod ipse Pontifex iussit episcopo et capitulo Leodiensibus ut personatum aliquem ei congruentem in ecclesia vel civitate seu dioecesi Leodiensi quamtoties quum occurreret opportunitas ei conferrent, praeposito Bunnensi et collegis ipsius super hoc executoribus deputatis; concedit ei ut archidiaconatus quem habuerat Henricus de Iacia, quemque ipse episcopus Iohanni clerico propinquo suo contulerat, eidem conferatur iuxta litteras Apostolicas ad praepositum de Capella et collegas ipsius, irritis penitus nuntiatis litteris Apostolicis ab adversa parte ad custodem de Brachis et eius collegas, et deinde ad scolasticum Leodiensem et suos coniudices, postmodum ad abbatem Lefflensem et coniudices eius, et demum ad abbatem Floreffensem et collegas ipsius diversis temporibus impetratis. Tibure XVII. Kal. Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 325. fol. 59.* — « QVE PRO VARIETATE. »

5496. — *Tibure 16 Maii.*

« Preposito sancti Cuniberti, decano sanctorum Apostolorum et G. canonico Coloniensibus. » Vt provisionem Apostolicam super archidiaconatu ecclesiae Leodiensis, *de qua in superiori epistola*, observari faciant, amoventes ab eodem archidiaconatu Iohannem clericum episcopi Leodiensis propinquum et quemlibet alium detentorem, et H. de Dicka canonicum sancti Gereonis Coloniensis in corporalem et plenam possessionem ipsius inducant. Dat. ut supra (Tibure XVII. Kal. Iunii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 326. fol. 60.* — « OLIM DILECTVS FILIVS. »

5497. — *Tibure 16 Maii.*

« (Hugoni) episcopo et capitulo Leodiensibus. » Eos redarguit quod Papae mandatis non obedierant circa provisionem alicuius personatus favore H. de Dicka canonici sancti Gereonis Coloniensis; mandat ut ab archidiaconatu quem habuit Henricus de Iacia removeant I. clericum consanguineum episcopi, et praefatum H. in corporalem et plenam possessionem ipsius archidiaconatus inducant. Dat. ut supra (Tibure XVII. Kal. Iunii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. ep. 327. fol. 60.* — « CVM BONVM OBEDIENTIE. »

5498. — *Tibure 16 Maii.*

« (Guilielmo?) episcopo et magistro scolarum Pictavensibus. » Quum prior et canonici ecclesiae sancti Ilarii de Cella Pictavensis, in qua idem sanctus migravit ad Dominum, voto unanimi statuissent et iuramento firmassent ut nullus ultra quinarium numerum in eadem reciperetur ecclesia donec eius perficeretur fabrica, in qua erant redditus convertendi, et quum eadem fabrica sit ad perfectum pro maiori parte perducta,

mandat ut super observatione vel relaxatione huiusmodi voti et iuramenti iuxta utilitatem eiusdem ecclesiae et salutem dictorum prioris et canonicorum statuant. Tibure XVII. Kal. Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 331. fol. 61; Horoy H-i opp. omn. IV. 853. n. 159 ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS PRIOR. »

5499. — *Tibure 16 Maii.*

B. rectori et clericis ecclesiae s. Secundi Eugubinens. dioc. senarium clericorum dictae ecclesiae numerum, quem (Vilanus) Eugubinus episcopus taxavit et instituit, auctoritate apostolica confirmat. Tibure XVII. Kal. Iunii anno nono. — *Sartius De episc. Eugubin. 132; Potthast 638. n. 7410; Horoy H-i opp. omn. IV. 853. n. 158.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

5500. — *Tibure 17 Maii.*

« Capitulo Constantinopolitano. » Statuit ut expensae necessariae quas capitulum Constantinopolitanum vel eius nuntii, vacante sede, pro electionis negotio fecerint, de bonis patriarchatus fiant totaliter vel reddantur, dummodo ipsi bona decedentis patriarchae non occupent vel usurpent. Tibure XVI. Kal. Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 345. fol. 64; Decretal. H-i III. lib. 1. tit. 1* De constitut. *c. 4. ed. Ciron. 11; Decretal. Greg. IX. lib. 1. tit. 6* De elect. *c. 45. ap. Boehmer Corp. II. 73 (an. 1219); ap. Richter Corp. II. 86; Potthast 663. n. 7707 (absque nota chronologica); Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. I. tit. VI. c. XLV. p. 90.* — « VT PRETERITE CONTENTIONIS. »

5501. — *Tibure 17 Maii.*

« Capitulo Constantinopolitano. » Quoad tricesimum octavum numerum praebendarum, quem I(ohannes) tit. sanctae Praxedis presbyter Cardinalis dum legationis officio in partibus Romaniae fungebatur in eorum ecclesia statuit, quum propter guerram proventus eiusdem ecclesiae sint plurimum imminuti, mandat ut, decedentibus vel cedentibus canonicis, nullos ad eorum praebendas recipere compellantur donec ad viginti quatuor praebendarum numerus sit reductus. (Tibure) XVI. Kal. Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 347. fol. 64.* — « SI PRO TEMPORVM. »

5502. — *Tibure 18 Maii.*

Abbatem et conventum monasterii in Schonendal Cisterc. ord. cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem agros, vineas prata *etc.* ab H. de Langenberc et C. de Crutheim et eorum filiis eidem monasterio collatas ac alia bona confirmat. Tibure XV. Kal. Iunii anno nono. — *Wirtemberg. UB. III. 172. n. 692; Potthast 639. n. 7411; Horoy H-i opp. omn. IV. 854. n. 160.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

5503. — *Tibure 19 Maii.*

Vniversis episcopis regni Scotiae mandat, ut, cum metropolitanum non habeant, provincialia autem concilia omitti non debeant, in quibus de corrigendis excessibus et moribus reformandis sit adhibendus tractatus, provinciale concilium auctoritate apostolica celebrent. Tibure XIV. Kal. Iunii anno nono. — *Wilkins Concil. I. 607; Mansi Conc. XXII. 1221; Registrum episcopat. Aberdon. II. 3; Potthast 639. n. 7412; Horoy H-i opp omn. IV. 855. n. 161.* — « QVIDAM VESTRVM NVPER. »

5504. — *Tibure 20 Maii.*

« (Guilielmo) episcopo Pictavensi. » Quum praebendarum ecclesiae suae proventus sint ita tenues et exiles ut canonici eiusdem ecclesiae non possint ex eis commode substentari, concedit ei ut praebendas ipsas de aliis beneficiis annectendis eisdem cum capituli sui consensu augmentare valeat. Tibure XIII. Kal. Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 332. fol. 61; Horoy H-i opp. omn. IV. 856. n. 162 ex mss. du Theil.* — « EX PARTE TVA. »

5505. — *Tibure 20 Maii.*

« Eidem (episcopo Pictavensi). » Ne presbyteri et clerici saecularibus negotiis se immisceant in emptionibus et venditionibus et mercimoniis, nec advocati officium assumant nisi in propriis causis vel ecclesiarum suarum aut personarum miserabilium, quae prosequi causas suas nequeunt, quum inconveniens sit presbyteros ad ministerium corporis et sanguinis Domini deputatos iudiciorum strepitum et lites amare. Dat. ut supra (Tibure XIII. Kal. Iunii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 333. fol. 61; Mss. Vall. I. 53; Horoy l. c. n. 163.* — « NON DECET DOMINI. »

5506. — *Tibure 21 Maii.*

« Eidem (episcopo Pictavensi). » Vt duobus clericis in suo servitio commorantibus alias beneficiatis in ecclesiastico beneficio providere possit quemadmodum simili ratione cum praedecessore suo fuit dispensatum. Tibure XII. Kal. Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 334. fol. 62; Horoy l. c. 857. n. 164.* — « DIGNVM EST ET. »

5507. — *Tibure 21 Maii.*

« Magistro et fratribus milicie Templi in Bituricensi diocesi constitutis. » Quoad causam inter ipsos ex una parte et archiepiscopum Bituricensem ex altera super iurandis et sequendis suis communiis ab hominibus eorum in dioecesi Bituricensi, quae cancellario Carnotensi et collegis suis commissa fuit, quaeque ab iis ad Apost. Sedem remissa magistrum O. subdiaconum et capellanum apostolicum auditorem Pontifex concessit, nunc huius provisionem a supradicto archiepiscopo et a magistro et fratrum procuratore concorditer acceptatam confirmat. Tibure XII. Kal. Maii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 339. fol. 63.* — « ORTA DVDVM INTER. »

In eundem fere modum scriptum est (Simoni) Bituricensi archiepiscopo verbis competenter mutatis.

5508. — *Tibure 23 Maii.*

« Vniversis Christi fidelibus per regnum Francie constitutis. » Quum canonici sancti Quintini, iuxta deliberationem a Remensi archiepiscopo et suis suffraganeis in concilio provinciali apud Burgum in Viromandia, quod nunc sanctus Quintinus dicitur, firmatam, desiderent corpus gloriosi martiris beati Quintini, quod in eorum ecclesia conditum requiescit, honorabilius et decentius collocare, eos hortatur quatenus ad elevationis et translationis suae diem conveniant, et ad diem translationis huiusmodi quae annuatim celebrabitur convenientibus indulgentias concedit. Tibure X. Kal. Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 300. fol. 55; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 27; Horoy H-i opp. omn. IV. 825. n. 124 (Tibure X. Kal. April.) ex mss. du Theil.* — « VOTA DILECTORVM FILIORVM. »

5509. — *Tibure 24 Maii.*

« (Guidoni) episcopo Lemovicensi. » Quum Dauratensis ecclesiae canonici ordinationem ipsius ecclesiae factam de Sedis Apostolicae mandato a magistro Durando Lemovicensi archidiacono et collegis suis eluserint, mandat ei ut ad eandem ecclesiam accedens, ipsam iuxta facultates eiusdem de personis idoneis ordinare procuret. Tibure VIIII. Kal. Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 335. fol. 62; Horoy H-i opp. omn. IV. 858. n. 165 ex mss. du Theil.* — « AD NOSTRAM AVDIENTIAM. »

5510. — *Tibure 26 Maii.*

« Vrie abbati monasterii sancti Martini super Pannoniam eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Eorum monasterium, ad ius et proprietatem Apostolicae Sedis nullo pertinens mediante, ad exemplar Innocentii Papae sub protectione beati Petri recipit, possessiones, bona et privilegia enumerat, confirmat et amplificat. Tibure per manum

magistri Guidonis dñi PP. notarii VII. Kal. Iunii Indict. XIII. Incarnationis Dominice anno MCCXXV. Pontificatus vero dompni Honorii PP. tertii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 337. fol. 62; Fejér Cod. dipl. III. II. 33; Theiner Mon. Hung. I. 56. n. 120; Potthast 639. n. 7413; Horoy H-i opp. omn. IV. 859. n. 166.* — « EFFECTVM IVSTA POSTVLANTIBVS. »

5511. — *Tibure 26 Maii.*

« (Petro) Astoricensi episcopo. » Significat se quoad licentiam cedendi episcopatum ab eo petitam, dedisse litteris in mandatis (Martino) Zamorensi, (Tello) Palentino episcopis, et decano Palentino ut cessionem huiusmodi inquirentes si eam iustam invenerint et ipse in cedendi proposito perseveret, non compellentes eum sed quum ab eo requisiti fuerint, cessionem recipiant, usu ei pontificalium et congrua provisione reservatis. Tibure VII. Kal. Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 340. fol. 63.* — « EX PARTE TVA. »

5512. — *Tibure 26 Maii.*

« (Martino) Zamorensi, et (Tello) Palentino episcopis, et decano Palentino. » Vt ab episcopo Astoricensi cessionem pastoralis officii recipere possint. Dat. ut supra (Tibure VII. Kal. Iunii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 341. fol. 63.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

5513. — *Tibure 28 Maii.*

« (Conrado) episcopo Portuensi Apost. Sedis Legato. » Mandat ei ut sententiam suspensionis et interdicti quam in episcopum Tullensem tulerat relaxet: interim dat litteris in mandatis H. et H. archidiaconis et magistro G. de Lauduno canonico Remensibus, ut inquirant in eundem episcopum super eo quod dicitur, ipsum pecuniam de vicesima et redemptione votorum nec non de truncis collectam non in Terrae Sanctae subsidium sed in proprios usus convertisse, et si est ita, Tullensi ecclesia indemni servata, dictum episcopum ad deponendam pecuniam in subsidium Terrae Sanctae ipse compellat. Tibure V. Kal. Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 338. fol. 62; Notices et extraits XXI. II. 199; gallice relata in Potthast Append. 2096. n. 7414a-26139; Horoy H-i opp. omn. IV. 864. n. 168 ex mss. du Theil.* — « INTELLECTO PER LITTERAS. »

5514. — *Tibure 28 Maii.*

« Geuriensi et Albensi prepositis et abbati de Pelis Vesprimiensis diocesis. » Quoad causam inter fratres Hospitalis Ierosolimitani de Vngaria ex parte una et abbatem sancti Martini de Pannonia Geuriensis dioecesis ex altera, super quibusdam decimis coram diversis iudicibus a Sede Apostolica deputatis diutius agitatam, inter quos coram archiepiscopo Colocensi et suis coniudicibus, qui in merito sententiam pro abbate protulerunt, et super expensis coram episcopo Agriensi et suis coniudicibus; quum praefatus abbas de Pelis ad Apostolicam Sedem accessisset, (Pelagius) Albanensis episcopus auditor concessus fuit, qui quum propter defectum procuratoris Hospitalis mandatum sufficiens non habentis procedere non potuisset, nunc Pontifex quaestionem ipsam eis committit definiendam. Tibure V. Kal. Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 342. fol. 63; Fejér Cod. dipl. III. II. 38; Theiner Mon. Hung. I. 57. n, 121; Potthast 639. n. 7414; Horoy H-i opp. omn. IV. 862. n. 167.* — « OLIM DILECTI FILII. »

5515. — *Tibure 28 Maii.*

« Episcopo Cephaludensi, et archidiacono Pactensi, et Leonardo canonico Orlitensi. » Dolet archimandritam et conventum monasterii sancti Salvatoris de Lingua Messanensi in causa cum archiepiscopo et capitulo Messanensibus super subiectione, obedientia et reverentia, contra Pontificiam provisionem reluctasse: excommunicationis sen-

tentiam in praedictos archimandritam et conventum ab archiepiscopo Regino et suis coniudicibus fuisse propter hoc promulgatam, et a Cusentino archiepiscopo et coniudicibus suis confirmatam, qua innodatus infelix archimandrita decessit: ab episcopo Pactensi de mandato Apostolicae Sedis conventum absolutionis beneficium obtinuisse, sed quum M. monachum eiusdem monasterii in archimandritam, inconsulto et irrequisito archiepiscopo, eligere praesumpsissent et tenorem Apostolicae providentiae observandum recusassent, a Militensi episcopo et suis coniudicibus ipsos iterum de mandato Pontificis fuisse excommunicationis sententia innodatos et in ea ab abbate de Nucaria et collegis suis confirmatos: mandat hiis ut excommunicationem ipsam diebus festivis solemniter publicent et eidem archiepiscopo iniungant ut in archimandritam praedicto monasterio provideat. Tibure V. Kal. Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 343. fol. 64.* — « SI ARCHIMAN DRITA ET. »

5516. — *Tibure 2 Iunii.*

« (Iordano) episcopo et capitulo Paduanis. » Mandat eis ut praebendam quam in eorum ecclesia obtinebat T. tunc subdiaconus et capellanus Pontificius electus et consecratus in episcopum Furconensem, conferant Iohanni clerico nato nobilis viri Mathaei de Gratiano (*Potth. append.* de Graviano), alioquin dat litteris in mandatis electo Veronensi ut id sine morae dispendio exequatur. Tibure IIII. Non. Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 346. fol. 64; Biancolini Serie dei vescovi di Verona 88. n. 13; Potthast 639. n. 7421.* — « CELEBRATA OLIM ELECTIONE. »

Illi scriptum est super eodem. — *Reg. Vat. l. c.; Vghelli Ital. Sacra I. 379. n. 10; Cf. Potthast append. 2096. n. 7436 a-26141 (sub die 5 Iulii).*

5517. — *Tibure 3 Iunii.*

« Nobili viro A. Telli. » Quum castrum suum de Alborquec, quod Sarracenorum est frequentia circumseptum propter guerram eorum continuam et obsidionem, etiam deficiente pane carnibus et aqua dumtaxat sub periculo capitis ab eorum incursibus ad honorem fidei christianae diutius defenderit, et iam per septem annos eis continue guerram de castro fecerit supradicto, et quoad vixerit ipsos exinde infestare proponat; ne pro necessariorum defectu ipsum in confusionem verae fidei et Agarenorum exaltationem negotium deserere compellatur, concedit ei ut in qualibet ecclesia provinciae Toletanae una sauma frumenti quae carga vulgariter appellatur de decimis earumdem ecclesiarum fabricae deputatis, usque ad biennium ad sobstentationem et defensionem castri praedicti conferatur. Tibure III. Nonas Iunii anno nono. — *Reg. Vat: lib. 9. epist. 349. fol. 65.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

5518. — *Tibure 3 Iunii.*

« (Roderico) Toletano archiepiscopo. » Petente nobili viro A. Telli, mandat ei ut ad defensionem castri de Alborquec contra Sarracenos ad ipsum nobilem virum spectantis, in qualibet ecclesia provinciae Toletanae unam frumenti saumam quae carga vulgariter appellatur de decimis earundem ecclesiarum fabricae deputatis ad biennium exhiberi faciat. Dat. ut supra (Tibure III. Non. Iunii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 350. fol, 65.* — « EX PARTE NOBILIS VIRI. »

5519. — *Tibure 4 Iunii.*

« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apostolice Sedis Legato. » Ita agat cum Lodowico rege Francorum, ut permittat nobili viro Falkesio de Breante in regno suo commorari quousque cum Henrico Anglorum rege reconciliatus fuerit. Tibure II. Non. Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 341 (351. Horoy) fol. 65; Mss. Val-*

licell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 767; Potthast 639. n. 7423; Horoy H-i opp. omn. IV. 866. n. 170. — « Cvm ad reconciliandvm. »

5520. — *Tibure 4 Iunii.*

« (Sparago?) Terraconensi archiepiscopo et suffraganeis eius. » Significat eis se nobilem virum A. Telli pro fidei christianae negotio in Yspania contra Sarracenos viriliter insistentem, sub protectione recepisse, quare eis mandat ut eum non permittant ab aliquo molestari, molestatoresque per censuras ecclesiasticas compellant. Tibure II. Non. Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 348. fol. 65; Mss. Vall. I. 53.* — « Cvm dilectvs filivs. »

In eundem modum scriptum est archiepiscopo Toletano et suffraganeis eius.

5521. — *Tibure 4 Iunii.*

Abbatissam et conventum (monasterii s. Iohannis bapt.) de Gerbestat (ord. s. Ben. Halberstad. dioc.) sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem omnes possessiones ac alia bona eis confirmat. Tibure II. Non. Iunii anno nono. — *Thuringia sacra 9. n. 11; Schöttgen Diplom. Nachlese VII. 437; Potthast 639. n. 7422; Horoy H-i opp. omn. IV. 865. n. 169.* — « Cvm a nobis. »

5522. — *Tibure 5 Iunii.*

« Magistro Martino de Pateshill. » H(enrico) rege Anglorum et P(andulfo) Norwicensi episcopo adprecantibus, indulget ei ut, quum beneficiorum proventus quos obtinet in hospitalitates et alios usus honestos convertat, praeter beneficia quae obtinet, duo alia etiam curam animarum habentia obtinere possit. Tibure Nonis Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 352. fol. 65.* — « Qvi ex beneficiis. »

5523. — *Tibure 5 Iunii.*

« Bethleemitano episcopo. » Quum ipse in diversis dioecesibus diversas domos habeat ad se pleno iure spectantes, in quibus commorantes fratres Bethleemitani ordinis interdum spiritu rebellionis arrepti ei ut tenentur obedire ac intendere pertinaci temeritate contemnunt, concedit ei facultatem ut correctionem ac reformationem, institutionem ac et destitutionem in eisdem domibus libere prout ad ipsum pertinet extendat. Dat. ut supra (Tibure Nonis Iunii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 353. fol. 65.* — « Et si svperflvvm videatvr. »

5524. — *Tibure 8 Iunii.*

Priorem et conventum monasterii de Vinchusen cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem libertates et immunitates ab archiepiscopo Coloniensi monasterio dicto concessas eis confirmat. Tibure VI. Id. Iunii anno nono. — *Hugo Annal. Praemonstr. 11. prob. 271; Potthast 639. n. 7424; Horoy H-i opp. omn. IV, 867. n. 171.* — « Cvm a nobis. »

5525. — *Tibure 10 Iunii.*

« Preceptori et fratribus domus sancte Marie Theothonicorum in Borza consistentibus. » Significat eis es scripsisse regi Vngariae et aliis, super gravaminibus a dicto rege ipsis illatis, de quibus ita providere curabit quod non oportebit eos dimittere terram ipsam eorum domui regia liberalitate donatam et a Sede Apostolica confirmatam, quam cum favore et benevolentia ipsius regis tenebunt. Tibure IIII. Idus Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 357. fol. 66; Mss. Vall. I. 53; Schuller Archiv. I. 240; Fejér Cod. dipl. III. 11. 41; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV). 31. n. 29; Theiner Mon. Hung. I. 58. n. 122; Potthast 640. n. 7427; Horoy H-i opp. omn. IV. 871. n. 175.* — « Recepimvs litteras qvas. »

5526. — *Tibure 10 Iunii.*

« (Petro) episcopo Meldensi, abbati Ermeriarum Parisiensis diocesis et cantori

Meldensi. » Vt super causam matrimonii inter nobiles virum G. de Castellione et A. mulierem, quae causa, R. de Cortenaio matrimonium accusante, qui neptem suam asserit esse mulierem eandem, primum Cathalaunensi episcopo et suis coniudicibus postmodum vero abbati Aremarensi et collegis ipsius commissa fuit, et nuper magister Andreas eiusdem G. procurator coram Pontifice proposuit quod praedictus G. et uxor ipsius in quarto et quinto consanguinitatis gradu se contingunt, inquirant veritatem et Sedi Apostolicae referant. Tibure IIII. Idus Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 384. fol. 70; Bouquet Rec. XIX. 768; Potthast 639. n. 7426; Horoy l. c. 868. n. 172.* — « Cvm cavsa matrimonii. »

5527. — *Tibure 10 Iunii.*

« Fratri Dominico priori fratrum Predicatorum et fratri Martino in regno Marroccano a Sede Apostolica destinatis. » Iuxta eorum supplicationis instantiam eos in terra Miramamolini destinat, ut evangelizent ibi Dominum Iesum Christum, eisque liceat praedicare, baptizare Sarracenos ad fidem noviter venientes, iniungere poenitentias, excommunicationis sententias publicare, inhibens eis ut hiis nullatenus praesumant abuti. Tibure IIII. Idus Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 387. fol. 70; Mss. Vall. I. 53; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 44 (fragm.); Wadding Ann. Min. II. 124; Potthast 640. n. 7429; Horoy l. c. 869. n. 173.* — « Vinee Domini cvstodes. »

5528. — *Tibure 10 Iunii.*

Cantori s. Amati Duacensis et coniudicibus eius in causa, quae vertitur inter abbatem conventumque s. Petri Gandensis et abbatissam monasterii in villa de Harnes (Brayelle) Cisterc. ord., mandata dat. Tibure IV. id. Iun. anno nono. — *Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 252. n. 481; Potthast 639. n. 7425; Horoy l. c. 870. n. 174.* — « Dilecti filii abbas. »

5529. — *Tibure 11 Iunii.*

Episcopo Furconensi, abbati s. Mariae de Nocer et praeposito s. Iohannis Celamensis Trivet. et Marsic. dioec. causam vertentem inter praepositum capitulumque s. Pamphili Sulmonensis Valvens. dioc. ex parte una, et capitulum s. Pelini Valvensis ex altera super iure eligendi Valvensem episcopum committit terminandam. Tibure III. Id. Iun. anno nono. — *Vghelli Ital. sacra I. 1371; Potthast 640. n. 7430; Horoy H-i opp. omn. IV. 873. n. 177.* — « Sva nobis praepositvs. »

5530. — *Tibure 12 Iunii.*

« Abbatisse monasterii sancte Marie de Montignano eiusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Ad exemplar Innocentii, Eugenii, Alexandri et Celestini Romanorum Pontificum, eorum monasterium sub protectione recipit, statuens ut ordo monasticus secundum beati Benedicti regulam ibidem observetur, eisque privilegia confirmat. Tibure per manum magistri Guidonis dñi PP. notarii II. Idus Iunii Indictione XIII. Incarnat. Dominice anno MCCXXV Pontificatus vero dñi Honorii PP. III. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 354. fol. 65.* — « Pie postvlatio volvntatis. »

5531. — *Tibure 12 Iunii.*

« (Conrado, Cinthio *Potth.*) episcopo Portuensi Apostolice Sedis Legato. » Vt per fidelem nuntium exponi faciat (Andreae) regi Vngariae litteras Apostolicas super gravaminibus quae ipse fratribus domus sanctae Mariae Theotonicorum in terra Borzae ac Vltra Montes Nivium intulit, et ipsum ad facienda ea quae continentur in illis moneat efficaciter et inducat. Tibure II. Idus Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 356. fol. 66; Mss. Vall. I. 53; Schuller Archiv. I. 245; Fejér Cod. dipl. III. II. 47; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. XV). 32. n. 31; Theiner Mon. Hung. I. 58. n. 123; Potthast 640. n. 7432; Horoy H-i opp. omn.*

IV. 874. n. 178. — « QVALITER SCRIBAMVS KARISSIMO. »

5532. — *Tibure 12 Iunii.*

« (Andreae) illustri regi Vngarie. » Arguit eum quod gravamina infert fratribus domus Theotonicorum in terra Bozae (*al.* Borzae) ac Vltramontes Nivium quam ipsis regia liberalitate donavit, ita ut cum grandi et gravi equitum multitudine in terram eandem intrans fratres ipsos et eorum homines exactionibus et expensis gravaverit: monet eum ut praedictos fratres non molestet, et interim dat litteris in mandatis de Linewel, de Kerz et de Egris abbatibus Pataviensis, Vltrasilvanae et Cenadiensis dioecesum ut ad loca ipsa personaliter accedentes limites in regio suo privilegio expressos inspiciant diligenter, et si viderint ipsos fratres terminos praeterivisse, ea ipsi libere restituant. Tibure II. Idus Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 358. fol. 66; Mss. Vall. I. 53. cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 19 e 20 (fragm.); Fejér Cod. dipl. III. II. 43 et V. 58; Schuller Archiv. I. 241; Katona Hist. crit. V. 463; Bardosy Suppl. ann. Scep. 415; Pray Annal. I. 229; Benkö Milkovia I. 101; Bethlen Deutsch Orden 94; Schlözer Krit. Samml. 324, cf. 684. not.; Teutsch. u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. XV). 32. n. 32; Theiner Mon. Hung. I. 58. n. 124; Potthast 640. n. 7431; Horoy H-i opp. omn. IV. 874. n. 179.* — « DOLEMVS QVOTIENS AVDIMVS. »

5533. — *Tibure 12 Iunii.*

« De Linewelt (*al.* Linewel), de Kerz et de Egris abbatibus Pataviensis, Vltrasilvane et Cenadiensis diocesum. » Mandat eis ut ad terram Bozae personaliter accedentes inspiciant diligenter si fratres domus Theotonicorum aliquid extra limites in privilegio donationis Andreae regis Vngariae expressos occupaverint, et si ita erit, procurent ut ea praefato regi libere sine mora restituant, et quidquid super hoc invenerint referant, ut si quid remanserit quaestionis ab Apostolica Sede provisionis studio sopiatur. Dat. ut supra (Tibure II. Idus Iunii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 359. fol. 66; Mss. Vallicell. I. 53; Schuller Archiv. I. 240; Fejér Cod. dipl. III. II. 42; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV). 31. n. 30; Theiner Mon. Hung. I. 59. n. 125; Potthast 640. n. 7428; (10 Iunii) eadem die Horoy H-i opp. omn. IV. 872. n. 176.* — « DOLEMVS QVOTIENS AVDIMVS. »

5534. — *Tibure 13 Iunii.*

« Decano Zamorensi. » Mandat ei ut si episcopus Legionensis primo, secundo et tertio humiliter requisitus, malitiose vel negligenter omiserit iuxta officii sui debitum contra eos qui capitulo et ecclesiae Legionensibus iniurias irrogant iustitiam exercere, ipse ex tunc defectum ipsius ex hac parte, praevia discretione, supplere procuret. Tibure Idibus Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 360. fol. 67.* — « CVM EPISCOPVS EX IPSA. »

5535. — *Tibure 13 Iunii.*

« Decano et capitulo Legionensibus. » Vt per subtractionem cotidianae praebendae possint compellere canonicos et portionarios de novo instituendos ad iurandum se servaturos esse constitutiones a (Pelagio) Albanensi episcopo de mandato Sedis Apostolicae in eorum ecclesia factas et ab ipsa Sede Apostolica approbatas et confirmatas, et quas ipsi canonici postmodum iuraverint inviolabiliter se esse observaturos. Dat. ut supra (Tibure Idibus Iunii anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 361. fol. 67.* — « SI NON SERVARENTVR. »

5536. — *Tibure 14 Iunii.*

Abbati Trenorchiensi concedit ut abbates et priores monasterio Trenorchiensi subiectos annis singulis ad capitulum apud idem monasterium ce-

lebrandum convocet et cum eis de correctione ac reformatione ordinis secundum b. Benedicti regulam salubriter tractet. Tibure XVIII. Kal. Iul. anno nono. — *Juénin Hist. de l'abbaye de Tournus, preuv. 189; Potthast 640. n. 7433; Horoy H-i opp. omn. IV. 877. n. 180.* — « Cvm a nobis. »

5537. — *Reate 23 Iunii.*

« (Matthaeo) patriarche Ierosolimitano. » Quum Ierosolimitana ecclesia posita sit in manibus paganorum, frequenter extra suam provinciam commorari seu magis peregrinari ei contingat, concedit ut possit etiam ibidem uti palleo diebus quibus eo in sua provincia uteretur. Reate VIIII. Kal. Iunii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 363. fol. 67; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1223. n. 8.* — « Palleo qvo plenitvdo. »

5538. — *Tibure 23 resp. 24-26 Iunii.*

Priori et fratribus dominici Sepulchri (in Zderas *add. Erb.*) indulget, ut in collegiatis ecclesiis, quas habent in Gnesnensi (Gnezdnensi *Rz.*) provincia (in Boemia *Erb.*), liceat eis generalis tempore interdicti, non pulsatis campanis, clausis ianuis *etc.* divina officia celebrare. Reate IX. (VIII. *Nak.*, VI. *Erb.*) Kal. Iul. anno nono. — *Nakielski Miechovia 146; Rzyszczewski Cod. dipl. Polon. III. 67 in n. 71; cf. argum. ap. Erben Reg. Bohem. I. 322. n. 698; Potthast 640. n. 7434.* — Precibvs vestris (nostris *male Rz.*) benignvm. »

5539. — *(Reate) 26 Iunii.*

Honorius bestätigt dem Benedictiner-Mannskloster Murrhard die von Kaiser Ludwig dem Frommen i I. 817 (in der erdichteten Vrkunde) ertheilten Freiheiten. — *Stälin Wirtemberg. Gesch. II. 691; cf. Potthast append. 2096. n. 7434a-26140.*

5540. — *Reate 28 Iunii.*

Priorissae ac conventui monasterii de Arnesse (Arendsee) ord. s. Ben. Verdens. dioc. indulget, ut, cum generale interdictum terrae fuerit, liceat eis clausis ianuis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Reate IV. Kal. Iul. anno nono. — *Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Haupt-th. XXII. 14. n. 23.* ubi male *Honorio IV* et *a. 1293. Iun. 28* attribuitur; *Potthast 640. n. 7435; Horoy H-i opp. omn. IV. 878. n. 181.* — « Solet annvere sedes. »

5541. — *Reate 29 Iunii.*

« Abbati et conventui Celle nove. » Provisionem regis Legionensis, qua in eorum monasterio institutionem defensorum, qui commendatores appellantur, ad ipsum regem spectantem abolevit, confirmat. Reate III. Kal. Iulii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 364. fol. 67.* — « Ivstis petentivm. »

5542. — *Reate 1 Iulii.*

« (Berchtoldo) episcopo Argentinensi (*Decr. Greg. apud Boehmer, Richter et Friedberg omitt.; Potthast* Abbati s. Martini), archidiacono Remensi, et decano Bunnensi (*Decr. Greg. l. c.* Brimensi) Coloniensis diocesis. » Super facto electionis R(udolfi) Virdunensis electi et H. archidiaconi et quorundam canonicorum Virdunesium adversariorum illius, quum Parisiensis episcopus et coniudices sui pervertendo iuris ordinem de exceptionibus et principali se inquirere intendentes ad receptionem testium, nondum lite super eodem negotio contestata, processissent; quia vero non in modum inquisitionis sed commissionis negotium eis extitit delegatum, quare praenominatus electus Papam appellavit, mandat eis ut revocato in irritum quidquid post appellationem attemptatum fuerit in causa ipsa procedant. Reate Kal. Iulii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 365. fol. 67; Decret. H-i III. lib. 2. tit. 1.* De iudiciis *c. I. ed. Cironius 92; Inter Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 1.* De iudiciis *c. 19. apud Boehmer Corp. II. 226 (an. 1220); Richter Corp. II. 238; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. I. c. XIX p. 246; Potthast 647. n. 7512 (absque nota*

chronol.); Horoy H-i opp. omn. IV. 880. n. 184 (8 Iulii). — « Exhibita nobis dilecti. »

5543. — *Reate 3 Iulii.*

Abbatem et conventum de Trapa Cisterc. ord. protegendos suscipit et decernit ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perurbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere *etc.* Reate V. non. Iul. Indict. XIII. incarn. dom, a. 1224. pont. anno nono. — *Fragm. maius ap. Du Bois Hist. de la Trappe 310; Potthast 640. n. 7436.*

5544. — *Reate 5 Iulii.*

« (Petro) episcopo, decano, archidiacono et capitulo Astoricensibus. » Distinctionem inter bona ecclesiae Astoricensis et patrimonium ipsius episcopi quod ante promotionem suam fuerat satis amplum in possessionibus, redditibus et aliis augmentariis secundum sanctiones canonicas ab ipsis amicabiliter factam confirmat. Reate III. Non. Iulii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 378. fol. 69.* — « Ivstis petentivm. »

5545. — *Reate 7 Iulii.*

« Vniversis ecclesiarum prelatis, canonicis et aliis clericis civitatis et diocesis Warmaciensis, nec non civibus et vassallis Warmaciensis ecclesie. » Vt Warmaciensi ecclesiae eorum matri, quae debitorum onere valde est pergravata, succurrant et taliter subvenire curent quod ab huiusmodi oneribus relevetur. Reate VIIII (*sic*) Idus Iulii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 367. fol. 67.* — « Cvm Warmaciensis ecclesia. »

5546. — *Reate 8 Iulii.*

« Wilelmo de Roleḡ clerico. » Indulget ei ut dummodo sit de legitimo matrimonio genitus, praeter beneficia quae nunc obtinet, aliud beneficium etiam si curam animarum habeat, valeat adipisci. Reate VIII. Idus Iulii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 366. fol. 67.* — « Qvi proprie probitatis. »

5547. — *Reate 8 Iulii.*

« (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino. » Meminit se ei dedisse litteris in mandatis ut omnes proventus et redditus Warmatiensis ecclesiae collegi faciens, eos in Franciam mitteret apud Trecas ut exinde Mathaeo Guidonis Marronis et eius sociis civibus Romanis satisfaceret de pecunia in qua est eis Warmatiensis ecclesia obligata: nunc mandat ut ad proximum festum Resurrectionis Dominicae mille sexcentas et viginti marcas colligat, computatis in ipsis quadrigentis et triginta marcis iam collectis, et eas in tuto loco deponat ut dictis civibus Romanis satisfiat. Reate VIII. Idus Iulii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 368. fol. 68; Würdtwein Nova Subs. IV. 128; Potthast 640. n. 7437; Horoy H-i opp. omn. IV. 879. n. 183; Rodenberg Ep. Sel. 195. n. 273.* — « Cvm olim tibi. »

5548. — *Reate 9 Iulii.*

« Capellanis capellarum sancti Thome martiris et sancte Caterine virginis sitarum in Porticu (*in e. l.* portu) sancti Vincentii Matisconensis. » Dispositionem magistri Columbi Matisconensis canonici, qui, episcopi et capituli Matisconensium accedente consensu, capellas praenominatas construxit et dotavit, disponendo ut viginti quatuor librae Matisconensis monetae praebendae nomine ac alia quaedam quae in dicta dispositione plenius sunt expressa de dote capellarum ipsarum exhiberentur singulis annis quatuor capellanis servientibus in eisdem, confirmat. Reate VII. Idus Iulii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 369. fol. 68; Horoy H-i opp. omn. IV. 878. n. 182 ex mss. du Theil (7 Iulii).* — « Ivstis petentivm. »

5549. — *Reate 10 Iulii.*

Abbatissam et conventum monasterii in Porceto (Burtscheid) Cisterc. ord. tuendas suscipit, specialiter autem eis terras, possessiones et redditus, quos habent apud s. Andream in Vilen, in

Steinstrazen *etc.* confirmat. Reate VI. Id. Iul. anno nono. — *Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) c. VII. von Aebtiss. 305. n. 10; Quix Königl. Kapelle 110; Potthast 641. n. 7438.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

5550. — *Reate 10 Iulii.*
Le pape Honorius accorde aux habitants d'Anvers, à cause du grande nombre de bateliers et marchands y exèrcant leur commerce, que la publication des bans de leurs mariages pourra se faire pendant trois jours consecutifs, pourvu qu'un de ces jours soit un dimanche ou un jour de fête. Reate VI. Id. Iul. anno nono. — *Fréd. Verachter Inventaire de chartes.... d'Anvers (1860.4) 4. n. 9; Potthast 641. n. 7439.*

5551. — *Reate 11 Iulii.*
« Abbati de Ethout, preposito et cantori sancti Donatiani in Brugis Tornacensis diocesis. » Quum Tornacensis episcopus cassasset electionem quoad praeposituram ecclesiae sanctae Mariae in Brugis quae de Lamberto eiusdem loci canonico celebrata fuit, et magistro Waltero post appellationem ab ipso Lamberto ad Sedem Apostolicam interpositam eandem praeposituram contulisset; quum iidem post diuturnam causam coram G. capellano Pontificio agitatam spontanei renuntiaverint, mandat eis, iniungant eiusdem loci capitulo ut ad electionem praepositi iterum procedant. Reate V. Idus Iulii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 386. fol. 70.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

5552. — *Reate 11 Iulii.*
Capitulo Hamburgensi concedit ut cum generale interdictum terrae fuerit, ei liceat, clausis ianuis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Reate V. id. Iul. anno nono. — *Lappeberg Hamburg. UB. I. 420. n. 484; Potthast 641. n. 7440; Horoy H-i opp. omn. IV. 882. n. 185.* — « SOLET SEDES ROMANA. »

5553. — *Reate 13 Iulii.*
« Priori et fratribus Heremi de Vivo Clusine diocesis. » Episcopo Clusino monente, inhibet ne eorum heremum in ordinem Cisterciensem transferre nec ipsam cum membris suis monasterio sancti Galgani subicere audeant, sed in ea vocatione qua vocati fuerunt maneant, praesertim quum in eorum loco beati Benedicti regula laudabiliter observetur. Reate III. Idus Iulii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 380. fol. 69.* — « SVA NOBIS VENERABILIS. »

5554. — *Reate 13 Iulii.*
« De Prato, et de Bellobecco abbatibus Rothomagensis et Belvacensis diocesum et magistro Godefredo canonico Belvacensi. » Vt causam contra quosdam monachos conventus sancti Geremari (*Hor.* Geremati) Flaviacensis, Belvacensis dioecesis, qui monasterii ipsius sigillum furati sunt, quo litteras quasdam de contrahendo eorum nomine mutuo sigillaverant, et ad istantiam abbatis et conventus praedicti litterae Apostolicae fuerunt Parisiensi episcopo et collegis suis impetratae ut inquisitionem facerent in eodem monasterio, et nondum erant duo menses elapsi quod ibidem Belvacensis episcopus inquisivit, canonice terminent. Reate III. Idus Iulii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 383. fol. 69; Horoy H-i opp. omn. IV. 883. n. 187 ex mss. du Theil.* — « TRANSMISSA NOBIS DILECTI. »

5555. — *(Reate 13 Iulii).*
« (Hermanno) magistro et fratribus domus sancte Marie Theotonicorum. » Decimam a nobilibus viris Gotefrido et Conrado fratribus de Honloch (Hohenlohe) in Mergentheim, quem ab ecclesia Herbipolensi in feudum tenebant, consentientibus episcopo et capitulo Herbipolensibus, qui securitatem ab ipsis fratribus de restauratione facienda eidem ecclesiae receperunt, eisdem fratribus confirmat. *In Reg. Vat.*

nulla est nota loci vel temporis, sed ex Strehlke: Reate III. Id. Iulii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 211. fol. 114; Strehlke Tab. 161. n. 177; Wirtemberg. UB. III. 180. 699; Potthast 641. n. 7441 et in Append. 2096 n. 7441 a-26142; Stälin Wirtemberg. Gesch. II. 555; Rodenberg Ep. Sel. 196. n. 274; Horoy H-i opp. omn. IV. 842. n. 186.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

5556. — *Reate 14 Iulii.*

« (Hermano) Clusino episcopo. » In detestationem G. et G. Vrbevetanorum civium qui pro ecclesia sua excommunicati Clusii praesumpserunt potestariae officium exercere, concedit ut illorum sententias prolatas a tempore quo excommunicati fuerunt eorumdemque contractus praedicto tempore celebratos in irritum valeat, quum de iure non teneant, revocare. Reate II. Idus Iulii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 379. fol. 69.* — « CVM ACTA ILLA. »

5557. — *Reate 14 Iulii.*

« (Geroldo) episcopo Frisingensi, et (Eberhardo) de Salem, et (Wernhero) de Sancta Cruce abbatibus Constantiensis et Pataviensis diocesum. » Quum Salzeburgensis archiepiscopus ab Innocentio PP. (III) obtinuerit novum episcopatum in ecclesia Chimensi creari, et a se (Honorio) impetraverit Segowiensem ecclesiam fieri cathedralem, et modo efflagitaverit ut in ecclesia sancti Andreae de Lavent, in qua praepositum et conventum canonicorum regularium noviter ordinavit, sedes episcopalis institueretur, mandat eis ut circa huiusmodi petitionem inquirant et, si Salzeburgensis capituli, praepositi et conventus sancti Andreae consensus accesserit, praefatam licentiam tribuant, reservatis per omnia privilegiis et honoribus archiepiscopo et ecclesiae Salzeburgensibus sicut in duobus aliis episcopatibus. Reate II. Idus Iulii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 382. fol. 69; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 16; Meichelbeck Hist. Frising. II. I. 2; Mezger Hist. Salisb. 997;* summatim *Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quell. XXII. 363. n. 805 (ubi erranter ad a. 1224 tribuitur); Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 235. n. 291; Potthast 641. n. 7449 (25 Iulii, anno X); sub eadem die Horoy H-i opp. omn. IV. 901. n. 2.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

5558. — *Reate 14 Iulii.*

Concambium inter s. Crucis ecclesiam Augustae et capitulum ibidem super bonis in Hamele et ecclesia de Bobingen approbat. Reate II. Id. Iulii anno nono. — *Lang Regesta IV. 742; cf. Potthast append. 2096. n. 7441 b-26143.*

5559. — *Reate 15 Iulii.*

« Prioribus et fratribus Ierosolimitani Hospitalis in Ispania. » Vt nobili viro A. Telli in defendendo castro suo de Alborquec contra Sarracenos quum ab eodem vel ab ipsis qui ad eiusdem castri custodiam sunt deputati fuerint requisiti, non obstante si forte tunc temporis reges Ispaniae cum Sarracenis treguas habuerint, viriliter et potenter assistant. Reate Idibus Iulii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 377. fol. 69; Mss. Vall. I. 53.* — « CVM SECVNDVM APOSTOLVM. »

In eundem modum magistro et fratribus de Calatrava. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. magistro et fratribus Vclensibus. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. magistro et fratribus Militie Templi in Ispania. — *Reg. Vat. l. c.*

5560. — *Reate 15 Iulii*

« Illustri viro Bele iuveni regi. » Significat se scripsisse Andreae patri suo regi Vngariae ut alienationes ab eo factas in praeiudicium regni sui et contra regis honorem revocandas curet: id et ipse in ea regni parte quam ex ordinatione patris sui habet exequatur. Reate Idibus Iulii anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 385. fol. 70;*

Mss. Vall. I. 53. Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 22; Katona Hist. crit. V. 469; Fejér Cod. dipl. III. II. 47; Pray Annal. I. 230; Schuller Archiv. I. 245; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Aust. 2. Abth. XV.) 35. n. 33; Theiner Mon. Hung. I. 60. n. 126; Potthast 641. n. 7443; Horoy H-i opp. omn. IV. 886. n. 189. — « INTELLECTO IAMDVDVM QVOD. »

In eundem modum scriptum est (Vgrino) Colocensi archiepiscopo ut consilium et auxilium regi predicto in hiis tribuat partesque suas super hoc efficaciter interponat. — *Reg. Vat. l. c.; Fejér l. c. 48; Theiner l. c. 60; Potthast 641. n. 7444; Horoy l. c. n. 190.*

5561. — *Reate 15 Iulii.*

« (Henrico) archiepiscopo Mediolanensi et (Alberto) Brixiensi episcopo. » Mandat eis ut quosdam cives Brixienses, qui propter haeresis suspicionem excommunicati ad Apostolicam Sedem revertuntur, sufficienti ab eis cautione recepta, absolvant, ac dein iuxta tenorem litterarum eidem (Alberto) Brixiensi et (Venturae) Ariminensi episcopis directarum, tam demoliendo turres eorum qui contra ecclesiam et catholicos pugnaverunt, quam alia quae in eisdem litteris continentur exequendo, puniant eosdem. Reate Idibus Iulii anno (decimo *sic, sed leg.*) nono — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 28. fol. 79; Mss. Vall. I. 53; Rodenberg Ep. Sel. 197. n. 275.* — « GRAVES AD NOS. »

5562. — *Reate 15 Iulii.*

Abbati et conventui Glastoniae ecclesiam s. Iohannis Glastoniae, quam eis b. m. Savaricus Bathoniensis episcopus ad opus fabricae monasterii concesserat auctoritate apostolica confirmat. Reate Id. (Iun., *sed legas*) Iul. anno nono. — *Dugdale Monast. Anglic. I. 29. n. 19; Potthast 641. n. 7442; Horoy H-i opp. omn. IV. 885. n. 188.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

5563. — *Reate 15 Iulii.*

Papst H. befreit die Abtei Marienstatt von der Verpflichtung, weiter als 2 Tagereisen ausserhalb der Diöcese, in welcher sie gelegen ist, vor Gericht zu erscheinen. Reate Id. Iulii anno nono. — *Origin. in arch. Idsteinensi; cf. Potthast append. 2096. n. 7444a-26144.* — « CVM CONTEMPLATIONI VACANTIBVS. »

5564. — *Reate 16 Iulii.*

« (Romano) sancti Angeli diacono Cardinali Apostolice Sedis Legato. » Referente abbate monasterii Dolensis quod praelati in quorum dioecesibus prioratus et aliae ecclesiae monasterii Dolensis consistunt, pro causis quas adversus dictum abbatem vel monachos suos habent vel fingunt se habere, promulgant sententias interdicti et excommunicationis in homines eorundem, ac in eos qui moliunt in molendinis ipsorum et coquunt in furnis, in inservientes et operarios eorundem ac in alios alias communicantes eisdem, quin etiam in monachos ipsos huiusmodi sententias promulgant, ipsorum prioratuum decimas aliosque proventus et bona occupant, et capellanos et populos ipsarum ecclesiarum ad alia loca faciunt commigrare; mandat ut, praelatis ipsis inhibens ne talia de caetero attemptare praesumant, pro eodem monasterio iura tueatur et defendat, et si contra abbatem et monasterium Dolenses habuerint aliquid quaestionis, sub examine Sedis Apostolicae vel iudicum delegatorum ab eadem, iustitiae complementum recipiant. Reate XVII. Kal. Augusti anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 372. fol. 68; Horoy H-i opp. omn. IV. 888. n. 191 ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS ABBAS. »

5565. — *Reate 17 Iulii.*

« Conventui Montis viridis. » Circa quae super postulatione de L. abbate Falesiae ac electione de Iacobo monacho sanctae Mariae Florentinae in eorum monasterio factis pro-

posita fuerunt coram G(regorio) sancti Theodori diacono Cardinali partibus auditore concesso, postulationem ipsam non admittit, ac electionem de Iacobo monacho confirmat, defectum si quis fuerit in illa de plenitudine potestatis supplens. Reate XVI. Kal. Augusti anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 381. fol. 69.* — « HIIS QVE SVPER. »

5566. — *Reate 18 Iulii.*

« F(riderico) Romanorum imperatori illustri semper augusto et regi Sicilie. » Mittit ei P(elagium) Albanensem episcopum et G(ualam) tit. sancti Martini presbyterum Cardinales cum legationis officio, eum monens et exhortans ut ipsos benigne recipiat et circa negotium Terrae Sanctae ea quae in suo rescripto continentur adimpleat et praecedentem negligentiam redimat. Reate XV. Kal. Augusti anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 370. fol. 68; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 1; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 498; cf. Böhmer Regest. 1198-1254. p. 329. n. 63; Potth. 641. n. 7445; fragmentum apud Horoy H-i opp. omn. IV. 889. n. 192; Rodenberg Ep. Sel. 198. n. 276.* — « INTER ALIAS SOLLICITVDINES. »

5567. — *Reate 18 Iulii.*

« Patriarche Antiocheno. » Concedit ei ut Graecos in sua dioecesi consistentes ad solvendas decimas iuxta consuetudinem Latinorum coartare valeat. Reate XV. Kal. Augusti anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 373. fol. 68; Mss. Vall. I. 53; Rodenberg Ep. Sel. 199. n. 277.* — « CVM TRIBVTA EGENTIVM. »

5568. — *Reate 18 Iulii.*

« Priori Militie Templi Ierosolimitani. » Significat ei se archiepiscopo Cesariensi et episcopo Acconensi dedisse litteris in mandatis ut moneant dominos terrarum et laicorum ne in praeiudicium patriarchae Antiocheni episcopalem iurisdictionem in ecclesiis civitatis et dioecesis Antiochenae usurpent, immo hanc iurisdictionem eidem reliquant, ipse vero Prior patriarcham eundem in corporalem possessionem ecclesiarum ipsarum inducat et pro posse suo tueri curet. Dat. ut supra (Reate XV. Kal. Augusti anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 374. fol. 69; Mss. Vall. I. 53.* — « ET SI VENERABILEM FRATREM. »

5569. — *Reate 18 Iulii.*

« Patriarche et clero Antiochenis. » Quum ex constitutione quadam in illis partibus facta, ut videlicet coloni qui ad quoddam casale principatus Antiocheni quod vulgariter appellatur Pons ferri confungiunt, a iurisdictione dominorum suorum sint liberi et immunes, grave possit ecclesiis eorum dispendium evenire, indulget ne eis et ecclesiis ipsis aliquid ex constitutione praedicta praeiudicium generetur, nec eorum homines tueatur huiusmodi constitutio vel confugium, quominus debita et consueta obsequia ipsis et eorum ecclesiis impendantur. Reate XV. Kal. Augusti anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 375. fol. 68; Mss. Vallicell. I. 53* — « NOBIS FVIT HVMILITER. »

5570. — *Reate 18 Iulii.*

« Patriarche Antiocheno. » Concedit ei ut Graecos omnes in sua dioecesi consistentes per subtractionem beneficiorum compellere valeat ad praestandam iuratoriam vel fideiussoriam cautionem quod in nullo deinceps monacho illi Graeco qui se patriarcham Antiochenum appellare praesumit, obedient, maxime dum Sedi Apostolicae inobediens invenitur. Dat. ut supra (Reate XV. Kal. Augusti anno nono). — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 376. fol. 69.* — « EA DEBETVR AB. »

5571. — *Reate 18 Iulii.*

Abbati de Scona indulget, ne per commissiones apostolicas quas de cetero ad eum contigerit im-

petrari, nonnisi de indulgentia huiusmodi mentionem fecerint, procedere teneatur. — Reate XV. Kal. Aug. anno nono. — *Liber ecclesiae de Scon 65. n. 101; Potthast 641. n. 7446.* — « A NOBIS HVMILITER. »

5572. — *Reate 19 Iulii.*

« Archiepiscopo Cesariensi et episcopo Acconensi. » Vt moneant dominos terrarum aliosque laicos in civitate et dioecesi Antiochena ne episcopalem iurisdictionem in damnum patriarchae Antiocheni usurpent, et usurpatam resignent, eosque etiam per censuram ecclesiasticam ad id compellant. Reate XIIII. Kal. Aug. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 374. fol. 68; Mss. Vall. I. 53.* — « ET SI VENERABILEM FRATREM. »

5573. — *Reate 19 Iulii.*

Monasterium s. Dei genetricis et virginis Mariae de Argenuolis patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones, ac bona nominatim designata, iura ac privilegia confirmat. Reate XIV. Kal. Aug. indict. XIV. incarn. dom. an. 1225. pont. anno nono. — *Gallia christ. X. instr. 134; Pottast 641. n. 7447; Horoy H-i opp. omn. IV. 890. n. 193.* — « PRVDENTIBVS VIRGINIBVS QVAE. »

5574. — *Reate 21 Iulii.*

« Hugoni preposito sancti Petri in Oliveto Brixiensis. » Declarat privilegia Paschalis, Celestini et quorumdam aliorum Romanorum Pontificum ecclesiae suae concessa, quae habita fuerant de falsitate suspecta, quaeque ipse de mandato sancti Lucae et sancti Salvatoris praepositorum Brixiensium nomine Sedis Apost. ad Papam destinavit, coram Al(berto) Brixiensi episcopo examinata, sicut oportuit diligenter, vera esse inventa. Reate XII. Kal. Augusti anno anno nono. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 371. fol. 68.* — « CVM PRIVILEGIA FELICIS. »

5575. — *(Februario-Iulio).*

« Lodowico regi Francorum illustri. » Dolet quod, licet eum pluries per litteras Apostolicas rogaverit, nondum treguas cum (Henrico) Anglorum rege prorogavit, contempto etiam statuto de pace vel saltem treguis inter christianos principes observandis, quod cum Fr(iderico) Romanorum imperatore in colloquio novissime cum Pontifice habito factum fuit, eique mandat ut praedicto regi Angliae terras eius quas invasit restituat, et treguas ineat pro Terrae Sanctae succursu, quem reges Franciae progenitores sui et pro regni sui vires promovere potissime consueverunt. *Absque signo chronologico. — Reg. Vat. lib. 9. epist. 168. fol. 31; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 30; Musaeum Britan. Add. mss. 15352; Rodenberg Ep. Sel. 192. n. 267 (in fine mensis Februarii 1225).* — « ILLIVS CVI OMNE. »

REGESTA

DOMINI HONORII PAPAE III

ANNVS DECIMVS

[1225-1226]

[An. 1225]

5576. — *Reate 24 Iulii.*

Vniversis archiepiscopis et episcopis, in quorum dioecesibus granciae fratrum Praemonstratensis ordinis sunt sitae, praecipit ne illorum grangiis decimas colligant et procurationes exigant. Reate IX. Kal. Augusti anno decimo. — *Le Paige Bibl. Praemonstr. 654; Potthast 641. n. 7448; Horoy H-i opp. omn. IV. 899. n. 1.* — « SI VERI CHRISTIANAE RELIGIONIS. »

5577. — *Reate 29 Iulii.*

« Episcopo Cathanensi, cantori Moraviensi et archidiacono Aberdonensi. » Quum Mauritius Ceco Henricum dictum decanum ecclesiae Rosmarchinensis coram episcopo Alberdonensi et coniudicibus suis super quibusdam ecclesiis traxisset in causam, videlicet quod a dicto Henrico spoliatus fuerat possessione ecclesiae sanctae Mariae de Nugh et capellae de Scanduwich ac ecclesiae sanctae Moroch de Alter et ecclesiae de Tarvadal et ecclesiae de Struf, nec non possessione terrae de Ardc͠odoch, ac terrae de Sevanede; auditis quae ab utraque parte proposita fuerant coram G. capellano Pontificio, qui auditor in hac causa deputatus fuit, absolutione concessa eidem Henrico a N(icolao) episcopo Tusculano super excommunicatione quam per violentam manuum iniectionem incurrerat; mandat quatenus si praedictus Mauritius se probaverit spoliatum fuisse de ecclesiis et de possessionibus pro quibus causa mota est, ad ea restituant eumdem, et restitutione facta, vel ipso spoliationem forsitan non probante, cognoscant sine morae dispendio de iudicum praedictorum processu; et si eis constiterit ipsos iudices post litis contestationem vel alias contra ius in ipso negotio processisse, processu ipso irrito nuntiato, praedictum Henricum restituant ad omnia quibus spoliatus fuit, ac deinde si quid remanserit quaestionis, audiant et decernant. Reate IIII. Kal. Augusti anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 1. fol. 74.* — « DILECTIS FILIIS MAVRICIO. »

5578. — *Reate 29 Iulii.*

Abbati, priori et fratribus ordinis s. Benedicti monasterii s. Martini in Monte Pannoniae concedit et indulget, ut in omnibus ecclesiis suis et cellis, quas per regnum Hungariae tenent, generalis in-

terdicti tempore, non pulsatis campanis, clausis ianuis *etc.* divina officia celebrent. Reate IV. Kal, Aug. anno decimo. — *Dobner Mon. II. 365; Katona Hist. crit. V. 447; Fejér Cod. dipl. III. 1. 449; Potthast 642. n. 7450; Horoy H-i opp. omn. IV. 903. n. 3.* — « PRECIBVS VESTRIS BENIGNVM. »

5579. — *Reate 30 Iulii.*

« Abbati Montis viridis Wlterane diocesis. » Vt electionem M. monachi de Furculis ordinis Vallisumbrosae in priorem conventus monasterii sancti Bartholomaei Pistoriensis, quod per septemnium priore est destitutum occasione quaestionis inter ipsos ex parte una et abbatem sancti Iohannis Parmensis ex altera, super statu eiusdem monasterii in spiritualibus et temporalibus valde collapso, si de persona idonea canonice celebrata fuerit, confirmet. Reate III. Kal. Augusti anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 6. fol. 75.* — « SIGNIFICANTIBVS DILECTIS FILIIS. »

5580. — *Reate 30 Iulii.*

« (Gratiadio) Pistoriensi episcopo. » Lite inter conventum monasterii sancti Bartholomaei Pistoriensis ex parte una et abbatem sancti Iohannis Parmensis ex altera, super eo quod dictus abbas praefatum monasterium sibi subesse dicebat, coram archipresbytero Parmensi et coniudicibus suis pendente, quum praedictus abbas omne ius quod asserebat in dicto monasterio se habere ac idem monasterium ipsi episcopo pro certa pecuniae quantitate vendidit; mandat eidem ut quod a se minus provide factum est revocet et conventum ipsum a iuramentis et fideiussores eorum a fideiussione, quae ab ipsis propter hoc dicitur extorsisse, absolvat, alioquin dat litteris in mandatis de Ferculis et sanctae Ceciliae abbatibus et priori Camaldulensi Pistoriensis et Bononiensis dioecesum ut inquirant super praemissis veritatem et referant praefigentes tam ei quam conventui et abbati terminum quo ad Apostolicam Sedem se repraesentent sententiam recepturi. Reate III. Kal. Augusti anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 7. fol. 75.* — « AD NOSTRAM AVDIENTIAM. »

5581. — *Reate 31 Iulii.*

Vniversos Christi fideles per Maguntinam provinciam constitutos monet et hortatur, ut, cum praepositus in Arnesse (Arendsee) Verdens. dioc. et sanctimoniales in eodem loco Deo consacratae ad promotionem ecclesiae suae diligenter intendant nec ad hoc eis propriae suppetant facultates, eidem ecclesiae pias elemosynas et grata subsidia erogent, omnibus vere poenitentibus, qui praedictam ecclesiam in nativitate b. Virginis Mariae aut in anniversario dedicationis die visitaverint, indulgentiam 25 dierum promittit. Reate II. Kal. Aug. anno decimo. — *Riedel Cod. dipl. Brandenb. I. Hauptth. XXII. 14. n. 24, (ubi perperam Honorio IV. adscribitur et ad d. 2 Augusti 1293 refertur); Potthast 642. n. 7451; Horoy H-i opp. omn. IV. 903. n. 4.* — « QVONIAM VT AIT. »

5582. — *Reate 2 Augusti.*

« Decano Crastonensi et Lodowico de Lewimberc canonicis Madeburgensibus. » Quoad causam inter episcopum Meresburgensem ex una parte et monasterium Pigaviensem Meresburgensis dioecesis ex altera, super subiectione ac rebus aliis, quae ab Innocentio PP. (III) decano Tridentino et eius collegis commissa fuit, et iudicibus ipsis mortuis, Pontifex (Honorius III) iniunxit episcopo Nuemburgensi et coniudicibus suis ut negotium ipsum sufficienter instructum ad Sedem Apostolicam remitterent, mandat eis quatenus utrique parti terminum praefigant quo coram Pontifice compareant ut ad decisionem negotii procedatur. Reate IIII. Non. Augusti anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 2. fol. 74.* — « EXPONENTE NOBIS OLIM. »

5583. — *Reate 2 Augusti.*

« Priori et conventui monasterii sancte Marie de Gualdo. » Subiectionem hospitalis sancti Marci de Fogia Troianae dioecesis ab abbate sanctae Mariae de Rocca et collegis suis ex auctoritate Pontificis eorum monasterio factam salvo Apostolicae Sedi censu ab eodem hospitale debito, confirmat. Reate IIII. Non. Aug. anno nono. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 5. fol. 75.* — « CVM TENEAMVR RELIGIONEM. »

5584. — *Reate 4 Augusti.*

« Nobili viro duci Venetorum. » Reclamante Bethleemitano episcopo quod quandam Yconam quae deitria dicitur ad Bethleemitanam ecclesiam pertinentem ipse contra iustitiam detineret, causa ad episcopum Paduanum et suos coniudices commissa, atque demum ad preces ipsius nobilis viri ad episcopum Tervisinum et suos coniudices fuerat remissa, quaeque quum maneat hactenus indecisa, mandat ei ut Yconam ipsam restituat conquerenti, alioquin, si de iure confidit, ei praefigit terminum ad comparendum ut prout de iure procedatur. Reate II. Non. Augusti anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 3. fol. 74; Mss. Vall. 1. 63.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

5585. — *Reate 4 Augusti.*

« Plebano sancti Pauli Venetorum. » Litteras quas duci Venetorum scribit de Ycona quae deitria dicitur, quaeque, ut episcopus Bethleemitanus asserit, ad Bethleemitanam ecclesiam pertinet eidem duci sub testimonio bonorum virorum repraesentet. Dat. ut supra (Reate II. Non. Augusti anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 4. fol. 75; Mss. Vall. 1. 53.* — « NOBILI VIRO DVCI. »

5586. — *Reate 6 Augusti.*

« Abbatissa ac monialibus de Alto Castro (Hohenburg) petentibus, inhibet, ne nobiles illius regionis suas intrudant in earum monasterium filias et cognatas, cum vix ad ipsarum sustentationem propriae sufficiant facultates. Reate VIII Id. Aug. anno decimo. — *Würdtwein Nova subs. XIII. 285; Potthast 642. n. 7452; Horoy H-i opp. omn. IV. 904. n. 5.* — « EX VESTRA INSINVATIONE. »

5587. — *Reate 7 Augusti.*

« Abbati et conventui Saxi vivi. » Quoad controversiam quae inter ipsos ex parte una et (Raynerium) episcopum et canonicos Iterampnenses ex altera super episcopali iure quod idem episcopus in ecclesia sancti Nicolai Iterampnensis petebat, coram G(regorio) sancti Theodori diacono Cardinali agitata fuerat, quum nunc, mediante A. subdiacono et capellano pontificio amicabiliter fuit composita, compositionem ipsam ab utraque parte receptam, ut in confecto exinde instrumento publico continetur, confirmat. Reate VII. Id. Augusti anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 10. fol. 76.* — « CVM SVPER CONTROVERSIA. »

5588. — *Reate 7 Augusti.*

« Priori et conventui sancti Fortunati et sancte Mariae Vallis lucide. » Ipsis postulantibus concedit ut abbas de Ferraria eiusque successores ad eorum monasterium annis singulis accedentes, secundum statuta Cisterciensis ordinis visitationis officium impendant, corrigendo et reformando ibidem tam in capite quam in membris quae correctionis et reformationis officio indigent. Reate VII. Id. Augusti anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 32. fol. 80.* — « FAVORABILIBVS PRECIBVS. »

5589. — *Reate 8 Augusti.*

Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi, cum « privilegium super episcopatu in Seccoviensi ecclesia tunc tuae diocesis a te de nostra promissione creato tibi concessum (d. 22 Iun. 1218) a nobis, per incautelam sit a muribus tineisque corrosum » hoc privilegium renovat. Reate VI. Id. Aug. anno decimo. — *Mezger Hist. Salisb. 994;*

cf. Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 236. n. 293; Lünig Spicil. eccl. I. (Reichs Arch. XVI.) Forts. 970. n. 30; Potthast 642. n. 7453, et append. 2096; Horoy H-i opp. omn. IV. 905. n. 6. — TVA NOBIS FRATERNITAS. »

5590. — *Reate 9 Augusti.*

« (Pontio) episcopo Attrebatensi. » Concedit ei ut in monasteriis et ecclesiis regularibus suae dioecesis dioecesana ei lege subiectis, prout ad munus suum pertinet, officium visitationis impendere possit, reformans et corrigens ibidem quae correctionis et reformationis officio indigent. Reate V. Id. Aug. anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 20. fol. 78; Horoy H-i opp. omn. IV. 909. n. 8. ex mss. du Theil.* — « QVONIAM AMPLIVS CONSVEVIT. »

5591. — *Reate 9 Augusti.*

Vniverso clero per regnum Boemiae constituto mandat atque praecipit, ut illos qui possessiones fratrum dominici Sepulchri in Boemia infestaverint, excommunicent aut, si clerici vel monachi fuerint, ab officio suspendant. Reate V. Id. Aug. anno decimo. — *Erben Reg. Bohem. I. 322. n. 699; Potthast n. 642. 7457 cum hoc initio.* — « PRIOR ET FRATRES. »

5592. — *Reate 10 Augusti.*

« (Petro) archiepiscopo Lundensi (*Decret. Greg. Boeh. Rich. et Friedberg* Lugdunensi). » Respondet ad eius consultationes: 1. circa diversos modos ponendi et levandi hostiam in celebratione missae, verbis Nicolai Papae ait, nihil obstare saluti credentium diversas pro locis et temporibus consuetudines, dummodo illis canonica non obsistat auctoritas; 2. monachum, qui aliquem sacrum ordinem in apostasia recepit quantumlibet ipse suo fuerit reconciliatus abbati et habuit poenitentiam, absque tamen dispensatione Romani Pontificis, ministrare non posse in ordine sic suscepto; 3. ipsum archiepiscopum tam in sua quam in alia dioecesi posse absque pallio et sandalis celebrare, quum etiam in sua dioecesi non semper debeat celebrare cum palleo sed diebus illis dumtaxat qui in ecclesiae suae privilegiis sunt expressi. Reate IIII. Id. Augusti anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 16. fol. 77; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 17; Liljegren Svenskt dipl. 1. 243. n. 234; pars 2. et 3; inter Decret. H-i III. lib. 5. tit. 5.* De apostat. *c. 3. et lib. 1. tit. 6.* De auct. pallii *c. 6. ed. Cironius 275. 40; inter Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 9.* De apostat. *c. 6. et lib. I. tit. 8.* De auctor. pallii *c. 7. ap. Boehmer Corp. II. 775 (ad ann. 1224) et 86 (ad ann. 1220); ap. Richter Corp. II. 762. et 98; Potthast 642. n. 7455; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. tit. IX. c. VI. p. 792; Horoy H-i opp. omn. IV. 909. n. 9.* — « TVA (Quia, *in Decr.*) NOS DVXIT. »

5593. — *Reate 11 Augusti.*

« Nicosiensi archiepiscopo. » Committit ei ut, inquisita veritate circa matrimonium (Alicis) reginae Cipri, cuius ipse est dioecesanus, cum nobili viro Boamundo filio comitis Tripolitani, qui in quarto gradu affinitatis eidem reginae attinens matrimonialiter contrahere contra interdictum ecclesiae non expavit, quid canonicum fuerit decernat. Reate III. Id. Augusti anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 53. fol. 85; Mss. Vall. 1. 53; Mas Latrie Hist. de Chypre II. 47; cf. Potthast 642. n. 7458.* — « EX INSINVATIONE TVA. »

5594. — *Reate 11 Augusti.*

Abbati et priori Stivagiensibus Tullens. dioc. mandat ut ea quae de bonis Inferioris Monasterii (in Hohenburg) alienata invenerint illicite vel distracta ad ius et proprietatem ipsius legitime revocent. Reate III. Id. Aug. anno decimo. — *Würdtwein Nova subs. XIII. 228; Potthast 642. n. 7456; Horoy H-i opp. omn. IV. 910. n. 10.* — « DILECTARVM IN CHRISTO. »

5595. — *Reate 11 Augusti.*
Decano et capitulo Spirensibus. Ecclesiam Spirensem cum omnibus personis et possessionibus tuendam suscipit, specialiter autem eidem ecclesiam de Ezzelingin (Esslingen) cum pertinentiis confirmat. Reate III. Id. Aug. anno decimo. — *Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe von Speyey I. 180. n. 169; Wirtemberg. UB. III. 196. n. 714, uterque perperam ad ann. 1226; Potthast 642. n. 7457.* — « CVM A NOBIS. »

5596. — *Reate 12 Augusti.*
« (Olao) archiepiscopo Vpsallensi. » Rogat et monet eum ut I. diacono capellano ipsius archiepiscopi, qui diu Parisius scolasticis institit disciplinis et per biennium diutius devote vacavit obsequiis in partibus transmarinis nihilominus obsequiis suis diu fideliter insistendo, in beneficio competenti provideat. Reate II. Id. Augusti anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 12. fol. 76; Liljegren Svenskt dipl. I. I. 244. n. 236; cf. Porthan Bullar. access. 19. n. 44; Potthast 642. n. 7460; Horoy H-i opp. omn. IV. 912. n. 14.* — « DILECTVS FILIVS I. »

5597. — *Reate 12 Augusti.*
« Erico illustri regi Svetie. » Eius personam cum regno et omnibus suis honoribus ac iustitiis sub protectione recipit. Dat. ut supra (Reate II. Id. Augusti anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 13. fol. 77; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 18 (finis deest); Vastovius Vitis Aquil. 174; Liljegren l. c. n. 235; cf. Celse Appar. 61. n. 23; Potthast 642. n. 7459; Horoy l. c. 911. n. 12.* — TVE SVBLIMITATIS DEVOTIO. »

5598. — *Reate 12 Augusti.*
« (Petro) archiepiscopo Lundensi. » Potestatem ei concedit usque ad quinquennium absolvendi incendiarios provinciae suae ac manuum in personas ecclesiasticas iniectores. Dat. ut supra (Reate II. Idus Augusti anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 14. fol. 77; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 17; Liljegren l. c. 245. n. 237; cf. Porthan l. c. n. 45; Potthast 642. n. 7461; Horoy l. c. 912. n. 13.* — « VT TVAM HONOREMVS. »

5599. — *Reate 13 Augusti.*
« Duci et magnatibus Svetie. » (Olao) Vpsallensi archiepiscopo insinuante, mandat eis ne amplius praegravent personas ecclesiasticas nec eos praesertim ad iudicium saeculare protrahant, vel bona propria ipsorum occupent ac eos exactionibus indebitis opprimant, alioquin sententiam quam idem archiepiscopus rationabiliter tulerit in rebelles ratam habebit eamque observari faciet. Reate Idibus Augusti anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 11. fol. 76; Mss. Vall. 1. 53; Vastovius Vitis Aquil. 174; Liljegren Svenskt. dipl. 1. 245. n. 238; cf. Celse Appar. 61. n. 24; Potthast 642. n. 7462; Horoy H-i opp. omn. IV. 913. n. 15.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

5600. — *Reate 13 Augusti.*
« Prelatis et clericis Vpsallensis diocesis. » Hortatur eos ut (Olao) Vpsallensi archiepiscopo suam dioecesim visitanti procurationes debitas hilariter exhibeant. Reate Idibus Augusti anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 15. fol. 77; Liljegren l. c. 246. n. 239; cf. Celse l. c. n. 25; Potthast 643. n. 7463; Horoy H-i opp. omn. IV. 914. n. 17.* — « CVM OMNIBVS DEBITA. »

5601. — *Reate 13 Augusti.*
« S(tephano) Cantuariensi archiepiscopo sancte Romane Ecclesie Cardinali et magistro Ottoni subdiacono et capellano nostro. » Abbate et conventu de Dorkecestrier licentiam petentibus collocandi in loco magis idoneo corpus beati Birini episcopi, quod ipsi in eorum ecclesia in loco humili asserunt requiescere, et in libro Bedae

« De gestis Anglorum » legitur ad Wintoniensem ecclesiam esse tumulatum, mandat ut hii super huiusmodi facto veritatem inquirant, et si invenerint locum Bedae esse vitiatum, ipsis abbati et conventui petitam licentiam concedant. Reate Idibus Aug. anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 21. fol. 78; Mss. Vall. I. 53* — « DILECTIS FILIIS ABBATE. »

5602. — *Reate 13 Augusti.*

« Abbati et conventui Aquicintensibus. » Indulget ut in parrochiis in quibus percipere veteres decimas consueverunt, percipiant decimas quoque novalium in ea portione dumtaxat in qua veteres percipiunt. Reate Idibus Augusti anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 23. fol. 79.* — « PRECIBVS VESTRIS BENIGNVM. »

5603. — *Reate 13 Augusti.*

« (Guilielmo) archiepiscopo Remensi et suffraganeis eius, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum prelatis per Remensem provinciam constitutis. » Mandat ut abbatem et conventum Aquicintensis monasterii a frequentibus molestatorum iniuriis defendant ac decimae novalium, quae propriis manibus et sumptibus excolunt, eisdem persolvantur. Dat. ut supra (Reate Idibus Augusti anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 24. fol. 79.* — « NON ABSQVE DOLORE. »

5604. — *Reate 13 Augusti.*

Priori et fratribus s. Mariae de Vincareto concedit licentiam assumendi regulam fratrum s. Marci de Mantua apostolicae sedis iudicio approbatam. Reate Idibus Aug. anno decimo. — *Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 641. n. 18; Potthast 643. n. 7464; Horoy H-i opp. omn. IV. 914. n. 16.* — « VESTRA NOBIS DEVOTIO. »

5605. — *Reate 16 Augusti.*

« Frederico abbati monasterii sancte Marie in Alohinghen *(idest Elchingen prope Vlmam)* eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. » Quum, (Sigefrido) Augustensi episcopo eorum dioecesano referente, quidam monachus privilegia quaedam a Sede Apostolica monasterio ipsi concessa cuiusdam militis instinctu subrepisset, et deinde sine bulla ea fuissent ab hiis ad quorum manus devenerunt restituta, Pontifex volens super tanto discrimine eidem monasterio providere praesens privilegium addendo quaedam alia capitula concedit, in quo possessiones, bona, iura et libertates monasterii praedicti recenset et confirmat. — Reate per manus magistri Guidonis dñi PP. notarii XVII. Kal. Septembris Indict. XIII. Incarnationis Dominice anno MCCXXV. Pontificatus vero dñi Honorii PP. III. anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 17. fol. 77; Rodenberg Ep. Sel. 200. n. 279.* — « NOVIS EGENT REMEDIIS. »

5606. — *Reate 16 Augusti.*

« (Henrico) Mediolanensi archiepiscopo. » Petentibus Saonensi episcopo, praeposito et quibusdam aliis canonicis Novariensibus, mandat ut non obstantibus quae per (Oldebertum Tornielli) Novariensem episcopum sint praesumpta, faciat ad praebendam bo. me. A(imerici) cantoris Novariensis per eos ad quos ius eligendi spectat, idoneum aliquem eligi in diaconatu vel sacerdotii ordine constitutum. Reate XVII. Kal. Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 19. fol. 78; Hist. patr. monum. Chart. I. col. 1290; Decret. H-i lib. I. tit. I. De constit. c. 6 ed. Cironius 16; Potthast 663. n. 7710, repet. 643. n. 7465; Horoy H-i opp. omn. IV. 915. n. 18.* — « EX PARTE VENERABILIS. »

5607. — *Reate 16 Augusti.*

« Archiepiscopo Apamiensi. » Indulget ut in civitate ac principatu Antiochenis libere ei liceat suos vendere redditus, et

emere tam equitaturas quam alia ei et familiae suae necessaria sine omni exactione personae cuiuslibet saecularis. Reate XVII. Kal. Sept. anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 25. fol. 79.* — « IVSTIS PRECIBVS TVIS. »

5608. — *Reate 16 Augusti.*

« Capitulo Apamiensi. » Statuit ut, obeunte eorum archiepiscopo, nullus eis qualibet subreptionis astutia preponatur nisi quem ipsi communi consensu vel pars consilii sanioris providerint eligendum, sub intimatione anathematis inhibens ne quis defuncto archiepiscopo bona ipsius seu eorum ecclesiae capere vel invadere quoquomodo praesumat, quin tamen per hanc indulgentiam ecclesiae Antiochenae praeiudicium generetur. Dat. ut supra (Reate XVII. Kal. Sept. anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 26. fol. 79.* — « VOLENTES PACI ET. »

5609. — *Reate 18 Augusti.*

« (Henrico) Mediolanensi archiepscopo. » Pro relevandis damnis quae catholici Brixienses dimicando contra haereticos pertulerunt, praeter illam pecuniae quantitatem quam colligi mandavit a clero civitatis et dioecesis Mediolanensis nec non a Cumano, Vercellensi aliisque episcopis, providet ut ecclesiae exemptae Lombardiae centum septuaginta libras imperialium eisdem catholicis conferant: hinc ei mandat, ut pensatis facultatibus ecclesiarum ipsarum, earum singulis imponat congruam de praefata pecunia portionem, quae assignetur (Bonaventurae) Ariminensi et (Alberto) Brixiensi episcopis, inter catholicos prout congruum fuerit distribuenda. Reate XV. Kal. Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 9. epist. 22. fol. 79; Mss. Vall. I. 53.* — « ATTENDENTES GRAVAMINA QVE. »

5610. — *Reate 20 Augusti.*

« Abbati et decano Casinensibus. » Quum Alifanus episcopus fratri Iacobo sancti Fortunati se opponat ad constructionem ecclesiae in honorem beatae Virginis ordinis Cistercensis in silva quae vocatur Thora Alifanae dioecesis, cui fratri Pontifex primarium lapidem benedictum concessit, et F(ridericus) Romanorum imperator et rex Siciliae amplas possessiones prout in litteris eius apparet donavit; mandat eis ut si praedictus episcopus praeceptum Apostolicum adimplere neglexerit, eum ad desistendum compellant, quin tamen per hoc episcopo vel ecclesiae Alifanis aliquod praeiudicium generetur, sed sicut alia Cisterciensis ordinis monasteria suis dioecesanis respondent, ita hoc monasterium eisdem episcopo et ecclesiae debeat respondere. Reate XIII. Kal. Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 27. fol. 79; Mss. Vall. I. 53; Rodenberg Ep. Sel. 202. n. 280.* — « CVM ORDO CISTERCIENSIS. »

5611. — *Reate 23 Augusti.*

« (Vgrino) Colocensi archiepiscopo et eius suffraganeis. » Moneant (Andream) regem Vngariae ut alienationes ab ipso factas in praeiudicium regni sui et contra regis honorem, non obstante iuramento si quid fecerit de non revocandis eisdem, studeat revocare, quia in incoronatione sua iuravit se iura regni sui et honorem coronae illibata servaturum; praeterea arguit eos, quod contra Toletanum concilium ac eorum sinodales et regias constitutiones Iudaei et pagani publicis officiis praeficiantur, et Sarraceni in eorum partibus habeant per dissimulationem eorum mancipia christiana, quae libere, quando volunt, ementes secundum ritum ipsorum ea vivere compellunt. Reate X. Kal. Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 29. fol. 80; Mss. Vall. I. 53; Fejér Cod. dipl. III. II. 48; Theiner Mon. Hung. I. 60. n. 127; Potthast 643. n. 7466; cf. Horoy H-i opp. omn. IV. 916. n. 19.* — « INTELLECTO IAMDVDVM QVOD. »

5612. — *Reate 26 Augusti.*

« Magistro Fulconi de Dervio ordinario Mediolanensi. » Vt abbati sancti Gervasii de Montebello expensae quas ipse fecerat in visitatione quorumdam monasteriorum Lombardiae eidem commissa, proportione congrua ab eorum praelatis exolvantur, ipsosque per censuram ecclesiasticam ad id compellat. Reate VII. Kal. Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 30. fol. 80.* — « Dilectvs filivs abbas. »

5613. — *Reate 28 Augusti.*

« (Bartholomaeo) episcopo Parisiensi. » Circa Apostolicam indulgentiam fratribus Minoribus concessam, ut ubicumque fuerint sine parrochialis iuris praeiudicio cum altari valeant viatico celebrare, reprobata quorumdam interpretatione, quod per eam praedicti fratres praeter episcoporum abbatum et aliorum praelatorum assensum id facere non possunt, mandat ut datam licentiam non differat publicare. Reate V. Kal. Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 31. fol. 80; Mss. Vall. I. 53; Sbaraleae Bullar. Franc. I. 21. n. 19; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 99; Decret. H-i III. lib. 5. tit. 12.* De privileg. *c. 6. ed. Cironius 295; Decretal. Greg. IX. lib. 5 tit. 33. De privil. c. 30. ap. Boehmer Corp. II. 821. (ad ann. 1223); ap. Richter Corp. II. 833; Potthast 643. n. 7467; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. tit. XXXIII. c. XXX, p. 868. (sine titulo); Horoy H-i opp. omn. IV. 916. n. 20.* — « In hiis qve. »

5614. — Reate 28 Augusti.

« (Martino) episcopo et capitulo Zamorensibus. » Venditionem eis factam ab abbate et conventu sancti Angeli de Vrsaria Troianae dioecesis de villa quae Bamba vocatur sita in valle de Scema Zamorensis dioecesis in Hyspaniae partibus, ad dictum monasterium spectante confirmat: refertur instrumentum venditionis actum in Palatio Lateranensi in praesentia Pelagii episcopi Albanensis, Egidii sanctorum Cosmae et Damiani diaconi Cardinalium, Suerii Vlixbonensis episcopi, Petri episcopi Olenensis, et testium plurimorum. Reate V. Kal. Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. episl. 37. fol. 81.* — « Cvm necessitas licitvm. »

5615. — *Reate 30 Augusti.*

« (Raynaldo) archiepiscopo Lugdunensi. » Libertatem et immunitatem quam nobilis vir G(uido) comes Forensis nepos suus hominibus Villae sancti Ragneberti et parrochiarum suarum scilicet Bonczonis, Chamble, sancti Cipriani et sancti Iusti ad monasterium de sancto Ragneberto spectantium concessit, archiepiscopis Lugdunensibus tuendam et defendendam per excommunicationem et interdictum in personas Forensium comitum et eorum comitatum committit. Reate III. Kal. Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 33 fol. 80; Horoy H-i opp. omn. IV. 917. n. 22 ex mss. du Theil.* — « Vota fidelivm pietatem. »

5616. — *Reate 30 Augusti.*

« Priori et conventui sancti Ragneberti Lugdunensis diocesis. » Libertates et immunitates a nobili viro G(uidone) comite Forensi hominibus Ville sancti Ragneberti et aliarum ad eorum monasterium pertinentium et per eos monasterio ipso indultas, confirmat. Dat. ut supra (Reate III. Kal. Septembris anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 34. fol. 81.* — « Ivstis petentivm. »

5617. — *Reate 30 Augusti.*

« Capitulo sancti Quintini Noviomensis diocesis. » Mandat eis ut singuli super excessibus eorum decani correctionem sine utriusque partis praeiudicio recipiant, alioquin sciant se (Gerardo) Noviomensi episcopo mandasse ut ipse tales excessus corrigat nullo ex hoc ipsis vel eidem de-

cano in posterum praeiudicium generando. Reate III. Kal. Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 38. fol. 82; Horoy H-i opp. omn. IV. 919. n. 23 ex mss. du Theil.* — « QVONIAM PRONI SVNT. »

In eundem modum scriptuıı est (Gerardo) Noviomensi episcopo ut si dictum capitulum hoc adimplere non curaverit idem episcopus tales excessus corrigere non omittat.

5618. — *Reate 30 Augusti*

« Preposito, decano et capitulo sancti Gaugerici Cameracensibus. » Vt praebendam, quam in eorum ecclesia obtinebat magister B. procurator Cameracensis episcopi mortuus nuper apud Perusium, conferant Romano Iohannis acolito et capellano Pontificio, alioquin sciant se iniunxisse abbati sancti Vincentii, decano et cantori Silvanectensibus ut, revocato in irritum si quid contra donationem Pontificis fuerit attemptatum, mandatum Apostolicum exequantur. Reate III. Kal. Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 44. fol. 83.* — « MORTVO NVPER APVD. »

Illis scriptum est super eodem in eundem modum.

5619. — *Reate 30. Augusti.*

(Guillelmo) archiepiscopo Rhemensi mandat, reprobet sinistram quorundam interpretationem decretalis illius, qua fratribus Minoribus concessum sit, ut ubicumque fuerint, sine parochialis iuris praeiudicio cum altari possint viatico celebrare et datam hanc eis licentiam celebrandi publicet. Reate III. Kal. Sept. anno decimo. — *Waddingi Ann. Min. II. 600; Sbaraleae I. c. 22. n. 20; Potthast 643 n. 7468; cf. Horoy H-i opp. omn. IV. 917. n. 21.* — « IN HIS QVAE. »

5620. — *Reate 31 Augusti.*

« Archidiacono in Valencenis I. de Bethuma, et magistro Symoni de Iurbisia canonicis Cameracensibus. » Inducant (Gaufridum) Ambianensem episcopum ut Iohanni de Lens clerico Attrebatensis dioecesis beneficium praebendale in ecclesia Ambianensi conferat, et si idem episcopus eorum monitis nequiverit induci, ipsi quam primum obtulerit se facultas id exequantur. Reate II. Kal. Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 35. fol. 81.* — « INDVCTI LAVDABILI TESTIMONIO. »

5621. — *Reate ... Augusti.*

« (Theodino) episcopo, cantori et P. de Stancione canonico Theanensibus. » Quoad causam inter Calmensem electum et Iohannem clericum Theanensem super praebenda quam ille ante suam electionem obtinebat, quae primum episcopo Suessano ac demum A. subdiacono et capellano Pontificio ab Apostolica Sede commissa fuit, qui attendens quod ab executoribus Apostolicis eidem Iohanni praebenda collata fuerat nec electus appellationem intra legitimum tempus fuerat prosequutus, dictum Iohannem ab impetitione ipsius electi absolvit, quare mandat eisdem ut faciant ipsum dictae praebendae ac pertinentiarum ipsius plena ac pacifica possessione gaudere. Reate ... Augusti anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 9. fol. 76.* — « CONQVERENTE OLIM DILECTO. »

5622. — *Reate 1 Septembris.*

« Crisopitensi (*Potthast* Corisopitensi), et (Stephano) Trechorensi episcopis et abbati sancte Crucis de Kemperele (*Potthast* Camparell. *Raynal.* Remperellensi) Crisopitensis diocesis. » Significat se episcopo Leonensi (*Potth.* Leonicensi) et abbati sancti Gingaloei de Landevenech (*Potth.* abbati sancti Lupi) Crisopitensis dioecesis dedisse litteris in mandatis ut de vita et miraculis Mauricii abbatis monasterii sancti Mauricii Cisterciensis ordinis Crisopitensis dioecesis, veritatem inquirerent; sed cum per eorum paginam non appareat quod testes ibidem

nominatos examinaverint singillatim et quod eos super hiis de quibus testificati sunt ac circumstantiis cum ea interrogaverint diligentia quae solet et debet in testium receptionibus adhiberi; mandat eis quatenus testes quos abbas et monachi eiusdem loci super vita et miraculis dicti viri duxerint producendos examinare prudenter ac diligenter ut moris est interrogare curent, et depositiones ad Apostolicam Sedem transmittant ut in ipso negotio cum diligentia et maturitate debita procedatur. Reate Kal. Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 36. fol. 81; Mss. Vall. I. 53; Manrique ann. Cist. IV. 242. (ad ann. 1223); Decretal. H-i III. lib. 2. tit 12* De testib. *c. 5 ed. Ciron. 133; Decretal. Greg. IX lib. 2. tit. 20* De testib. *c. 52. ap. Boehmer Corp. II. 313. (male ad ann. 1220); ap. Richter. Corp. II. 327; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 49 (fragm.); Potthast 643. n. 7469; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. XX. c. LII. p. 339; cf. Horoy H-i opp. omn. IV 920. n. 24.* — « Venerabili fratre nostro. »

5623. — *Reate 1 Septembris.*

(Alexandro) Waradiensi, et (Gregorio) Geuriensi episcopis. » Conquerente A(ndrea rege Vngariae per magistrum Flo. Custodem Orodiensem nuntium suum, quod in quadam parte regni sui Hospitalarii sanctae Mariae Theotonicorum non contenti de possessionibus quas eisdem liberaliter largitus fuit alia indebite occupaverant armata manu et alios excessus commiserant; mandat eis ut ad locum personaliter accedant, et inquisita super hiis veritate, praenominatos Hospitalarios compellant ut terminis in regia donatione eis concessis sint contenti, non obstantibus litteris ad de Nivelt (*al.* Linewelt *vel.* Linewel, *Hor.* Lilienwell), de Egris, et de Querc (*al.* Querch) abbates a Sede Apost. impetratis. Reate Kal. Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 40. fol. 82; Mss. Vall. I. 53; Fejér Cod. dipl. III. II. 53; Schuller Archiv. I. 246; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 35. n. 34; Theiner Mon. Hung. I. 61. n. 128; Potthast 643. n. 7470; Horoy H-i opp. omn. IV. 920. n. 25.* — « Detestabile semper est. »

5624. — *Reate 3 Septembris.*

« (I.) episcopo Casertano, magistris Petro Paparone subdiacono nostro, et Salvo doctoribus decretorum Neapoli commorantibus. » Vt circa electionem ecclesiae Nolanae super qua, causa inter P. de Milo (*al.* Milonis) et magistrum Perronem imperialem notarium coram archiepiscopo Neapolitano agitatur, mandat quatenus vocatis qui fuerint vocandis tam super processu praedicti archiepiscopi quam super aliis inquirant veritatem et quae invenerint ad Sedem Apostolicam transmittant. Reate III. Non. Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 41. fol. 82.* — « Dilecti filii Petrvs. »

5625. — *Reate 3 Septembris.*

« (Petro) archiepiscopo Neapolitano. » Causa apud Sedem Apostolicam pendente inter magistrum Perronem et P(etrum) Milonis super electione Nolanae ecclesiae, quae certis iudicibus sub certa forma delata est, mandat ut ad ordinationem dicti Perronis non procedat. Reate III. Nonas Septembris anno decimo. *Reg. Vat. lib. 10. epist. 39. fol. 82; Vghelli Ital. sacra (Romae 1659) VI. 302; cf. Potthast. append. 2096. n. 7471 a-26146 (sine initio).* — « Cvm cavsam qve. »

5626. — *Reate 3 Septembris.*

« Orodiensi capitulo. » Cum eorum praepositura regalis existens, et per hoc ad Sedem Apostolicam collatio ad regem vero praesentatio praepositi pertineat, unde Pontifex Iohanni Capu(cio) subdiacono et capellano Sedis Apostolicae eam concessit,

super quo (Andreae) regi Vngariae scripta dirigit, mandat ut quidquid factum est aliter de praepositura praefata contra concessionem ipsam irritum habeatur, eique capellano tamquam eorum praeposito plene intendant. Reate III. Non. Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 72. fol. 90; Feiér Cod. dipl. III. II. 50; Potthast 643. n. 7471: Horoy H-i opp. omn. IV. 922. n, 26.* — « IAM PRIDEM PREPOSITVRA. »

5627. — *Reate 4 Septembris.*
« (Andreae) illustri regi Vngarie. » Significat se Orodiensem praeposituram, cum regalis existat, et per hoc ad Sedem Apostolicam eius collatio ad eum vero praesentatio praepositi pertineat, Iohanni Capu(cio) subdiacono et capellano Pontificio concessisse, ipsumque regem sicut iterum sic attentius exhortatur ut dicto capellano gratificetur, qui ipsi utique fructuosus cum Pontifici et fratribus carus existat ad servitium suum fortius accendatur. Reate II. Non. Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 74. fol. 90; Katona Hist. crit. V. 485; Fejér Cod. dipl. III. II. 51; Theiner Mon. Hung. I. 62. n. 130; Potthast 643. n. 7472: Horoy H-i opp. omn. IV. 922. n. 27.* — « IAM PRIDEM ORODIENSIS. »

5628. — *Reate 5 Septembris.*
« Fidelibus nostris hominibus de Stroncone. » Conventionem inter ipsos et Innocentium PP. super afficto eiusdem castri, edificatione palatii et turris a Pontifice facienda, nec non super Apostolica protectione eis concessa praesertim contra Narnienses si opus fuerit, confirmat. Reate Nonis Septem. anno decimo. *Reg. Vat. lib. 10. epist. 42. fol. 82; Mss. Vall. I. 53; Rodenberg Ep. Sel. 203. n. 282.* — QVONIAM LABILIS EST. »

5629. — *Reate 5 Septembris.*
« De Superaddo, et de Meira abbatibus Cisterciensis ordinis Compostellane et Lucensis diocesum. » In causa inter (Martinum) episcopum, P. archidiaconum, O. Thesaurarium et quosdam alios canonicos Mindonienses apud Villam Maiorem commorantes ex una parte, et decanum et capitulum Ripe Eune ex altera, super quibusdam redditibus et rebus aliis vertente, quae primum O. archidiacono, He. cantori et I. Rainaldi canonicis Ovetensibus, deinde Rolando subdiacono et Gregorio de Romania capellanis Apostolicis commissa fuit, mandat ut, firma remanente compositione per P(elagium) Albanensem episcopum inter partes inita, ad loca quaestionis personaliter accedant et in negotio iuxta praescriptam formam procedant. Reate Nonis Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 43. fol. 83.* — « CVM CAVSA QVE. »

5630. — *Reate 6 Septembris.*
« (Alberto) electo, et abbati sancti Zenonis et Constantino canonico Veronensibus. » Ad preces O. Feltrensis et Belunensis electi mandat ut quidquid dux Venetorum attemptaverit contra sententiam ab (Hugolino) Hostiensi episcopo tunc Apostolicae Sedis Legato in causa inter bo. me. Feltrensem et Belunensem episcopum et cives Tervisinos super districtu et iurisdictione promulgatam, in irritum revocent. Reate VIII Idus Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 52. fol. 84.; Biancolini Serie dei Vescovi di Verona 88. n. 14; Decret. H-i III. lib. 1. tit. 24. c. 2. ed. Cironius 90; Decret. Greg. IX lib. 1. tit. 43.* De arbitr. *c. 11. ap. Boehmer Corp. II. 216; ap. Richter Corp. II. 228; Potthast 643. n. 7473; Friedberg Corp. I. C. II. lib. 1. tit. 43. c. 11. p. 236; cf. Horoy H-i opp. omn. IV. 923 n. 28.* — « EXPOSITA NOBIS DILECTI. »

5631. — *Reate 7 Septembris.*
« (Henrico) episcopo et abbati sancti Andree Mantuanis. » Vt A. quondam Veronensi episcopo praebendam quam in Ve-

ronensi ecclesia habuit Veronensis electus, et quasdam possessiones quas Veronense capitulum sibi quia solvit quoddam ecclesiae debitum ac certum tempus concesserat possidendas, iuxta mandatum Apostolicum eis directum faciant conferri. Reate VII Idus Septem. anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 196. fol. 112.* — « Ex parte venerabilis. »

5632. — *Reate 9 Septembris.*

« (Hugolino) episcopo Vercellensi. » Cum canonici Mortarienses in monasterium sancti Petri in Celo aureo, Monachis Nigris ab eodem expulsis, introducti fuerint, et dicti Monachi Nigri ad locum pristinum suspirantes eos multiplici molestatione fatigant, mandat ut eosdem Monachos, ne malignandi occasionem et spem redeundi habeant, in diversis regionis illius monasteriis collocare procuret. Reate V. Idus Septembris anno decimo — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 50. fol. 84.* — « Cvm Monachi Nigri. »

5633. — *Reate 9 Septembris.*

« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apost. Sedis Legato. » Circa petitionem (Iacobi) regis Aragonum pro restitutione comitatus Ameliani, quo (Conradus) Portuensis episcopus tunc in partibus Provinciae Apostolicae Sedis Legatus, cum ab (Amalrico) comite Montisfortis et ab episcopo dioecesano privatus fuerat, eum de mandato Pontificis (Honorii III) investivit, et nunc ab R. qui pro comite Tolosano se gerit indebite spoliatus existit, mandat ut procedat prout secundum Dominum et iustitiam viderit expedire. Reate V. Idus Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 54. fol. 85; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 776; Potthast 644. n. 7475; Horoy H-i opp. omn. IV. 923. n. 29.* — « Ex parte Karissimi. »

5634. — *Reate 9 Septembris.*

« Capitulo Paduano. » Vicenarium quartum numerum praebendarum in eorum ecclesia a G(erardo) Paduano episcopo statutum ad exemplar fel. re. Celestini PP. confirmat. Reate V. Idus Septembris anno decimo — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 56. fol. 85; Dondi Orlogio Dissert. IV. docum. 46. n. 37. (8 Septembris); cf. Potthast 645. n. 7474.* — « Ecclesiarvm vtilitati et. »

Reate 9 Septembris.

V. id. Sept. tempore Honorii III. pp. pontificatus anno eius decimo consecrata est maior ecclesia Reatina ab ipso domino Honorio cum talibus episcopis, videlicet, Ostiensi, Albanensi, Praenestino, Sabinensi et aliis Cardinalibus et episcopis partium diversarum ad honorem B. M. semper Virginis. — *Tabula vetusta relata a Raynaldi Ann. ad a. 1225 § 55; Ciacconius Vitae et res gestae Rom. Pont. (ed. Rom. 1677) tom. II. p. 55; Potthast 644.*

5635. — *Reate 10 Septembris.*

« O(ddoni) Feltrensi et Belunensi electo. » Indulget ei ut non obstante quod ad regimen Feltrensis et Belunensis ecclesiarum fuerit assumptus praebendam ecclesiae Taurinensis retineat ad beneplacitum Sanctae Sedis. Reate IIII. Idus Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 48. fol. 84.* — « Devotioni tve concedimvs. »

5636. — *Reate 10 Septembris.*

« Abbatibus, prioribus et abbatissis ac priorissis et conventibus Nigri ordinis in Lombardia et Marchia constitutis. » Iniungit eis quatenus cum visitatores ordinati in generali capitulo secundum statutum concilii generalis ad eorum loca devenerint visitationis officium impensuri, libenter eos excipiant eisque obediant. Reate IIII. Idus Sept. anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 57. fol. 85; Mss. Vall. I. 53.* — « Ea qve pro vestra. »

5637. — *Reate 10 Septembris.*

« (Bartholomaeo) episcopo et magistris Iohanni de Monte Mirabili archidiacono, et Wilelmo Avvernacensi canonico Parisiensibus. » Mandat eis ut ad monasterium sanctae Columbae Senonense accedant et inquisita veritate super excessibus quibus eiusdem monasterii abbas imputatur, ea quae corrigenda et reformanda sunt corrigant et reforment. Reate IIII. Idus Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 52. fol. 86; Mss. Vall. I. 53; Notices et extraits XXI. II. 165; cf. Potthast. Append. 2097. n. 7476. a - 26147 (sine initio); Horoy H-i opp. omn. IV. 925. n. 31. ex mss. du Theil.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

5638. — *Reate 10 Septembris.*

« (Gregorio) episcopo et preposito Geuriensibus. » Mandat eis quatenus a praepositura Orodiensi, quae cum regalis existat ad Sedem Apostolicam in spiritualibus ad regem vero in temporalibus pertinet, quolibet detentore amoto, Iohannem Capu(cium) subdiaconum et capellanum Apostolicum, cui Pontifex eam concessit plena ac pacifica possessione gaudere faciat. Reate IIII. Idus Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 73. fol. 90; Fejér Cod. dipl. III. II. 52; Theiner Mon. Hung. I. 62. n. 131; Potthast 644. n. 7476; Horoy H-i opp. omn. IV. 924. n. 30.* « — CVM ORODIENSIS PREPOSITVRA. »

5639. — *Reate 10 Septembris.*

« (Guilielmo) episcopo Cumano et magistris Stephanardo ordinario maioris ecclesie et Hugoni canonico decumanorum Mediolanensibus. » In causa vertente inter Wilelmum monachum monasterii sancti Dionisii Mediolanensis et abbatem Montis belli super electione dicti Wilelmi in abbatem eiusdem monasterii sancti Dionisii, quam electionem (Henricus) Mediolanensis archiepiscopus iniuste cassavit, auditis quae a (Nicolao) Tusculano episcopo ipsius causae auditore relata fuerant, mandat ut procedant, et quidquid fecerint per eorum litteras Apostolicae Sedi intiment, ut de supradicto abbate disponatur. Reate IIII. Idus Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 150. fol. 104.* — « HVBERTO LAVDENSI CLERICO. »

5640. — *Reate 11 Septembris.*

« (Iacobo) episcopo et capitulo Taurinensibus. » Vt (Oddoni) Feltrensi et Belunensi electo praebendam quam ante suam assumptionem in ecclesia Taurinensi obtinebat conservent. Reate III. Idus Septembris anno decimo — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 47. fol. 84.* — « NOVERITIS NOS DE. »

5641. — *Reate 11 Septembris.*

« Capitulo Paduano. » Decernit ne quis canonicorum absentium residentes molestet super quibusdam specialibus redditibus quos residentibus ipsi deputarunt, ita tamen quod per hoc constitutioni ab ipso Pontifice editae pro hiis qui student in theologica facultate in aliquo derogetur. Reate III. Idus Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 63. fol. 88.* — « EA QVE OB DIVINI. »

5642. — *Reate 12 Septembris.*

« Alberto et Olurado, canonicis Cenetensibus. » Moneant et efficaciter inducant electum et capitulum Feltrenses ut de expensis, quas M. et H. ecclesiae Feltrensis canonici, dum de mandato ipsius capituli apud Sedem Apostolicam pastorem eidem ecclesiae petituri moram protraxerant, medietas a Feltrensi electo et medietas a praefato capitulo exolvatur. Reate II. Idus Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 49. fol. 84.* — « DILECTI FILII M. »

In eundem modum scriptum est Olurado canonico Cenetensi.

5643. — *Reate 13 Septembris.*

« Abbatibus et monachis in Lombardia et Marchia Tarvisina constitutis. » Capitula, quae pro reformatione monachorum ab abbate Montis belli ad Apostolicam Sedem praesentata fuerant, nunc examinata et correcta, sigillis H(ugolini) Ostiensis et N(icolai) Tusculani episcoporum munita precipit observari, praesertim de officio visitatorum qui in capitulo generali sunt ordinati, quaedam addens de correctione monachorum et abbatum, de clericis saecularibus ad monasterii beneficia non admittendis, quae etiam ad monasteria monialium extendit. Reate Idibus Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 51. fol. 84; Mss. Vall. I. 53; Decret. H-i lib. 3. tit. 20.* De statu mon. *c. 4. ed. Cironius 227; Inter Decret. Gregorii IX. lib. 3. tit. 35.* De statu mon. *c. 8. apud Boehmer Corp. II. 563; apud Richter Corp. II. 578; Friedberg Corp. Iur. Canon. II. lib. III. tit. XXXV. c. VIII. p. 601; cf. Potthast 673. n. 7817.* — « EA QVE PRO RELIGIONIS. »

5644. — *Reate 13 Septembris.*

« Episcopo, priori et archidiacono Macloviensibus (*Boehm. Rich. Fried.* Herfordensibus). » Cum Pontifex preces et precepta direxerit decano et capitulo ecclesiae beati Martini Andegavensis ut in canonicum reciperent G. pauperem clericum, iisdem episcopo, priori et archidiacono executoribus sibi datis, mandat eis ut non obstante exceptione a decani et capituli procuratore proposita super hoc litteras Apostolicas non valere, eo quod in eis mentio non fiebat quod praefatus decanus ex donatione regis praebendarum eiusdem ecclesiae collationem haberet, mandatum Apostolicum exequantur. Reate 13 Septembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 55. fol. 85; Decret. H-i lib. 3. tit. 4.* De praebendis *c. 5. ed. Cironius 191; Inter Decret. Gregorii IX. lib. 3. tit. 5.* De praebend. *c. 34. apud Boehmer Corp. II. 445. (ad an. 1222); Richter Corp. II. 463; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. III. tit. V. c. XXXIV. p. 480; cf. Potthast 671. n. 7790; Horoy H-i opp. omn. IV. 926. n. 32 ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS G. »

5645. — *Reate 16 Septembris.*

« Consulibus et populo Pipernensibus. » Significat ad evitanda mala quae ex dissentione inter ipsos et Terracinenses exorta possent accidere, se precepisse Gregorio subdiacono et capellano Apostolico Campaniae Maritimaeque Rectori, ut ad partes ipsas accedens quartam partem tenimenti de quo agitur inter ipsos versus Terracinam ad manus suas recipiat et eam teneat sequestratam donec aliter super hoc a Sede Apostolica provideatur, non obstante provisione quae non fuit servata seu assignatione facta per nuntios R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali dum in illis partibus rectoris officium obtinebat. Reate XVI. Kal. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 58. fol. 85; Mss. Vall. I. 53.* — VOLENTES MALIS OCCVRRERE. »

In eundem modum scriptum est consulibus et populo Terracinensibus.

In e. m. scriptum est G(regorio) subdiacono et capellano Dñi, Campanie Maritimeque Rectori verbis competenter mutatis.

5646. — *Reate 16 Septembris.*

« Abbati sancti Godardi, preposito Albensi, Gauriensis et Vesprimiensis diocesum, et magistro Enoc archidiacono Nitriensi. » Vt causam quae inter (Robertum) Vesprimiensem episcopum et fratres Hospitalis Ierosolimitani in Vngaria circa quandam sententiam ab Innocentio PP. pro ipso epicopo contra fratres praedictos Hospitalis sancti Stephani Albensis, Vesprimiensis diocesis super quibusdam decimis agitabatur, cum neutra pars eorum quae coram P(elagio)

Albanensi episcopo eiusdem causae auditore proposuit potuit facere plenam fidem, mandat ut sufficienter instructam ad Apostolicae Sedis examen remittant. Reate (Romae, *M. Hung. hist.*) XVI. Kal. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 50. fol. 85; Theiner Mon. Hung. I. 62. n. 129; Mon. Hung. hist. dipl. VI. 211; Potthast 644. n. 7477; Horoy H-i opp. omn. IV. 927. n. 33.* — « VENERABILI FRATRI NOSTRO. »

5647. — *Reate 17 Septembris.*

« (Bonfilio) episcopo et archidiacono Senensibus (*Boehm. Rich. et Fried.* Senonen.). » Causam matrimonii inter V. iuvenem et G. puellam Senenses quae se virginem et monacham profitetur remittit plenius instruendam, mandans « ut eandem puellam ponatis interim in illo monasterio auctoritate Apostolica quod intravit, ut ibi secure valeat commorari, donec iudicialis sententia quid ei sit agendum decernat, recepturi postmodum, prout iustitia dictaverit non solum probationes viri sicut protestatus fuerat quas inducere voluerit contra mulieres illas que ad investigandum signum virginitatis ex parte puelle fuerant introducte, verum etiam probationes alias hoc negotium contingentes quas pars utralibet duxerit producendas. Et quia ut dicit canon, sepe manus fallit et oculus obstreticum, volumus et mandamus ut adhuc honestas matronas providas et prudentes deputare curetis ad inquirendum plenius utrum dicta puella virginitatis privilegio sit munita. » Reate XV. Kal. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 59. fol. 85; Decret. H-i lib. 2. tit. 11.* De probat. *c. 3. ed. Cironius 127; inter Decret. Gregorii IX. lib. 2. tit. 19.* De probat. *c. 14. apud Boehmer Corp. II. 290. (ad an. 1220); Richter Corp. II. 303; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. II. tit. XIX. c. XIV. p. 314; cf. Potthast 668. n. 7756.* — « CAVSAM MATRIMONII QVE. »

5648. — *Reate 17 Septembris.*

« Rectoribus et populo Massanensibus. » Compositionem qua episcopus et capitulum Massanen. quaedam servitia, pensiones et alia iura quibus homines Massanen. sive ratione feudorum seu locationis vel emphiteosis vel cuiuscumque alterius contractus aut alio iure vel quocumque modo ecclesiae Massanen. tenentur eisdem relaxarunt, et ipsi octo milia librarum pisanorum pro debito qua eadem ecclesia opprimitur persolvent, confirmat. Reate XV. Kal. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 51. fol. 86.* — « CVM ECCLESIARVM OMNIVM. »

5649. — *Reate 18 Septembris.*

« (Bartholomaeo) episcopo Parisiensi. » Mandat ei ut inhibeat generaliter praelatis Franciae ne de cetero fratres ordinis Minorum, eo quod secundum Apostolicae Sedis indulgentiam cum altari viatico solemnia missarum celebrant, nec eorum hospites excommunicent nec aliquo modo impediant quominus fratres ipsi dicta indulgentia uti possint. Reate XIIII. Kal. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10 epist. 18. fol. 78; Mss. Vall. I. 53; inter Decret. H-i III. lib. 3. tit. 24.* De celebr. miss. *c. 7. ed. Ciron. 245: Wadding. Ann. Min. II. 600; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 22. n. 21; Potthast 644. n. 7480; cf. Horoy H-i opp. omn. IV. 929. n. 35.* — « NON DEBERENT ECCLESIARVM. »

5650. — *Reate 18 Septembris.*

Archipresbytero et canonicis ecclesiae Paduanae petentibus ad exemplar Vrbani (III a. 1186) et Innocentii (III a. 1200. Apr. 13) praefatam ecclesiam sub. b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona quorum plurima nominatim recenset, confirmat. Reate XIV. Kal. Oct. indict. XIII. incarn. dom. a. 1226 (!). font. anno decimo. — *Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 49. n. 41; Potthast 644. n. 7478.* — « PIE POSTVLATIO VOLVNTATIS. »

5651. — *Reate 18 Septembris.*

Abbati et conventui Glastoniae indulget, ut talibus minime cogantur solvere pensiones, qui ab eis oblata congrua beneficia nolunt recipere vel non valent. Reate XIV. Kal. Oct. anno decimo. — *Dugdale Monast. Anglic. I. 38. n. 47; Potthast 644. n. 7479; Horoy H-i opp. omn. IV. 928. n. 34.* — « Ex parte vestra. »

5652. — *Reate 22 Septembris.*

« Abbati de Spina Cisterciensis ordinis et magistro Apparitio archidiacono de Trivino Palentine et Burgensis diocesum et magistro Tiburtio canonico Palentino. » Causam inter episcopum et capitulum Seguntinos et Oxomensem episcopum super parte quadam de terminis Soriae et rebus aliis quas iuxta compositionem inter partes initam et sententiam ab Innocentio PP (III) promulgatam iniunxerat priori Tutelano et ipsius collegis ut ipsi Oxomensi episcopo assignarent, post interpositam appellationem a sententia quae ab episcopo decano ac P. Monaziñ nunc thesaurario Zamorensibus, causam ipsam terminandam cum quibusdam iniunctionibus eisdem committit. Reate X. Kal. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 53. fol. 86.* — « Significantibus venerabili fratre. »

5653. — *Reate 24 Septembris.*

« (Constantino?) episcopo Scalensi, abbati de Rubiliano Surrentine diocesis et Constantino Fabario subdiacono nostro canonico Amalfitano. » Mandat eis ut electionem Placiti monachi conventus sanctae Mariae de Positano in abbatem eiusdem loci, quem (Iohannes) Amalfitanus archiepiscopus recusat confirmare, asserens quod dictus Placitus patitur defectum scientiae et aetatis, examinent, et si invenerint personam idoneam et electionem canonicam iniungant archiepiscopo supradicto ut electionem ipsam prout ad ipsum spectat confirmet. Reate VIII. Kal. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 153. fol. 105.* — « Ex parte conventus. »

Reate (ante 25 Septembris).

Eodem mense (i. e. Septembri) quinque vacantibus in regno ecclesiis quinque dominus papa Honorius praefecit motu propriae voluntatis, inscio et irrequisito imperatore, vid. quendam Casinensem monachum Iohannem cognomento de S. Liberatore ecclesiae s. Vincentii de Vulturno, Consanae priorem quendam s. Mariae Novae de Vrbe, Salernitanae Famagustanum quondam episcopum, Aversanae cantorem Amalphitanum et Capuanae Pavensem (*leg.* Pactensem) quondam episcopum, quos... recipi imperator in ipsis ecclesiis non permisit. — *Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 998: Ap. Vghelli Ital. sacr. (ed. 1647) III. 985; Potthast 644. post n. 7480.*

5654. — *Reate 25 Septembris.*

« Capitulo Salernitano. » Significat se (Cesareum de Alagno) episcopum Famagustanum in eorum archiepiscopum creasse et a se fuisse palleo insignitum, quare ei humiliter intendant, obediantiam et reverentiam debitam exhibendo. Reate VII. Kal. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 54. fol. 87; Mss. Vall. I. 53.* — « Cum ecclesia vestra. »

5655. — *Reate 25 Septembris.*

« Fr(iderico) illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie. » Significat ei se Capuanae, Salernitanae, Brundusinae, Consanae ac Aversanae ecclesiis, quae diu vacaverant, de personis idoneis providisse, ordinando Capuanae I(acobum) Pactensem (*Rodenberg* Paccensem), Salernitanae C(esareum de Alagno) Famagostanum episcopos, Brundusinae (Iohannem cognomento de s. Liberatore) abbatem sancti Vincentii de Vulturno, Consanae (Andream) quondam priorem sancte Mariae de Vrbe, ac Aversanae (Iohannem Lambertum) quondam Amalfitanum archidiaconum, ipsumque hor-

tatur ut novos praelatos imperiali favore prosequatur, honores suos ac iura integre conservando, archiepiscopum autem Salernitanum exhibitorem praesentium vultu sereno recipiat. Dat. ut supra (Reate VII. Kal. Octubris anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 55. fol. 87; Mss. Vall. I. 53; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 45 (fragm.); Vghelli Ital. Sacra I. 490 (27 Septem.); Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 522; cf. Böhmer Regest. 1198-1254. p. 330. n. 64; v. Raumer Hohenstaufen III. (1857) 170; Potthast 644. n. 7481; Rodenberg Epist. Sel. 204. n. 283; Horoy H-i opp. omn. IV. 929. n. 36.* — « CERTAM NOBIS FIDVCIAM. »

5656. — *Reate 25 Septembris.*

« (Ferdinando) illustri regi Castelle. » Quum pro negotio fidei contra Sarracenos Ispanie sicut devotus et catholicus princeps propositum assumpserit, ipse, mater, uxor, filii sui et regnum Castellae cum familia et omnibus bonis suis sub protectione recipiuntur. Reate VII. Kal. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 58. fol. 87; Mss. Vall. I. 53.* — « CVM INSPIRANTE ILLO. »

5657. — *Reate 25 Septembris.*

« Abbati sancti Stephani, priori sancti Andree Civitatis nove, et archipresbytero sancti Eusebii Vercellensis. » Sententiam inter abbatissam et moniales monasterii Ihesu Christi ordinis Cistercensis ex una parte, et Albericum medicum Papiensem ex altera, super quadam summa pecuniae latam a consulibus Papiensibus, « quia ecclesiastice persone non solum invite sed etiam voluntarie non possunt ut iudicium subeant seculare, » invalidam penitus declarat, eisque committit ut ita ea denuntiata, audiant postmodum siquid inter praefatum medicum et moniales ipsas fuerit quaestionis et decernant, proviso ne quid usurarum nomine ab eisdem monialibus requiratur. Reate VII. Kal. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 60. fol. 88.* — « SIGNIFICARVNT NOBIS ABBATISSA. »

5658. — *Reate 25 Septembris.*

« Cantori, archidiacono et magistro Petro canonico Antiochenis. » Quum eorum patriarcha feria II. post festum exaltationis Sanctae Crucis proximo iam transactum naturae debitum persolverit, unde eis mandavit ut ecclesiae Antiochenae per electionem canonicam de pastore providerent, interim ecclesia ipsa vacante, custodiam castri Curfarii ipsis committit. Reate VII. Kal. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 64. fol. 88; Mss. Vall. I. 53.* — « DEVOTIONI VESTRE SIGNIFICATIONE. »

5659. — *Reate 25 Septembris.*

« Capitulo Antiocheno. » Defuncto patriarcha Antiocheno, mandat eis ut ad electionem procedant eisque magistrum I. cancellarium cl. me. Rupini Principis Antiocheni eorum ecclesiae asisium, utpote qui laborem pro eadem ecclesia libenter subiit, commendat. Dat. ut supra (Reate VII. Kal. Octubris anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 65. fol. 89; Mss. Vall. I. 53.* — « DEVOTIONI VESTRE (SIGNIFICATIONE). »

5660. — *Reate 25 Septembris.*

« Philippo subdiacono nostro nepoti bo. me. R(ainerii) Antiocheni patriarche canonico Antiocheno. » Vt castrum Cursarii (al. Curfarii) cum fructibus inde perceptis ad mensam patriarchalem spectantibus cantori, archidiacono et magistro Petro canonico Antiochenis, quibus cura et custodia eiusdem castri commissa est, resignet. Dat. ut supra (Reate VII. Kal. Octubris anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 66. fol. 89.* — « CVM DILECTIS FILIIS. »

5661. — *Reate 25 Septembris.*

« Abbati monasterii Clusiensis (Clausiensis *Potthast*) [Kolos] de Vltrasilvanis

partibus. » Supplicationibus (Andreae) regis Vngariae et suis annuens, personae sue anuli et mitrae usum concedit. Dat. ut supra (Reate VII. Kalendas Octubris anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 67. fol. 89; Theiner Mon. Hung. I. 63. n. 132; Sub die 1 Octob. refert hanc epist. Potthast 645. n. 7487 sequutus Fejér Cod. dipl. III. 11. 57; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV). 36. n. 35; cf. Horoy H-i opp. omn. IV. 936. n. 42. (VI Kal. Octub. - 1 Octob.).* — « LICET SEDES APOSTOLICA. »

5662. — *Reate 25 Septembris.*
« (Cleto) episcopo Agriensi. » Concedit ei ut provisionem canonicorum ecclesiae suae, quae valde diminuta est, ex redditibus quarumdam capellarum praebendis eisdem annectendis augmentare possit. Reate VII. Kal. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 77. fol. 91; Schmitth Episc. Agriens. I. 139; Fejér Cod. dipl. III. 11. 55. cf. 16; Theiner Mon. Hung. I. 63. n. 133; Katona Hist. crit. V. 482; Potthast 644. n. 7482; Horoy l. c. 930. n. 37.* — « SIGNIFICASTI NOBIS QVOD. »

5663. — *Reate 26 Septembris.*
« Episcopo Alifano et archidiacono Telesino. » Vt ad monasterium sancti Salvatoris de Telesia accedant, et Virgilium monachum intrudi faciant in aliud monasterium arctioris ordinis ad poenitentiam peragendam ob iniurias illatas Benedicto capellano Pontificio tunc rectori Beneventano, qui quum ad monasterium illud accessisset pro examinanda electione Theobaldi monachi in abbatem, turpiter tractatus fuit, et etiam circa alios prout de culpa constiterit procedant in poena. Reate VI. Kal. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 57. fol. 87.* — « SVPPLICANTIBVS NVPER NOBIS. »

5664. — *Reate 26 Septembris.*
« (Roderico) archiepiscopo Toletano et (Mauritio) episcopo Burgensi. » Vt negotium fidei contra Sarracenos Ispaniae, quod a (Ferdinando) rege Castellae prospere coeptum est, feliciter prosequatur, indulgentiam crucesignandis pro tali negotio per regnum Castellae concedit. Reate VI. Kal. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 59. fol. 87; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM APERTVM VIDEATVR. »

5665. — *Reate 26 Septembris.*
« (Ferdinando) illustri regi Castelle. » Gratulatur ei pro negotio fidei contra Sarracenos Ispaniae feliciter coepto; illis qui crucis signaculum assumunt pro eodem negotio eamdem indulgentiam concedit pro crucesignatis Terrae Sanctae eosque sub protectione Sedis Apostolicae recipit, (Roderico) Toletano archiepiscopo et (Mauritio) Burgensi episcopo protectoribus deputatis; eundem autem regem monet et obsecrat ut in tam laudabili proposito firmiter perseveret. Reate VI Kal. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 61. fol. 88; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 43 (fragment.); Potthast 645. n. 7484; Horoy H-i opp. omn. IV. 933. n. 39, cum initio: Sane sicut relatum.* — « LICET NEGOTIVM QVOD. »

5666. — *Reate 26 Septembris.*
« Capitulo Strigoniensi. » Duabus eorum postulationibus, una de Cenadiensi alia de Nutriensi episcopis celebratis, ab Apostolica Sede repulsis, quum ipsi nequierint in unam personam concordare, utpote quidam eundem Cenadiensem episcopum postularunt quidam vero Thomam archidiaconum elegerunt; mandat eis ut quatuor ipsorum ad Apostolicam Sedem transmittant, quorum consilio de persona idonea Strigoniensi ecclesiae provideatur. Reate VI Kal. Octubris (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10.*

epist. 78. fol. 91; Katona Hist. crit. V. 484; Fejér Cod. dipl. III. 11. 56; Theiner Mon. Hung. I. 63. n. 134; Potthast 645. n. 7485; Horoy H-i opp. omn. IV. 934. n. 40. — « Cvm olim dvas. »

5667. — *Reate 26 Septembris.*

Potestati et populo Reatinis significat, se eos eorumque civitatem cum districtu, iurisdictione et aliis bonis ad manus suas et per se ecclesiae Romanae in posterum duxisse retinendos in plena libertate « qua tenemus ipsas Campaniae civitates, quae ecclesiae Romanae nullo medio sunt subiectae. » Reate VI Kal. Octub. indict. XIV. incarn. dom. a. 1226 (!) pont. anno decimo. — *Galletti Chiese di Rieti 159; Fiker Forschungen IV. 355. n. 325 (perperam ad an. 1226); Potthast 644. n. 7483, et append. 2097; Horoy l. c. 931. n. 38.* — « Etsi singvli ad. »

5668. — *Reate 27 Septembris.*

« (Petro) archiepiscopo et capitulo Neapolitanis. » Significat se de (Iohanne Lamberto) archidiacono Amalfitano providisse ecclesiae Aversanae eumque in presbyterum ordinavisse et in episcopum consecrasse, quin ipsis et eorum ecclesiae per hoc praeiudicium generetur, et episcopo praedicto consecrato precepisse ut ad eorum ecclesiam accedat exhibiturus consuetum fidelitatis et obedientiae iuramentum. Reate V. Kal. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 45. fol. 83.* — « Qvanto amplivs ivstitiam. »

5669. — *Reate 27 Septembris.*

« Capitulo Padeburnensi. » Significat se, quum magister Oliverius electus eorum, ad Apost. Sedem accessisset, ipsum consecrasse, « in consortium nostrum » admisisse, et transtulisse in episcopum Sabinensem, unde eos monet et hortatur ut de persona idonea per electionem canonicam in pastorem sibi provideant, et addit se mandavisse de Hesethehusen et de Breidelare abbatibus Padeburnensis dioecesis ut eos ad electionem canonicam celebrandam moneant propensius et inducant. Dat. ut supra (Reate V. Kal. Octubris anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 46. fol. 83; Mss. Vall. I. 53; Vghelli Ital. Sacra I. 168; Schaten Ann. Paderborn. I. 1009; Lünig Spicil. eccl. II. (Reichs-Arch. XVII). 741. n. 74; Potthast 645. n. 7486; Horoy H-i opp. omn. IV. 935. n. 41.* — « Cvm Apostolica Sedes. »

Illis scriptum est in eundem modum. — *Reg. Vat. l. c.*

5670. — *Reate 30 Septembris.*

« Primicerio et capitulo sancti Marci de Venetiis. » Vt in proximo futuro festo Purificationis beatae Mariae procuratorem idoneum ad Apost. Sedem transmittant pro lite inter ipsos ex una parte et Acconensem episcopum et altera definienda, super iure parrochiae capellae sancti Marci Acconensis ac obedientia et reverentia quam ipse episcopus sibi a presbytero et clericis eiusdem capellae deberi asserit. Reate II. Kal. Octobris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 56. fol. 87.* — « Cvm cavsa qve. »

5671. — *Reate 30 Septembris.*

« Capitulo sancti Quintini. » Vt eorum decano, ex eo quod absens existit commorando apud Sedem Apostolicam pro eiusdem ecclesiae reformatione nihil de redditibus quos residens percepisset ei subtrahant, distributionibus cotidianis exceptis. Reate II. Kal. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 62. fol. 88.* — « Dilectvs filivs ecclesie. »

5672. — *Reate 1 Octobris.*

« (Gualterio?) episcopo Pennensi et priori sancte Marie de Casa nova. » Inquisitionem super miraculis Rainerii episcopi Furconensis nuper defuncti committit, qui, exponente praesenti Furconensi episcopo, tanta vivens fulsit gratia meritorum, quod Dominus ad ostendendam eius gloriam

sanctitatis ad sepulcrum eius multa et magna mirabilia operetur. Reate Kal. Octub. anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 68. fol. 89; Vghelli Ital. Sacra I. 379. n. 9; Potthast App. 2099. n. 7488-a26148 (absque initio).* — « MIRIFICAS MISERICORDIAS SVAS. »

5673. — *Reate 1 Octobris.*

« (Marco) episcopo Castellano. » In causa inter primicerium et capitulum sancti Marci de Venetiis ex parte una et Acconensem episcopum ex altera super iure parrochiae Capellae sancti Marci Acconensis ac obedientia ac reverentia quam sibi a presbytero et clericis eiusdem capellae deberi asserit, si sua estimat interesse, procuratorem idoneum sufficienter instructum in proximo futuro festo Purificationis beatae Mariae ad Sedem Apostolicam mittat. Reate Kal. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 70. fol. 89.* — « CVM CAVSA QVE. »

5674. — *(Reate) 1 Octobris.*

Liberas esse in s. Petro Viennensi sepulturas, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus assumuntur corpora mortuorum, decernit. « *Romae* (?) » Kal. Oct. anno decimo. — *I. a Bosco Bibl. Floriac. Laev. xyst. 103; Potth. 645. n. 7488.*

5675. — *Reate 4 Octobris.*

« (Mauritio) Burgensi et (Tello) Palentino episcopis. » Vt ad episcopatum Calagurritanum personaliter accedentes inquirant de excessibus quos, (Iohanne) Calagurritano electo exponente, clerici et laici contra libertatem ecclesiasticam et episcopalem iurisdictionem perpetrant, et tam clero quam populo, tam religiosis quam saecularibus personis iniungant, ut eidem electo obediant et totum eundem episcopatum ad normam canonicam reducant. Reate IIII. Non. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 69. fol. 89; Mss. Vall. I. 53.* — « QVANTO AMARIOR EST. »

5676. — *Reate 4 Octobris.*

« (Wilelmo) archiepiscopo, decano et archidiacono Remensibus. » Vt sententiam excommunicationis in praepositos, iuratos et scabinos Cameracenses a G(odefrido) Cameracensi episcopo prolatam, et per R. decanum sancti Pauli et suos coniudices, et deinde per I. praepositum sancti Lamberti et eius collegas confirmatam, pro eo quod quemdam clericum indebite pulsata campana banniverant et domum cuiusdam canonici sancti Gaugerici violenter intraverant, et moniti satisfactionem denegabant, mandat ut per Remensem et Senonensem provincias et nundinas in eisdem provinciis constitutas singulis diebus dominicis et festivis solemniter innovent. Reate IIII. Nonas Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 75. fol. 90; Mss. Vall. I. 53; Rodenberg Ep. Sel. 205. n. 284; Horoy H-i opp. omn. VI. 937. n. 43. ex mss. du Theil.* — « SPERAVIMVS HACTENVS VT. »

5677. — *Reate 4 Octobris.*

« (Vitali) archiepiscopo et abbati sancti Pauli Pisanis. » Vt per censuram ecclesiasticam compellant potestatem et consiliarios Pisanos dimittant quemdam fratrem ordinis Minorum qui cum quibusdam aliis eiusdem ordinis Pisis inventum pro cive Lucano captum in vinculis manciparunt. Reate IIII. Non. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 91. fol. 93; Mss. Vall. I. 53; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 23. n. 22; Potthast 645. n. 7489; Horoy H-i opp. omn. IV. 938. n. 44.* — « IN EO QVOD AVDIVIMVS. »

5678. — *Reate 6 Octobris.*

« Preposito et capitulo Valentinis. » Defuncto eorum ecclesiae pastore, cum ipsi decanum Viennensem virum morum honestate praeclarum, imbutum clericali scientia et nobilitate generis praepollentem, unanimi omnium consensu elegerint, uno dumtaxat

excepto, qui nec consensit nec contradixit in aliquo manifeste Ierosolimitano Patriarchae sine cuius consilio non poterant ad electionem procedere, electionem de eodem decano confirmat, non obstante quod nondum tricesimum aetatis annum impleverit; quare eidem humiliter et devote intendant. Reate II. Non. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 76. fol. 90.* — « Et si non immerito. »

In eundem modum scriptum est decano Viennensi eidem mandans ut dictae ecclesiae administrationem recipiens taliter eam gerere studeat, ut ecclesia ipsa per suae sollicitudinis studium spiritualibus proficiat institutis et bonis temporalibus augeatur.

5679. — *Reate 6 Octobris.*

« Cancellario, precentori et subdecano Lincolniensibus. » Mandat eis ut compellant priorem et conventum monasterii de Novoburgo Eboracensis dioecesis ut H. clerico restituant pecuniam et quae pater suus, eo inscio, eisdem contulerat ut ad certum terminum eundem clericum in canonicum reciperent. Reate II. Non. Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 188. fol. 111.* — « Ad avdientiam nostram. »

5680. — *Reate 7 Octobris.*

« Capitulo Lucano. » Electionem magistri R(iccardi) eorum concanonici in pastorem per sortem celebratam, « licet nota non careat quin immo multa reprehensione sit dignum quod sors in talibus intervenit, propter prerogativam tamen morum et litterature memorati magistri et affectione quam ad eandem habemus ecclesiam, » confirmat; eisque mandat ut dicto magistro tamquam patri et pastori humiliter intendant eiusque monita et mandata inviolabiliter observent. Reate Nonis Octubris anno decimo. *Reg. Vat. lib. 10. epist. 71. fol. 90; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 46; Decretal. H-i III. lib. 5. tit. 9* De sortileg. *c. 1. ed. Ciron. 283; Decretal. Greg. IX. lib. 5. tit. 21.* De sortileg. *c. 3. ap. Boehmer Corp. II. 786. (ad annum 1212); ap. Richter Corp. II. 794; Potthast 675. n. 7843 absque nota chronologica, sed addit: Haec bulla referenda est ad an. 1225 Sept.; Ricardus confirmatur Non. Octob. eiusdem anni. – Postea vero in Append. 2097. n. 7486a hanc epistolam ponit in fine mensis Septembris huius anni; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. 5. tit. 21. c. 3. p. 823.* — « Ecclesia vestra nvper. »

5681. — *Reate 7 Octobris.*

« Nobilibus viris Palentine diocesis. » Conquerente Palentino episcopo, mandat eis, ut abusu non obstante, decimas ecclesiis quibus debentur integre persolvant. Reate Non. Octubris (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 80. fol. 91.* — « Cvm decime sint. »

5682. — *Reate 7 Octobris.*

« Fratribus Predicatoribus et fratribus Minoribus in regno Miramamolini a Sede Apostolica destinatis. » Eos illuc transmittit ut evangelizent ibi Dominum Ihesum Christum, baptizent Sarracenos ad fidem noviter venientes, reconcilient apostatas, iniungant poenitentias, et excommunicatos absolvent qui ad Sedem Apostolicam commode accedere non possunt, liceat etiam in illos quos haereticos esse constiterit excommunicationis sententiam promulgare, dummodo hiis nullatenus praesumant abuti. Reate Nonis Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 99². fol. 95; Mss. Vall. I. 53; Wadding Ann. Minor. I. 338. II. 124; Ripolli Bullar. Praedic. I. 16. n. 33; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 24. n. 23; Potthast 645. n. 7490; Horoy H-i opp. omn. IV. 939. n. 45. cf. epist. 10 Iunii 1225.* — « Vinee Domini cvstodes. »

5683. — *Reate 9 Octobris.*
« (Bonfilio) episcopo Senensi. » Vt excommunicet consiliarios et officiales civitatis Pisanae, qui referente (Vitale) Pisano archiepiscopo, statuta quaedam in derogationem Apostolicae Sedis honoris et subversionem ecclesiasticae libertatis ediderant, eosque faciat ob omnibus artius evitari, donec absolutionis beneficium mereantur et statuta ipsa de capitularibus deleri fecerint. Reate VII. Idus Octubris (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 81. fol. 91; Mss. Vallicell. I. 53; Decret. H-i lib. 5. tit. 18.* De sententia excomm. *c. 5. ed. Cironius 309; Inter Decret. Gregorii IX. lib. 5. tit. 39.* De sententia excomm. *c. 53. apud Boehmer Corp. II. 863. (ad an. 1225); Richter Corp. II. 875; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. V. tit. 39. c. 53. p. 911; cf. Potth. 676. n. 7857.* — « GRAVEM VENERABILIS FRATRIS. »

5684. — *Reate 9 Octobris.*
« (Tello) episcopo Palentino. » Indulget ei ut si in sententiam excommunicationis pro violenta manuum iniectione inciderit, per poenitentiarium suum iuxta consuetam formam ecclesiae absolutionis beneficium obtinere possit. Reate VII. Idus Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 82. fol. 91.* — « POSTVLASTI A NOBIS. »

5685. — *Reate 9 Octobris.*
« (Roderico) archiepiscopo Toletano. » Indulget ei, ut si in tractandis ecclesiae suae negotiis A. Melendi canonicus ipsius ecclesiae temere se opponat, non obstante appellatione quae ab eodem interponetur, quae a maiori et saniori parte consilii ordinantur, exequatur, ipsumque canonicum si temere se opposuerit per censuram ecclesiasticam compellat. Reate VII. Idus Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 84. fol. 92.* — « SIC TE REFERENTE. »

5686. — *Reate 9 Octobris.*
« Nicolao Scarso scriptori nostro. » Ecclesiam sanctae Mariae de Gebwilr ab abbate Morbacensi ei collatam confirmat. Reate VII. Idus Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 99. fol. 95.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

5687. — *Reate 11 Octobris.*
« (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino. » Mandat ei ne (Hermannum *Rodenb.*) episcopum Herbipolensem contra quem nobiles quidam et potentes regionis illius moliuntur eo quod interfectores C. ipsius antecessoris et consanguinei sui, et eos qui in illius successoris eiusdem patrui sanguine se maculaverunt, prout crudelitatis excessus exigebat punivit, ad praesentiam suam accedere compellat, cum nemo debeat suspectis et inimicis exponi, contentus quod ei, cum ab ipso vocari contigerit per idoneos nuntios et solemnes se praesentet. Reate V. Idus Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 79. fol. 91; Würdtwein Nova Subs. IV. 151; Potthast 645. n. 7492, a quo repet. in Append. 2097. n. 7492 a-26149, absque nota chronologica, sequutus Binterim et Floss Prospectus 10; Rodenberg Ep. Sel. 206. n. 285; Horoy H-i opp. omn. IV. 941. n. 47.* — « PRO DIVERSITATE CAVSARVM. »

5688. — *Reate 11 Octobris.*
« (Iohanni) archiepiscopo Viennensi, et decano Gratianopolitano. » (Aymaz.......) episcopo et capitulo Maurianensibus petentibus, mandat ut provideant circa ordinationem bo. me. L(amberti) praedecessoris ipsius episcopi, qui in Maurinensi (*sic*) ecclesia decem et octo canonicorum numerum statuit, promittens eorum redditus taliter ampliare quod exinde possent congrue sustentari, sed eodem L(amberto) infra annum sublato de medio, ipsius promissio non potuit adimpleri. Reate V. Idus Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 121. fol. 98;*

Gallia christiana XVI. instr. 306; Potthast 645. n. 7491; Horoy H-i opp. omn. IV. 940. n. 46. — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

5689. — *Reate 12 Octobris.*

« (Hugolino) episcopo Vercellensi. » Vt excommunicatum denuntiet Wilelmum de Pusterola potestatem Cumanum eo quod in quadam lite se immiscens inter Guidum de Caranate subdiaconum Pontificis ex una parte et quendam Iohannem qui Pannensem archiepiscopum mendaciter se appellabat ex altera, super quibusdam equis et aliis rebus, quas idem subdiaconus de consensu episcopi Cumani huiusmodi falsario subripuerat, et idem Wilelmus, quamquam esset iudex saecularis, causam audivit, quae ab Apostolica Sede archiepiscopo Mediolanensi commissa erat, praedictum subdiaconum condemnando, quem insuper tandiu detinere presumpsit donec iuravit suis stare mandatis, datis fideiussoribus de solvenda sibi seu communitati Cumanae quadam non modica pecuniae quantitate. Reate IIII. Idus Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 83. fol. 92.* — « DILECTVS FILIVS GVIDO. »

5690. — *Reate 13 Octobris.*

« (Theodorico) archiepiscopo Treverensi. » Vt canonicos ecclesiae sancti Castoris in Confluentia, qui sub excommunicationis et interdicti sententiis, in quas inciderant eo quod Alatrino subdiacono et capellano Pontificio de praepositura quam in ecclesia ipsa sancti Castoris obtinebat pensionem de suo arbitrio subtraxerant, et quemdam articulum super quo se iuraturos promiserant non firmaverant, periuros et ab officio beneficioque suspensos denuntiet. Reate III. Idus Octobris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 95. fol. 93.* — « TVAM NON DEBERES. »

5691. — *Reate 14 Octobris.*

Vniversis Christi fidelibus per Bremensem provinciam et totam terram Frisiae constitutis mandat, ut Domino caput et caudam hostiae immolent navalem praeparando exercitum ad restitutionem rerum in Terra Sancta. Reate II. Id. Octobris anno decimo. — *Mieris Charter-Boek I. 200; Schotanus Chron. van Vriesland in Tabl. 12; Schwartzenberg Groot Placaat-Boek I. 91;* hollandice *ed. P. Winsemius Chron. van Vriesland 161; ap. Schwartzenberg l. c. 92; Potthast 645. n. 7493.* — « SCIMVS QVOD MVLTI. »

5692. — *Reate 15 Octobris.*

« (Hermanno *Rodenb.*) Herbipolensi episcopo. » Quum contra eum viri nobiles et potentes moliuntur, quia eos, propter C. sui antecessoris occisionem, prout crudelitatis excessus exigebat, punivit, non teneatur (Sigfridum) archiepiscopum *(Reg. Vat.* episcopo) Maguntinum personaliter adire, sed cum ab eo vocari contigerit per idoneos nuntios et solemnes se praesentet. Reate Idibus Octubris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 93. fol. 93; cf. Rodenberg Ep. Sel. 207. post epist. 285.* — « PRO DIVERSITATE CAVSARVM. »

5693. — *Reate 19 Octobris.*

« (Pelagio?) Compostellano, et (Stephano) Bracarensi archiepiscopis, et eorum suffraganeis, ac (Roderico) Legionensi et (Iohanni) Ovetensi episcopis. » Significat se pecuniam pro Terrae Sanctae negotio colligendam episcopo Liddensi commisisse cum facultate absolvendi a voto peregrinationis transmarinae quos viderit expedire, eosque hortatur ut eidem assistant et in necessariis subveniant. — Reate XIIII. Kal. Novembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 85. fol. 92; Mss. Vall. I. 53.* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

5694. — *Reate 20 Octobris.*

« Capitulo Palentino et clero ac aliis religiosis personis civitatis et diocesis Palentine episcopo Palentino subiectis. » Vt eorum episcopo qui pro negotio fidei contra

Sarracenos Ispaniae sic laborat ut suam suorumque personas propter hoc exponere est paratus de pecuniis ecclesiasticis subveniant, alioquin sciant se (Mauritio) Burgensi episcopo per litteras iniunxisse ut eos ad id per censuram ecclesiasticam compellat. Reate XIII. Kal. Novembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 89. fol. 93; Mss. Vallicell. I. 53.* — « QVANTVM DILIGAT ET. »

5695. — *Reate 20 Octobris.*

« (Tello) episcopo Palentino. » Eum laudat quod pro negotio contra Sarracenos Ispaniae sit animatus, eique concedit ut ad huiusmodi opus de tertia subiectarum ecclesiarum fabricae deputata, competens habeat subsidium, deducto ex ea quod competenti ecclesiarùm reparationi sufficiat. Dat. ut supra (Reate XIII. Kal. Novembris anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 90. fol. 93; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 44.* — « QVANTVM DILIGAS ET. »

5696. — *Reate 21 Octobris.*

« Liddensi electo. » Ipsum de mandato Sedis Apostolicae in partibus cismarinis pro fidei negotio moram facientem cum omnibus bonis suis et eis specialiter quae ratione Liddensis ecclesiae ac ex dono episcopi et capituli Acconensis ad ipsum in partibus illis pertinentibus sub protectione recipit. Reate XII. Kal. Novembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 86. fol. 92; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 43.* — » SACROSANCTA ROMANA. »

5697. — *Reate 21 Octobris.*

« (Sparago) archiepiscopo Terraconensi. » Hominibus de Pratis et de Cornùtella veniam petentibus, eo quod conversum quendam monasterii de Populeto verberaverant, et, quemdam qui eorùm baiulum interfecit et eius socios ad quamdam ecclesiam fugientes violenter eiusdem ecclesiae muro fracto occiderùnt, libertatem et immunitatem ecclesiasticam infringendo; mandat ut super hiis agat cum ipsis hominibus quorum dioecesanus existit, prout animarum saluti viderit expedire, eisdem iniungens ut aliquos ex ipsis vice omnium cum litteris suis ad Apostolicam Sedem destinent mandatis Pontificis humiliter pārituros. Dat. ut supra (Reate XII. Kal. Novembris anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 87. fol. 92.* — « DE PRATIS ET DE. »

5698. — *Reate 21 Octobris.*

« Abbati et conventui sancte Agate ordinis Premonstratensis. » Indulget eis, ut cum vacare contigerit ecclesiam de Stameweg, in qua ius patronatus ipsis a patrono collatum fuit, et archidiaconus Richemundiae in cuius archidiaconatu ecclesia ipsa consistit, et ad quem immediate institùtio spectat collationem ipsam confirmavit, ecclesiam ipsam cum pertinentiis suis ad eorum sustentationem et hospitalitatis gratiam uberius exhibendam in usus proprios retinere possint, salva provisione duodecim marcarum pro vicario qui ibidem ab ipsis constitutus fuerit et salvis iuribus a praefato archidiacono sibi reservatis. Reate XII. Kal. Novembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 88. fol. 92.* — « EX PARTE VESTRA. »

5699. — *Reate 21 Octobris.*

« (Hugolino) archiepiscopo et R. capellano et subdiacono nostro rectori Beneventano. » Mandat ut si episcopus et capitulum Larinenses Robertum clericum, pro quo semel ac iterum eidem episcopo et capitulo mandavit ut canonicatum conferrent, abbate sancte Marie de Strata monitore primitus ac abbate et priore de Ripalta executoribus postea super hoc concessis, infra octo dies in canonicum non receperint, eum de canonica Larinensis eccle-

siae investientes in corporalem possessionem inducere procurent eique stallum in choro et locum in capitulo assignent. Reate XII. Kal. Novembris (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 92. fol. 93.* — « GRAVE GERIMVS ET. »

5700. — *Reate 21 Octobris.*

(Simeoni) archiepiscopo Ravennati et suffraganeis eius scribit de recuperatione Terrae Sanctae. « Bis cum... Frederico Romanorum imperatore... et rege Ceciliae propter hoc venimus ad colloquium, ut alia quae de hac causa pertulimus omittamus, » *etc.* Monet eos et hortatur, ut populos sibi subiectos ad impendendum Terrae sanctae in rebus personisque succursum sedulis exhortationibus animent crucisque praedicatoribus a sede apostolica deputatis favorem impendant. Reate XII. Kal. Novembris anno decimo. — *Fantuzzi Mon. Ravenn. VI. 75. n. 41; Potthast app. 2097. n. 7493a-26150.* — « DIVINA PROVIDENTIA QVAE. »

5701. — *Reate 27 Octobris.*

« Dominico episcopo in regno Miramolini commoranti. » Eum monet et hortatur ut pro incredulis convertendis, apostatis revocandis, confirmandis nutantibus et fidelibus roborandis viriliter et constanter velut electus Christi athleta proficere ac intrepide perseverare nitatur, suosque fratres secum positos in agone certaminis confortet. Reate VI. Kal. Novembris (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 101. fol. 95; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 44.* — « GAVDEMVS DE TE. »

5702. — *Reate 27 Octobris.*

« (Andreae) regi Vngarie. » Arguit eum quem saepius arguerat, quod terram Bozae ac Vltramontes nivium domui sanctae Mariae Teotonicorum non velit restituere, immo eos e regno eiecerit; eumque rogat et monet ut fratres ipsos in regnum suum non differat revocare et praefatam terram eis pacifice dimittat secundum limites in privilegiis suis designatos. Reate VI. Kal. Novembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 190. fol. 111; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 20; Fejér Cod. dipl. III. 11. 58; Schuller Archiv. I. 248; Teutsch u. Firnhaber UB. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV). 37. n. 36; Theiner Mon. Hungar. I. 64. n. 135; Strenhlke Tab. 158. n. 166; cf. Potthast 645. n. 7494.* — « IAM MEMINISSE VIX. »

5703. — *Reate 30 Octobris.*

« Priori ecclesiae sancti Constantii Vrbevetane. » Vt canonicis qui sine iuxta causa horis canonicis se subtraxerint cotidianos mensae proventus subtrahet. Reate III. Kal. Novembris (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 94. fol. 93.* — « CVM AD HOC. »

5704. — *Reate 31 Octobris.*

« (Henrico) episcopo, et magistris Tancredo Bononiensibus, et Bondo (Bonodiei *Potth. in Ap.*) Pratensi Bononie commoranti canonicis. » In causa inter abbatem et conventum sanctae Mariae de Florentia ex una parte et communitatem Castri de Signa ex altera, super possessione vel quasi iuris ibidem eligendi rectorem quod iidem abbas et conventus ad se pertinere dicebant, in qua Florentinus potestas pro eisdem sententiam promulgavit, dat mandata ut in huiusmodi negotio procedant eique finem debitum imponant. Reate II. Kal. Novembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 97. fol. 94; Decretal. H-i III. lib. 2. tit. 1.* De iudiciis *c. 5. ed. Ciron. 98; inter Decretal. Greg. IX. lib. 2. tit. 1.* De iudic. *c. 21. ap. Boehmer Corp. II. 227 (ad an. 1220); ap. Richter Corp. II. 239; Sarti De Archigymn. Bonon. profess. II. 34. § 13 (sub vera die II. Kal. Nov. anno decimo; quamobrem Schulte Gesch. des canon. Rechts I. 202. not. 11* ait: *II. Kal. Nov. ist unmöglich compertum non habeo); Pot-*

thast 666. n. 7743 (absque nota chronologica) sed repet. in Append. 2097. n. 7494a-26151 sub vera die 31 Octobris; Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. 2. tit. 1. c. 21. p. 247. — « SIGNIFICARVNT NOBIS OLIM. »

5705. — *Reate 31 Octobris.*

« Eisdem (Henrico) episcopo, et magistris Tancredo Bononiensibus, et Bondo Pratensi Bononie commoranti canonicis). » Invehit in potestatem Florentinum, quod in causa inter abbatem et conventum sanctae Mariae de Florentia contra B. laicum Florentinum super quadam domo, sub pretextu cuiusdam iniquae constitutionis ne quis de civitate et districtu Florentino litteras Apostolicas super temporalibus impetrare praesumat, non permisit eos prosequi suam iustitiam coram iudice a Papa delegato et litteras Apostolicas comtempserat. Dat. ut supra (Reate II. Kal. Nov. anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 98. fol. 94; Mss. Vall. I. 53; cf. Potthast Append. 2097. Nota post epist. 26151.* — « FLORENTINVS POTESTAS A SENSV. »

5706. — *Reate 31 Octobris.*

« (Angelo) Patriarche Gradensi et (Stephano) episcopo Torcellano. » Supplicante (Marco) Castellano episcopo, ut propter senescentem aetatem et graves eius et varios labores coadiutor idoneus sibi detur, mandat eis ut eum moneant, quatenus si ei videatur et ecclesiae suae expediat eum ad cessionem inducant, quam si acceptaverit, de bonis eiusdem ecclesiae ad sustentationem suam provisionem sibi congruam assignent, alioquin L. plebanum sancti Pauli de Venetiis coadiutorem eidem episcopo concedant. Reate II. Kal. Nov. anno decimo. — *Reg. Val. lib. 10. epist. 103. fol. 95.* — « SVPPLICAVIT NOBIS PER. »

5707. — *Reate 2 Novembris.*

« R. et M. canonicis Mutinensibus. » Cum (Wilelmus) Mutinensis episcopus in Livoniam profecturus eos vicarios suos generales constituit, declarat ipsos agere posse contra detentores bonorum episcopi Mutinensis licet in instrumento vicariae seu procurationis huiusmodi non exprimitur, quia intentio fuit ipsius episcopi dare eis agendi et respondendi pro ipso episcopo liberam potestatem. Reate II. *(sic)* Novembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 96. fol. 94; Decret. H-i lib. 1. tit. 22.* De procur. *c. 2. edit. Cironius 85; Inter Decret. Gregorii IX. lib. 1. tit. 38.* De Procur. *c. 9. apud Boehmer Corp. II. 198. (ad annum 1220); Richter Corp. II. 208; Friedberg Corp. I. C. II. lib. 1. tit. 38. c. 9. p. 216; cf. Potthast 666. n. 7737.* — « PETITIO VESTRA NOBIS. »

5708. — *Reate 3 Novembris.*

« (Guilielmo) archiepiscopo Remensi et suffraganeis eius. » Iterum eis praecipit ne se opponant abbatibus pro celebratione capituli et correctione delinquentium, eosque abbates eorum ditioni subiectos, qui per capitulum vel visitatores eis amovendi nuntiati fuerint, absque morae dispendio amoveant. Reate III. Non. Novembris (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 145. fol. 104; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. IV. 942. n. 48. ex mss. du Theil.* — « CVM EX OFFICIO VESTRO (NOSTRO, *Horoy*). »

5709. — *Reate 6 Novembris.*

« Abbati sancti Dionisii, decano et magistro G. Goin. canonico Remensibus. » Mandat eis ut causam audiant quae inter (Milonem) episcopum, decanum et capitulum Belvacenses ex una et magistrum I. Silvanectensem, Rothomagensem canonicum, ex altera parte vertebatur, super praebenda quam in Belvacensi ecclesia iuxta tenorem litterarum Papae ad episcopum Parisiensem et eius collegas datarum repetabat. Reate VIII. Idus Novembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10.*

epist. 102. fol. 95; Horoy H-i opp. omn. IV. 943. n. 49 ex mss. du Theil. — « SIGNIFICARVNT NOBIS VENERABILIS. »

5710. — *Reate 6 Novembris.*
« Abbati et conventui De Dona Cumane diocesis. » Ipsis postulantibus, eorum institutio quoad ieiunium moderatur, ita ut a festo Pascae usque ad Kalendas septembris liceat eis commedere bis in die, quarta et sexta feria et ieiuniis quatuor temporum ac vigiliis quae ab ecclesia generaliter observantur exceptis. Reate VIII. Idus Novembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10 epist. 106. fol. 96*[a]. — « PETITIO VESTRA NOBIS. »

5711. — *Reate 6 Novembris.*
« (Mauritio) Burgensi et (Tello) Palentino episcopis et (Iohanni) electo Calagurritano. » Vt inducant quosdam religiosos in necessariis misericorditer provideri E. priori et conventui clericorum de Vcles, qui pro expensarum defectu litem prosequi non possunt adversus magistrum et fratres laicos sancti Iacobi Conchensis dioecesis super eo quod iidem clerici bonis suis ab ipsis spoliati sunt. Reate VIII. Idus Novemb. (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 146. fol. 104.* — « DILECTI FILII E. »

5712. — *Reate 7 Novembris.*
« Priori sancti Petri, cantori sancte Marie et decano sancte Crucis Stampensibus, Senonensis diocesis. » Mandat ut inhibeant archipresbytero Bituricensi et aliis iudicibus suis ne procedant auctoritate litterarum quas ab Apostolica Sede obtinuit Arnulfus clericus Carnotensis, qui olim in furto sacrilego deprehensus et a Parisiensi episcopo tunc Carnotensi decano convictus et condemnatus solemne votum emisit ordinem Cisterciensem intrandi, quare ecclesiastica beneficia quae obtinebat ab episcopo Carnotensi personis idoneis collata fuerunt; sed demum falsa suggestione praedictis litteris Apostolicis impetratis illarum occasione eundem Carnotensem episcopum aliosque molestabat. Reate VII. Idus Novemb. (anno decimo). — *Reg. Val. lib. 10. epist. 105. fol. 96; Horoy H-i opp. omn. IV. 945. n. 50 ex mss. du Theil.* — « SIGNIFICAVIT NOBIS VENERABILIS. »

5713. — *Reate 7 Novembris.*
« Archipresbytero et capitulo Veronensibus. » Provisionem factam ab eisdem, qui praebendam, quam F. eorum canonicus obtinuit, nuper vacantem, quatuor mansionariis servituris iugiter in eadem contulerunt, confirmat. Reate VII. Idus Novembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 106. fol. 96.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

5714. — *Reate 8 Novembris.*
« Baili Dominico rectori Christianorum apud Marrochium. » Eius fidei puritatem et virtutis constantiam pro defensione nominis christiani commendat eumque hortatur ut perseveret in stadio christianae militiae viriliter decertando. Reate VI. Idus Novembris anno decimo. — « *Reg. Vat. lib. 10. epist. 100. fol. 95; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 44.* — « EA QVE NVPER. »

5715. — *Reate 9 Novembris.*
Priori de Vivo Clusine diocesis. » Vt ad cautelam absolvat abbatem et W. et B. monachos monasterii sancti Salvatoris de Monte Amiato ab excommunicatione quam in eos episcopus Clusinus et eius collegae protulerunt, eo quod praedicti monachi de mandato eiusdem abbatis in ecclesiam de Ballatorio ad monasterium Albarense spectantem irruerunt, ac in G. rectorem ipsius ecclesiae manus violentas iniecerunt ut G. presbyterum conversum eiusdem monasterii de Monte Amiato, qui illuc se contulerat, ad propriam caulam reducerent.

Reate V. Idus Novembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 104. fol. 95-96.* — « Dilecti filii abbas. »

5716. — *Reate 12 Novembris.*

« Philippo de Francumberg clerico. » Super defectu natalium dispensat cum eo, ut in susceptis ordinibus ministrare, ad superiores ordines promoveri, ac ad ecclesiasticam dignitatem possit assumi. Reate II. Idus Novembris (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 171. fol. 108.* — « Licet ex eo. »

5717. — *Reate 13 Novembris.*

« (Arnoldo) abbati et conventui sancti Petri Gandensis. » Quum a nonnullis nobilibus et aliis illius provinciae super receptione filiorum suorum eorum monasterium sit nimium aggravatum, concedit eis, ut quatenus a iure permittitur liceat eis succedere ac libere ritenere bona quae sive ex testamento sive ab intestato ab eorum parentibus eisdem pervenerint, salvis illorum servitiis ad quos ea noscuntur iure dominii pertinere. Reate Idibus Novembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. ep. 107. fol. 96; v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 255. n. 490 perp. ad an. 1226; Potthast 646. n. 7498; Rodenberg Ep. Sel. 207. n. 286; Horoy H-i opp. omn. IV. 948. n. 53.* — « Ex parte vestra. »

5718. — *Reate 13 Novembris.*

« Abbati et priori sancti Proiecti, et thesaurario sancti Quintini Noviomensis diocesis. » Mandat, compellant homines monasterii sancti Petri Gandensis, ut per communis collectae moderatum subsidium (Arnoldo) abbati et conventui eiusdem monasterii subveniant, quod pro tuenda villarum et ipsorum hominum libertate contra plurimorum potentiam gravi onere debitorum opprimitur. Dat. ut supra (Reate Idibus Novembris anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 108. fol. 96; v. Lokeren l. c. n. 489 perperam ad an. 1226; Potthast 646. n. 7497; Horoy l. c. 947. n. 52.* — « Ex parte dilectorvm. »

5719. — *Reate 13 Novembris.*

« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apost. Sedis Legato. » Vt (Arnaldo) Agennensi episcopo satisfaciendum curet de multis damnis quae passus fuit pro extirpanda haeretica pravitate a R(aimundo) comite Tolosano, qui in praesentia Narbonensis archiepiscopi et quorundam aliorum Provinciae praelatorum se restituturum ipsum et eius ecclesias iuramento promiserat. Dat. ut supra (Reate Idibus Novembris anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 109. fol. 96; Mss. Vallicell. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 777; Potthast 645. n. 7496; Horoy l. c. 949. n. 54.* — « Cvm venerabilis frater. »

5720. — *Reate 13 Novembris.*

« Episcopo et archipresbytero Pergamensibus. » Vt commune Pergamense a sententia interdicti quam in eam protulerunt episcopus Terdonensis et eius collegae a Sede Apostolica delegati, eo quod C. civem Cremonensem contra mandatum Apostolicum ignoranter in potestatem elegerunt, recepta tamen ab ipso communi iuratoria cautione quod de cetero nullum contra interdictum Apostolicae Sedis recipient in rectorem, et quod statutum factum contra haereticos in generali concilio scribi facient sine dilatione qualibet in statutorum suorum capitulario et bona fide servabunt, ac de capitulario ipso abradent universa statuta facientia contra ecclesiasticam libertatem. Reate Idibus Novembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 122. fol. 99; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Ex parte commvnis. »

5721. — *Reate 19 Novembris.*

« (Guilielmo) episcopo Mutinensi Apostolice Sedis Legato. » Gratulatur quod, (Alberto)

Livoniensi et (Hermanno) Lealensi episcopis et aliis referentibus, fides christiana in partibus Livoniae proficiat, mandat ei ut in opportuno loco metropolim si viderit expedire constituat, alioquin investiget prudenter omnia huiusmodi negotium contingentia et certiorem reddat Apostolicam Sedem ut procedatur. Reate XIII. Kal. Decembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 125. fol. 100; Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 26; Potthast Append. 2097. n. 7498a–26152 (absque initio).* — « Litteris qvas nobis. »

5722. — *Reate 20 Novembris.*

« (Gratiae) episcopo Parmensi. » Vt ad (Fulconem) episcopum et clerum Papienses subveniendos, qui pro defensione ecclesiasticae libertatis exilium patiuntur mandatum Apostolicae Sedis exequatur, quo iniunctum fuit, ut dictus clerus pensatis ecclesiarum facultatibus et qualitatibus personarum a circumstantium provinciarum Praelatis recipiatur: videlicet (Henricus) Mediolanensis archiepiscopus eum collocari faciat in ecclesiis suae provinciae ac in Placentinis et Cumanis ecclesiis, (Simeon) Ravennas archiepiscopus in ecclesiis suae provinciae, (Albertus) Brixiensis episcopus in Aquilegensis, Gradensis et Ianuensis provinciarum ecclesiis, et abbas sancti Savini de Placentia in omnibus ecclesiis ipsarum provinciarum exemptis. Reate XII. Kal. Decemb. (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. eipst. 111. fol. 97; Mss. Vall. I. 53.* — « Attendentes qvod venerabilis. »

5723. — *Reate 20 Novembris.*

« Preposito et capitulo sancti Donatiani Brugensis Tornacensis diocesis. » Quum causa inter ipsos ex una parte et magistrum Robertum clericum ex altera verteretur, super praebenda qua ex mandato Sedis Apostolicae debebant dicto magistro in eorum ecclesia providere, abbate sancti Martini de Gemellis et eius collegis monitoribus ac deinde executoribus deputatis; quum postquam coram abbate sancti Andreae Tornacensis dioecesis et condelegatis suis ac deinde coram priore de Funa (Furna? *male leg. Horoy* Fucca) et eius collegis disceptatum fuit, compositio inter partes inita est ut secundam praebendam primo vacaturam eidem magistro conferrent: sed mortuo interim I(ohanne) de civitate Antina scriptor Apostolicus et eorum concanonicus, iidem prior de Funa et collegae ipsius dictae conventionis executores praebendam eidem magistro contulerunt, quam Pontifex mox ut idem scriptor obiit, Cinthio cappellano suo contulerat, litteras super huiusmodi collatione Attrebatensi episcopo dirigens: mandat ut, firma remanente provisione pro dicto Cinthio, primo vacaturam praebendam, canonicatum nec non annuam pensionem decem librarum a praeposito ipso persolvendam magistro Roberto conferant, alioquin dat litteris in mandatis scolastico, poenitentiario et magistro Garnero canonico Ambianensibus ut mandatum Apostolicum exequantur. Reate XII. Kal. Decembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 116. fol. 98; Horoy H-i opp. omn. IV. 954. n. 56 ex mss. du Theil.* — « Dilectvs filivs magister. »

Illis scriptum est in eundem fere modum verbis competenter mutatis. — *Reg. Vat. l. c.; Horoy l. c.*

5724. — *Reate 20 Novembris.*

« (Herluino) archiepiscopo et priori Terantasiensibus. » Reclamantibus praeposito et capitulo Montis Iovis, si provisio quae ab episcopo Augustensi et a priore de Stisuncio, I. archidiacono Novariensi et Ia. de Monte presbytero arbitris deputatis, assignata fuit Nicolao quondam ipsius loci praeposito qui, exigentibus culpis, amotus fuit a praepositurae officio quod est nimium

pingue, mandat eis ut de duabus domibus eidem Nicolao pro huiusmodi provisione assignatis quarum una, illa scilicet sancti Benigni in civitate Augustae, ac alia in civitate Vercellensi sita est, faciant eundem Nicolaum una tantum esse contentum. Reate XII. Kal. Decembris (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 128. fol. 100.* — « DILECTI FILII PREPOSITVS. »

5725. — *Reate 20 Novembris.*

« Priori sancti Pauli de Orco Pisano. » Mandat ut compellat quosdam nobiles tam in Lunensi quam in Regina dioecesi commorantes, qui Blanci dicuntur, ut dividant castrum Cesaranum quod pro indiviso habent cum ecclesia Lunensi quia iidem nobiles frequenter ex eius proventibus plus debito consequuntur. Reate XII. Decembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 191. fol. 111.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

5726. — *Reate 20 Novembris.*

« Vniversis presentes litteras inspecturis. » Occasione contumeliarum quae quibusdam Cardinalibus fuerunt irrogatae, constitutionem facit contra Cardinalium offensores, statuens inter caetera, ut si quis in hoc sacrilegii genus irrepserit, vel sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem fuerit hostiliter insecutus, vel percusserit, aut coeperit, vel socius fuerit facientis, aut fieri mandaverit vel factum ratum habuerit, aut consilium dederit vel favorem aut postea receptaverit vel defensaverit scienter eundem, sicut reus laesae maiestatis perpetuo sit infamis, diffidatus nihilominus et banditus, sit intestabilis ut nec testamenti liberam habeat factionem nec ad alicuius bona ex testamento vel ab intestato vocetur; dentur ipsius edificia in ruinam, nullus ei debita reddere, nullus respondere in iudicio teneatur, eius bona fisci vel reipublicae dominio applicentur, feudis, locationibus, officiis vel beneficiis spiritualibus sit ipso iure privatus; nulli ex filiis suis ac nepotibus ex virili sexu descendentibus ianua dignitatis ac honoris ecclesiastici aperiatur; cum autem fuerint absolvendi primo sufficienter et idonee caveant quod inferendae poenae parebunt, nec per haec saecularibus potestatibus adimit facultatem utendi legibus contra tales quas adversus sacrilegos catholici principes ediderunt. Reate XII. Kal. Decembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 215. fol. 115; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 50-54; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 410. n. 76; Potthast 646. n. 7499; Rodenberg Ep. Sel. 207. n. 287; Horoy H-i opp. omn. IV. 950. n. 55.* — « SVMMI PROVIDENTIA PRINCIPIS. »

5727. — *Reate 21 Novembris.*

« Eidem (Roberto) Arosiensi episcopo. » Attendens quod fratres Cisterciensis ordinis aliique religiosi qui sanitatis tempore carnibus non utuntur, infirmi tamen utuntur illis regula permittente, indulget ei ut nonobstante voto se ab esu carnium perpetuo abstinendi, illis ob suam corporis debilitatem uti possit, aliquam elemosinam in recompensationem faciendo; praeterea ei significat per latorem praesentium viginti marcas argenti de censu beati Petri recepisse. Reate XI. Kal. Decembris (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 113. fol. 97; Mss. Vallicell. I. 53; Porthan Bullar. access. 19. n. 46; Potthast 646. n. 7500* (*absque initio*). — « LITTERE TVE NOBIS. »

5728. — *Reate 22 Novembris.*

« (Hugolino) episcopo et capitulo Vercellensibus. » Statuta in ecclesia Vercellensi a Guala tit. sancti Martini praesbytero Cardinali auctoritate Sedis Apostolicae facta XVII. Kal. Decembris MCCXXIIII, quae hic ad verbum referuntur confirmat. Reate X. Kal. Decembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 110. fol. 96; Mss. Vallicell. I. 53; Caccianotius Summar. 154;*

cf. Potthast 646. n. 7506 22 Dec.? absque initio. — « Ea qve pro ecclesiarvm. »

5729. — *Reate 22 Novembris.*

(Arnoldum) abbatem et conventum monasterii s. Petri Gandensis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesias de Estgreneviz et de Liueshem eis confirmat. Reate X. Kal. Decembris anno decimo. — *V. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 256. n. 491, male ad a. 1126; Potthast 646. n. 7501; Horoy H-i opp. omn. IV. 956. n. 57.* — « Sacrosancta Romana Ecclesia. »

5730. — *Reate 25 Novembris.*

« (Roberto) Arosiensi episcopo. » Suis supplicationibus annuens, concedit ut poenitentibus qui tenentur carinam facere in septembri, quum eo tempore specialibus laborent in terrae frugibus colligendis, ad aliud tempus carina ipsa commutetur; decernit quod si casu acciderit ut a matre dormiente infantulus opprimatur, viro maxime si fuerit absens peccatum non imputetur huiusmodi; quod licet matrimonia in quinto consanguinitatis gradu contrahere; mandat ut forum die dominico non celebretur, sed illud die sabbati vel alio pro festo die celebrari faciat. Reate VII. Kal. Decemb. (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 112. fol. 97; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Qvod commissi tibi. »

5731. — *Reate 26 Novembris.*

« Alatrino subdiacono et capellano nostro. » Supplicantibus (Fulcone) episcopo et clero Papiensibus indulget, ut circa modum solutionis tredecim milium et quingentarum librarum papiensis monetae, quas communitas Papiensis eodem episcopo et clero tenetur pro restitutione ecclesiasticorum reddituum quos communitas ipsa invaserat de quibus a bo. m. episcopo Parmensi et collegis suis sententialiter condamnata fuerat, secundum ordinationem G(ualae) tit. sancti Martini presbyteri Cardinalis procedat. Reate VI. Kal. Decembris (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 115. fol, 98.* — « Ex parte venerabilis. »

5732. — *Reate 26 Novembris.*

Priorem capitulumque s. Mariae ad Carceres ord. s. Aug. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesiam s. Michaelis Paduanam ab episcopo Paduano eis collatam eisdem confirmat. Reate VI. Kal. Dec. anno decimo. — *Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 445; Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 46. n. 38; Potthast 649. n. 7502; Horoy H-i opp. omn. IV. 956. n. 58.* — « Sacrosancta Romana Ecclesia. »

5733. — *Reate 27 Novembris.*

« (Monaldo?) episcopo Forosimphroniensi, et abbati sancti Laurentii in Campo Fanensis diocesis. » Mandat eis ut castra, possessiones ac alia in Marchia Anchonitana existentia quae de demanio Curiae per concessiones improvidas ac per collusiones sub sententiarum velamento praesumptas alienata sunt et distracta ad ius et proprietatem Aczonis Anchonitani et Estensis marchionis legitime revocent. Reate V. Kal. Decembris (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 187. fol. 111; Mss. Vall. I. 53.* — « Dilectvs filivs nobilis. »

5734. — *Reate 27 Novembris.*

« Priori et conventui Carleolensibus. » Libertates et immunitates saecularium exactionum a regibus et principibus et aliis Christi fidelibus eis concessas, nec non possessiones, redditus et alia eorum bona confirmat. Reate V. Kal. Decembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 197. fol. 112.* — « Ivstis petentivm. »

5735. — *Reate 28 Novembris.*

« (Roberto) episcopo Trecensi. » Contra abbates et monachos et canonicos re-

gulares suae diocesis qui, occasione statuti generalis concilii de capitulis ipsorum abbatum et aliorum regularium celebrandis, et corrigendis excessibus eorumdem, iurisdictionem suam reputant imminutam, decernit quod per statutum ipsum nullum iuri suo praeiudicium generetur. Reate IIII. Kal. Decembris (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 120. fol. 98; Horoy H-i opp. omn. IV. 957. n. 59. ex mss. du Theil.* — « TVA NOVIS FRATERNITAS. »

5736. — *Reate 28 Novembris.*

Breve al vescovo di Fossombrone, avvisandolo, che aveva egli già comandato per lettere scritte ai potestà ed ai comuni di tutte le città e castella della Marca « dovessero accoglierlo, prestargli il giuramento di fedeltà, e riverirlo ed ubbidirgli come a loro signore ecc. Che se, conchiudeva, si mostrino renitenti e ribelli, commettiamo alla tua fraternità, che punisca colle ecclesiastiche censure la loro presunzione. » *Peruzzi Storia d'Ancona I. 372; Potthast 207. n. 7502a - 26153.*

5737. — *Reate 29 Novembris.*

« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apost. Sedis Legato. » Mandat ei ut non obstante appellatione interposita a conventu Luxoviensis monasterii, ad eundem monasterium personaliter accedat, ibique visitationis officium impendat corrigens et reformans tam in capite quam in membris quae correctionis et reformationis officio indigent. Reate III. Kal. Decembris (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 119. fol. 98.* — « LICET EX INIVNCTO. »

5738. — *Reate 29 Novembris.*

« (Roberto) episcopo Trecensi. » Thesaurariam et archidiaconatum infra Balleucam Trecensem, nec non antiquum ius seu consuetudinem faciendi iustitiam seu exercendi iurisdictionem ecclesiasticam in ecclesia et infra Balleucam Trecensem, nec non iurisdictionem in abbatia quae Gratia Nostrae Dominae vulgariter appellatur et in domo domini Brenensis ei suisque successoribus confirmat. Reate III. Kal. Decembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 129. fol. 100.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

5739. — *Reate 29 Novembris.*

« Potestatibus, et communitatibus civitatum et castrorum omnium in Anchonitana Marchia consistentium. » Significat eis se Aczonem Anchonitanum et Estensem marchionem iterum de Marchia Anchonitana investivisse sicut concessa fuit ab Apost. Sede clarae mem. Azoni (*sic*) marchioni Estensi, Aldebrandino et ipsi Aczoni ut in privilegiis plenius continetur, quare eis mandat ut ipsum marchionem ilariter recipiant, eique fidelitatis iuramentum sine qualibet difficultate praestantes de iustitiis et rationibus universis ad ipsum spectantibus plene respondeant, scientes se (Monaldo?) Forosimfroniensi episcopo dedisse litteris in mandatis ut ipsos si in hoc difficiles se exhibuerint vel rebelles per censuras ecclesiasticas compellat. Reate III. Kal. Decembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 186. fol. 110; Mss. vall. I. 53; Rodenberg Ep. Sel. 210. n. 288.* — « APOSTOLICAE SEDIS BENIGNITAS. »

In eundem modum scriptum est baronibus, et militibus per Anchonitanam Marchiam constitutis.

In e. m. episcopis, abbatibus, et aliis ecclesiarum prelatis per Anchonitanam Marchiam constitutis.

In e. m. potestati et populo Esinis.

In e. m. episcopo Forosimphroniensi (*sic*).

In e. m. potestati et populo Auximanis. — *Compagnoni Mem. di Osimo V. 30. n. 29; Potthast append. 2097. n. 75026. — 26154.*

In e. m. potestati et populo Esculanis.

In e. m. potestati et populo Firmanis.

In e. m. potestati et populo Montis Rubiani.

5740. — *Reate 1 Decembris.*
Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis per Italiam constitutis mandat, ut fratres de Poenitentia in ecclesiis suis, in quibus a sede apostolica sit concessum generaliter tempore interdicti, ad divina officia, ecclesiastica sacramenta necnon sepulturam admittant. Reate Kal. Dec. anno (nono, sed legas) decimo. — *Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 19. n. 26; Potthast 646. n. 7503; Horoy H-i opp. omn. IV. 958. n. 60.* — « CVM ILLORVM QVI. »

5741. — *Reate 3 Decembris.*
« . . . . . Lucano electo. » Concedit ei, ut fautores civium Pisanorum qui a rebellione Ecclesiae resipuerunt a sinistra in dexteram redeuntes, ab excommunicationis sententia, quam favendo eis contra mandatum Apostolicum incurrerunt, absolvere possit. Reate III. Non. Decembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 114. fol. 97; Mss. Vallic. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1225. n. 46.* — « CVM CIVES PISANI. »

5742. — *Reate 4 Decembris.*
« O. magistro scolarum Ovetensi. » Non obstante quod D. pater suus T. matrem suam in quarto consanguinitatis gradu sibi copulaverit ex quibus ipse natus fuit, quum D. debitum carnis exolvit et praefata mulier mutato habitu multa ex tunc exercuit opera pietatis, indulget ut ad omnes spirituales actus tamquam legitimus admittatur. Reate II. Non. Decembris (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 118. fol. 98.* — « INTELLEXIMVS QVOD QVONDAM. »

5743. — *Reate 5 Decembris.*
« Decano, cantori et scolastico Insulensibus, Tornacensis diocesis. » Mandat iniungant capitulo ecclesiae sancti Audomarii Morinensis dioecesis ut praeposito ipsius ecclesiae iuramentum relaxent, quod ante electionem suam praestiterat, ut bona quaedam ad praeposituram spectantia, villae scilicet Escham, Aluringhiem, Enchin, capitulo ipsius ecclesiae applicarentur, ita ut mutuum super hiis ab eodem capitulo fuerit contractum, quod in enorme praepositurae dispendium est attemptatum; mandat quoque ut reductis villis ad ius et proprietatem ipsius praepositurae, caetera quae in eius praeiudicium sunt praesumpta in irritum revocent. Reate Nonis Decembris (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 136. fol. 102; Horoy H-i opp. omn. IV. 959. n. 62 ex mss. du Theil.* — « SVSCEPTI CVRA REGIMINIS. »

5744. — *Reate 5 Decembris.*
Compositionem inter (Beringerum) episcopum et capitulum Spirenses ex una parte ac (Conradum) episcopum et capitulum Constancienses ex altera de ecclesia de Ezzelingen (Esslingen) factam confirmat. Reate Non. Dec. anno decimo. — *Remling UB. d. Bischöfe von Speyer I. 181. n. 171. Wirtemberg. UB. III. 208. n. 723. (uterque falso ad a. 1226); Potthast 646. n. 7504; Horoy H-i opp. omn. IV. 959. n. 61.* — « EA QVAE IVDICIO. »

5745. — *Reate 8 Decembris.*
« Maioris ecclesiae et sancti Simphoriani decanis et magistro H. canonico Remensibus. » Quum causa inter H. de Dica (*sic*) canonicum sancti Gereonis Coloniensis, et I. canonicum Leodiensem verteretur super archidiaconatu Leodiensi, qui ex mandato Apostolicae Sedis predicto H. collatus fuit, cum iniunctione episcopo et capitulo Leodiensibus ut quam cito se facultas offerret praefato I. personatum congruum conferrent; et quum hic nullum adhuc personatum fuerit assequtus, mandat quatenus in Maiori, vel sancti Martini, aut sancti Iohannis vel sancti Dionisii, aut sancti Bartholomei Leodiensibus ecclesiis personatum dicto I. congruentem conferant. Reate VI. Idus Decembris (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 124. fol. 99.* — « CVM OLIM INTER. »

5746. — *Reate 8 Decembris.*

« (Tocelino) Bathoniensi, (Richardo) Saresbiriensi, (Benedicto) Roffensi et (Geoffrey) Eliensi episcopis. » In causa inter Dunelmensem episcopum ex una parte et priorem et conventum Dunelmenses ex altera legitimas probationes recipiant super alienationibus bonorum episcopalium quas idem episcopus irrequisito conventu fecisse dicitur, easque ad Sedem Apostolicam cum causa instructa remittant. Reate VI. Idus Decembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 131. fol. 100; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Ex parte dilectorvm. »

5747. — *Reate 8 Decembris.*

« Eisdem (Tocelino) Bathoniensi, (Richardo) Saresbiriensi, (Benedicto) Roffensi et (Geoffrey) Eliensi episcopis. » Mandat eis ut, si tam Dunelmensis episcopus, quam prior et conventus Dunelmenses, excommunicationis sententiam incurrerunt quia, pendente inter ipsos quaestione, utra pars contra mandatum Apostolicum ad alterius bona vel iura manus extendit, ipsi facientes taliter occupata restitui eandem sententiam relaxent. Dat. ut supra (Reate VI. Idus Decembris anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 132. fol. 101.* — « Ex parte dilectorvm. »

5748. — *Reate 9 Decembris.*

« Vniversis Christi fidelibus per Marchiam Anchonitanam et Romaiolam (*sic*) constitutis. » Indulgentiam viginti dierum illis concedit qui fratribus hospitalis Pontis Potentiae siti in strata publica elemosinas impendunt. Reate V. Idus Decembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 117. fol. 98.* — « Qvoniam vt ait apostolvs. »

5749. — *Reate 11 Decembris.*

« Vniversis Christi fidelibus in Rothomagensi provincia constitutis. » Beatum Laurentium Dublinensem archiepiscopum regis et reginae Hiberniae filius cuius corpus apud ecclesiam sanctae Mariae de Augo Rothomagensis dioecesis, claris divino munere coruscans miraculis requiescit, inquisita de vita et miraculis veritate per archiepiscopum, decanum et thesaurarium Rothomagenses, necnon per archiepiscopum Dublinensem, et Darensem episcopum suffraganeum eius et priorem sanctae Trinitatis Dublinensem, in sanctorum catalogo adscribit, statuens ut eius festivitas singulis annis XVIII. Kal. Decembris celebretur. Reate III. Idus Decembris anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 123. fol. 99; Cherubini Bullar. 1. 82; Vilkins Concil. 1. 619; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 413. n. 77; Bzovius Annal. eccl. XIII. 322; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1224. nn. 39-40* (*fram.*); *Potthast 646. n. 7505; Horoy H-i opp. omn. IV. 961. n. 63.* — « Ineffabilis providentia Dei. »

5750. — *Reate 15 Decembris.*

« Episcopo et archipresbytero Melfitensibus, et magistro Rog(erio) canonico Tranensi. » Vt moneant Garganicum capitulum ne impediant quominus (Albertus) Sipontinus archiepiscopus, qui in die cenae Domini recipit prout moris est apud Garganicam ecclesiam peregrinos, crisma eo die conficiat in Sipontina ecclesia, a qua Garganica recipiat crisma, eique obedientiam et reverentiam exhibeat, quod si in hoc acquiescere noluerint, prefigant utrique parti terminum, quo se Apostolico conspectui repraesentent, exhibiturae et recepturae quod ordo iuris postulat. Reate XVIII. Kal, Ianuarii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 126. fol. 100.* — « Ex parte sipontini. »

5751. — *Reate 15 Decembris.*

« Eisdem (episcopo, et archipresbytero Melfitensibus et magistro Rog(erio) canonico Tranensi). » Moneant archipresbyteros et clericos ecclesiarium de Pisciz, de Vico,

de Cañito, de Yscitella, de Barañ, de Cãniano, de Caprili et de Rodo Sipontinae dioecesis ut ab ecclesia Sipontina crisma recipiant, eique ut matri suae obedientiam et reverentiam exhibeant. Dat. ut supra (Reate XVIII. Kal. Ianuarii anno decimo).— *Reg. Vat. lib. 10. epist. 127. fol. 100.* — « Ex parte Sipontini. »

5752. — *Reate 16 Decembris.*
« Eidem (magistro Ierosolimitani Hospitalis). » Indulget ei ut cum ad aliquam terram accedit interdicto suppositam liceat ipsi cum suis fratribus, excommunicatis et interdictis exclusis, clausis ianuis, non pulsatis campanis a proprio capellano suppressa voce divina celebrare. Reate XVII. Kal. Ian. (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 140. fol. 103.* — « Devotionis tve sinceritas. »

5753. — *Reate 17 Decembris.*
« Abbati et conventui sancti Pauli Antiocheni. » Quum ecclesias non habeant in quibus provisiones clericis assignare possint, indulget eis ne ulterius in eorum monasterio teneantur clericis saecularibus per litteras apostolicas providere. Reate XVII. Kal. Ianuarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 151. fol. 104.* — « Ex vestra insinvatione. »

5754. — *Reate 18 Decembris.*
« Castrensi episcopo. » Eius precibus annuens, concedit ut moniales monasterii Aqueturni Cistercensis ordinis ad cuius reparationem intendit, in monasterio de Rapallo possit includere, maxime cum sorores monasterii de Rapallo eas velle recipere et secum libenter includere dicantur. Reate XV. Kal. Ianuarii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 130. fol. 100.* — « Ex parte tva. »

5755. — *Reate 18 Decembris.*
« (Bernardo) electo Secobiensi. » Mandat ei, ut si personae et canonici seu aliqui portionarii ecclesiae Secobiensis, primo, secundo et tertio canonice ab eo moniti residere ibi contempserint ut tenentur, privet eos beneficiis quae tenent ab ipsa, personis idoneis quae deservire in ea debeant conferendis, ita tamen quod per hoc clericis in Romana Curia existentibus ac etiam studentibus in theologica facultate nullum praeiudicium generetur. Reate XV. Kal. Ianuarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 133. fol. 101.* — « Qvoniam qvi non laborant. »

In eundem modum scriptum est (Iohanni) electo Calagurritano.

5756. — *Reate 18 Decembris.*
« Priori de Kemlwroh decano et cantori Lichefeldensi Wigorniensis et Conventrensis diocesum. » Vt manerium quod abbas et conventus monasterii de Burthōn pro centum marcis Philippo Marci laico Conventrensis dioecesis in feudum concesserunt cum enormi ipsius monasterii laesione, mandat eis, ut iniuncta de huiusmodi temeritate praedictis abbati et conventui poenitentia salutari, dictum manerium ad ius et proprietatem ipsius monasterii legitime revocent; ita tamen, quod deducto eo quod ex ipso manerio dictum Philippum medio tempore habuisse eis constiterit, de residuo pecuniae cum iustis et moderatis expensis, usuris cessantibus, sibi plenarie satisfieri faciant. Dat. ut supra (Reate XV Kal. Ianuarii anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 133[2]. fol. 101; Musaeum Britan. addi mss. 15352.* — « Ad avdientiam nostram. »

5757. — *Reate 18 Decembris.*
« (Philippo) episcopo, decano et subdecano Aurelianensibus. » Cum Pontifex quaedam privilegia Innocentii PP. (III.) pro nobili viro Theobaldo comiti Campaniae innovaverit, ad quae Longipontis Cisterciensis ordinis Suessionensis dioecesis et

sancti Iohannis in Vineis abbates ac decanum Suessionensem conservatores deputavit, nunc conquerente Trecensi episcopo conservatores ipsos sibi esse graves multipliciter et infestos, eos quoad episcopum et ecclesiam Trecenses praedictis conservatoribus subrogat, mandans quatenus quotiens ad se defertur quod episcopus ipse aut officiales eius seu quilibet alius auctoritate Trecensis ecclesiae excommunicationis et interdicti sententias contra privilegia ab Innocentio PP. III. concessa et a se innovata tulerit, de sententiis ipsis cognoscant, easque, si iniustas invenerint, revocent. Reate XV. Kal. Ianuarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 134. fol. 101.* — « FELICIS MEMORIE INNOCENTII. »

5758. — *Reate 18 Decembris.*

« Abbati de Spina Cisterciensis ordinis, et archidiacono de Carnon̄ Placentine diocesis, et G. Petri canonico Palentino. » Queritur de (Suerii) Vlixbonensis episcopi persecutione in magistrum Iohannem capellanum Papae, nec non consanguineos, clericos et res suas, praesertim in S. fratrem et procuratorem ipsius pro quo abbas Alcobatiae et nobiles mulieres S. et B. regis Portugalliae amitae inutiliter apud eundem episcopum precibus institerunt ut illi securitatem concederet: mandat eis ut ad loca personaliter accedant et, inquisita de omnibus veritate, inquisitionis negotium sufficienter instructum ad Sedem Apostolicam transmittant, ipsumque episcopum, capitulum et suos cogant, ut praedicto magistro et suis de damnis et iniuriis competenter satisfaciant. Reate XV. Kal. Ianuarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 135. fol. 101; Mss. Vallic. I. 53.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

5759. — *Reate 18 Decembris.*

« Magistro Ierosolimitani Hospitalis. » Vt per Hospitalis amicos et Christi fideles, fratres et bona ipsius ab infestatione comitis Tripolitani defendere valeat, vim vi legitime repellendo. Reate XV. Kal. Ianuarii (anno decimo). *Reg. Vat. lib. 10. epist. 139. fol. 103; Mss. Vall. I. 53.* — « AD AVRES NOSTRAS. »

5760. — *Reate 20 Decembris.*

« (Alexandro) illustri regi Scotorum. » Rogat et monet eum ut nobilem mulierem Alicem viduam quam de regno eiecerat et omnibus bonis suis privaverat, et ad Pontificis hortatum ea ipsi restituerat, permittat quoque ipsam ad regnum regredi et ibidem secure morari. Reate XIII. Kal. Ianuarii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 137. fol. 102; Mss. Vallicell. I. 53.* — « DILECTA IN CHRISTO FILIA. »

5761. — *Reate 20 Decembris.*

« Eidem (magistro Ierosolimitani Hospitalis). » Indulget ei ut pro utilitate Terrae Sanctae ac Ierosolimitani Hospitalis, excommunicatis, cum viderit expedire, cum dolore et amaritudine cordis et spe veniae, dum tamen secum non participet in mensa vel orationibus, loqui possit non tamen excedendo modum nec inde scandalum oriatur. Reate XIII. Kal. Ianuarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 141. fol. 103.* — « QVIA NECESSITAS FACIT. »

5762. — *Reate 23 Decembris.*

« Valeriano clerico germano nobilis viri Morici Iudicis civis romani. » Cum circa mandatum Apostolicum ad Trecensem episcopum pro eius provisione, idem episcopus ad Papae praesentiam accedens reverenter se excusaverit, aliam provisionis formam in litteris ipsius episcopi expressam confirmat. Reate X. Kal. Ianuarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 142. fol. 103.* — « NOSTRIS PRECIBVS ET. »

5763. — *Reate 23 Decembris.*
« Abbati et priori Affligemensibus, et abbati Ninivensi Cameracensis diocesis. » Mandat eis compellant abbatissam et conventum de Harnes ut concessione olim Adae fundatrici ipsius domus ab abbate et conventu sancti Petri Gandensis facta, ut in eorum territorio de Harnes ad opus quorundam religiosarum mulierum domum construeret et capellam, contentae existant; et non obstantibus litteris Apostolicis ad cantorem sancti Amati in Duaco et coniudices suos, ipsae nec emant vel in elemosinam seu in pignus recipiant, aut titulo quocumque acquirant possessionem aliquam in territorio praedicto contra condictum a praefata fundatrice cum abbate et conventu Gandensibus initum attemptent. Reate X. Kal. Ianuarii decimo (*sic*). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 143. fol. 103; v. Lokeren Chart. de l'abb. de St. Pierre 256. n. 492. male ad an. 1226; Potthast 646. n. 7507; Horoy H-i opp. omn. IV. 964. n. 64.* — « Dilecti fili abbas. »

5764. — *Reate 23 Decembris.*
Consulibus Terracinensibus mandat, ut, cum imperator petat ab eis res balistariorum quae apud Terracinam existant, tale super hoc habeant consilium, « quod inde difficultatem incurrere non possitis. » Reate X. Kal. Ian. anno decimo. — *Contator Hist. Terrac. 183; Potthast 646. n. 7508; Horoy H-i opp. omn. IV. 966. n. 65.* — « Cvm sicvt intelleximvs. »

5765. — *Reate 25 Decembris.*
« Episcopo et capitulo Montis Synai. » Ipsis postulantibus diffinitivam sententiam quam Ariensis et M. Millepotamensis episcopi pro eis contra archiepiscopum et capitulum Trecenses ac quosdam alios Trecensis dioecesis super decimis, domibus, possessionibus promulgarunt, confirmat. Reate VIII. Kal. Ian. anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 8. epist. 192. fol. 111.* — « Ea qve concordia. »

5766. — . . . .
Sarisberiensi et Eliensi episcopis scribit de Dunelmensi episcopo reo sanguinis, simoniae, adulterii, sacrilegii, rapinae, periurii ac dilapidationis *etc. Absque nota chronol. — Matthaeus Paris Hist. Angl. ad an. 1225; Manrique Ann. Cisterc. IV. 290; Potthast 647. n. 7511; Horoy H-i opp. omn. IV. 966. n. 66. — cf. Epp. in Reg. Vat. sub die 8 Decemb.* — « Ita nobis in. »

5767. — . . . .
Donato praeposito et Guidoni cantori Ravennatensibus committit causam decidendam inter rectorem s. Mercurialis de Ravenna et nobilem virum Guidonem comitem Bernardinum et quosdam alios Faventinos et Livienses. — *Sine nota chronol. — Mittarelli Access. hist. Favent. 478; Potthast 2097. n. 7511 a - 26155.*

[An. 1226].

5768. — *Reate 5 Ianuarii.*
«(Venturae) episcopo Ariminensi.» Praecipit ei ut mandata, quae ei olim data fuerunt, contra consuetudines et statuta in praeiudicium ecclesiastice libertatis a potestate et populo Ariminensibus edita, non obstante quodam rescripto ad N. Falconis subdiaconum et capellanum Pontificium rectorem Massanum Apost. Sedis Legatum, et absolutione a sententiis interdicti et excommunicationis facta ab R. capellano et delegato eiusdem Legati, exequatur; iniungit ut de damnis et iniuriis a potestatibus vel civibus Ariminensibus capitulo irrogatis in rebus aut personis priusquam ad absolutionem procedat satisfieri faciat competenter, et in publicis capitularibus civitatis eiusdem conscribi faciat, quod potestates iudices et officiales qui pro tempore fuerint assumentes civitatis ipsius officia in iuramentis eorum adiiciant quod clericis, ecclesiis et ecclesiasticis personis exhibebunt iustitiae complementum, consuetudine ac statuto contrariis remotis. Reate

Non. Ianuarii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 138. fol. 103; Mss. Vallic. I. 53; Tonini Rimini 439; Potthast 647. n. 7513.* — « Ex parte dilectorum. »

5769. — *Reate 5 Ianuarii.*

« Abbati et conventui monasterii sancti Richarii (Richerii *Horoy*) Ambianensis diocesis. » Lite inter ipsos et Ambianensem episcopum iam a tempore Innocentii PP. (III) super subiectione eorum monasterii vertente, quum Pontifex per Silvanectensem episcopum et collegas eius, quos utraque pars arbitros sibi elegit, partes ipsas ad Apostolicam praesentiam evocaverit, explicans privilegium Alexandri PP. (III), declarat dictos abbatem et conventum in recipiendis consecrationibus altarium seu basilicarum et ordinationibus monachorum vel clericorum ab Ambianensi episcopo non teneri: sed chrisma et oleum ab eodem episcopo recipiant si ea gratis et sine pravitate aliqua exhibeat, alioquin a quocunque catholico episcopo possunt postulare, nullamque iurisdictionem idem episcopus in eorum monasterio sibi valeat vindicare. Reate Nonis Ianuarii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 148. fol. 104; Horoy H-i opp. omn. V. 1. n. 67. ex mss. du Theil.* — « Mota olim A. »

5770. — *Reate 5 Ianuarii.*

« (Guilielmo) Remensi, et (Theobaldo) Rothomagensi archiepiscopis, ac eorum suffraganeis. » Quoad causam motam a bo. me. Ambianensi episcopo super subiectione monasterii sancti Richarii Ambianensis dioecesis, mandat eis quatenus, cum super crismate ac oleo fuerit ex Ambianensis defectu ad alios recurrendum, quilibet ipsorum cum fuerit requisitus ea praedicto monasterio largiatur et irrequisito eodem episcopo monachos et clericos ordinet et basilicas et altaria monasterii consacret. Dat. ut supra (Reate Non. Ianuarii anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 149. fol. 104.* — « Mota olim A. »

5771. — *Reate 5 Ianuarii.*

« (Eustachio) episcopo, decano Londoniensibus, et archidiacono de Huntedoñ Lincolniensis diocesis. » Conquerente nobili viro marescallo Angliae, quod in ecclesia de Offellei Lincolniensis dioecesis de qua ius obtinet patronatus, T. olim patronus renunciavit personatui et procuravit ut A. filius eius personatum, ipse vero vicariam obtineret, mandat, ut partibus convocatis et auditis, si constiterit rem taliter se habere, amotis praefatis T. ac A. filio eius, praefato Marescallo licentiam praesentandi personam idoneam concedant. Reate Non. Ianuarii anno decimo — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 193. fol. 111.* — « Dilectus filius nobilis vir. »

5772. — *Reate 7 Ianuarii.*

« Abbati de Spina Cisterciensis ordinis Palentine diocesis et Astoricensi et Zamorensi decanis. » Mandat eis ut statuta pro monasterio sancti Facundi facta ab abbate de Morerella et collegis eius, quibus correctio et reformatio eiusdem monasterii a Sede Apostolica commissa fuit, diligenter inspiciant, et addito atque dempto si quid addendum fuerit vel dirimendum, ea observari faciant. Reate VII. Idus Ianuarii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 144. fol. 104.* — « Dilecti filii I. »

5773. — *Reate 7 Ianuarii.*

« Decano et capitulo Trecensibus. » Mandat eis, ut quemadmodum iam scripsit episcopo Trecensi et ipsis, in canonicum admittant Valerianum clericum germanum nobilis viri Iudicis Morici civis Romani, alioquin abbati sanctae Genovefe et archidiacono Parisiensi et Matheo Iohannis Elperini Belvacensi canonico Parisius commoranti iniunget, ut eos per censuras ecclesiasticas compellant. Reate VII. Idus Ianuarii

(anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 156. fol. 105; Horoy H-i opp. omn. V. 3. n. 68 ex mss. du Theil.* — « CVM OLIM VENERABILI. »

Illis scriptum est in eundem modum verbis competenter mutatis ut eos ad id compellant.

5774. — *Reate 7 Ianuarii.*

Abbati et conventui s. Arnulphi Metensis, qui statuerant, ut, cum per impressionem laicalem plures laicos in suo monasterio recepissent inviti, nulli de cetero in tonsura vel habitu laicali recipiantur ibidem nec infra monasterium vel extra talibus ministrentur stipendia monachorum, hoc statutum confirmat. Reate VII. Idus Ianuarii anno decimo. — *Tabouillot Hist. de Metz IV. 1. 186; Potthast 647. n. 7514; Horoy l. c. 4. n. 69.* — « QVIA PROVIDENDVM EST. »

5775. — *Reate 8 Ianuarii.*

« A(czoni) Marchioni Anconitano et Hestensi. » Significat ei se praecepisse (Rinaldo) episcopo Firmano ut iura quaedam ad ipsum ratione Marchiae Anconitanae spectantia, in eo statu ei dimittat quo Tiso tutor sive curator ipsius marchionis nomine suo tenuit; et ut omnis litis materia sopiatur, mandat, ut praefixo termino, vel per se vel per procuratorem ad Sedem Apostolicam se representet exhibiturus vel recepturus ab episcopo praedicto quod ordo iuris postulat. Reate VI. Idus Ianuarii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 147. fol. 104; Mss. Vallic. 1. 53.* — « FIRMANVS EPISCOPVS IVRA. »

5776. — *Reate 8 Ianuarii.*

« Nobili viro (Hugoni de Lesiniaco) comiti Marchie. » Querente H(enrico) Anglorum rege, eum redarguit quod fidelitatem qua ipsi regi tenebatur astrictus et adhuc quoque tenetur, nulla famis nullave obsidionis coactus angustia contra iuramentum quo se ad illam servandam astrinxerit violaverit: mandat ei ut ad fidelitatem ipsius regis redeat, alioquin sciat Aquensi, Vasatensi episcopis et archidiacono Vasatensi se praecipisse, ut nisi infra mensem Apostolicum mandatum in hoc adimpleverit per censuras ecclesiasticas eum ad id compellant. Reate VI. Idus Ianuarii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 157. fol. 105; Mss. Vallicell. 1. 53; Raynaldi Ann. Ecc. 1226. n. 37. 44; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Bouquet Rec. XIX. 769; Potthast 647. n. 7515; Horoy H-i opp. omn. V. 4. n. 80 (post n. 69 saltat ad n. 80).* — « FIDELITATIS VINCVLVM QVO. »

In eundem modum nobili viro Galfrido de Lesiniaco.

In e. m. no. vi. vicecomiti Lemovicensi. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. no. vi. Savarico de Maloleone. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. no. vi. Americo de Rupe, Engolismensis diocesis. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. no. vi. Hugoni de Thoarcio. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. no. vi. vicecomiti Toharcie (*sic*). — *Reg. Vat. l. c. (deest in Horoy).*

In e. m. no. vi. Wilelmo Manigo (Maingot – *Horoy*) Xantonensis diocesis. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. no. vi. Galfrido de Rancoñ Xantonensis diocesis. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. no. vi. Reginaldo de Pontibus Xantonensis diocesis. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. no. vi. comiti Petragoricensi. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. no. vi. Galfrido Rudel. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. no. vi. Wilelmo Archiepiscopi. — *Reg. Vat. l. c.*

In e. m. scriptum est (Raimundo) Aquensi, (Arnaldo) Vasatensi episcopis et archidiacono Vasatensi, verbis competenter mutatis, ut si infra mensem post receptionem litterarum ipsarum dicti nobiles mandatum Apostolicum non curaverint adimplere, ipsi eos ad id per censuram ecclesiasticam sub-

lato appellationis impedimento compellant, etc. — *Reg. Vat. l. c.*

5777. — *Reate 8 Ianuarii.*

« Decano, precentori et magistro Thome de Lichefeld canonico Eboracensibus. » Mandat eis nuntient excommunicationem latam a decano christianitatis de Mildelhã Dunelmensis dioecesis in A. monachum procuratorem prioris et conventus Dunelmensium, eo quod pro conservando eiusdem conventus iure patronatus in ecclesia de Mildelhã, eam, cum eo tempore vacaret, ingressus fuit: quin potius decanum eundem et alios qui praedictum monachum iniuriis quoque et contumeliis immisericorditer affecerunt excommunicatos publice nuntient, donec praefatis priori et conventui competenter satisfaciant. Reate VI. Idus Ianuarii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 194. fol. 111; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « Dilectvs filivs A. »

5778. — *Reate 9 Ianuarii.*

« (Iordano) episcopo Paduano. » Ut inquirat contra R. et I. et quosdam alios sacerdotes Marchiae Tervisinae qui praedicabant non posse Papam dispensare super pluralitate beneficiorum, et si ei sic constiterit, presbyteros ipsos, ut ab huiusmodi praesumptione cessent, canonica districtione compellat. Reate V. Idus Ian. (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 167. fol. 107; Mss. Vall. I. 53.* — « Ad avdientiam nostram. »

5779. — *Reate 12 Ianuarii.*

« (Guilielmo) sancti Andree, (Andree) Moraviensi, et (Gilberto Cathanie) Carenensi episcopis. » Cum R(adulphus) in episcopum Dumblainensem electus in Papae presentia huiusmodi electioni sponte cesserit, mandat eis iniungant illis ad quos spectat electio, ut de idonea alia persona per electionem canonicam sibi provideant in pastorem, eamque electionem si de persona idonea canonice celebrata fuerit confirment. Reate II. Idus Ianuarii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 152. fol. 105.* — « Dilectvs filivs R. »

5780. — *Reate 12 Ianuarii.*

« Episcopo Ierapetrensi. » Mandat ei ne permittat episcopum et fratres Montis Synay a capitulo Cretensi indebite molestari occasione quarumdam litterarum a Regino episcopo in Romaniae partibus Apostolicae Sedis Legato contra eosdem episcopum et fratres ad Sitiensem episcopum impetratarum, super quibusdam possessionibus, decimis et rebus aliis per Arianensem et Millopotamiensem episcopos a Pontifice delegatos eisdem sententialiter adiudicatis, revocato in statum debitum si quid super praedictis, postquam procurator episcopi et fratrum ipsorum iter ad Apostolicam Sedem arripuit, ab aliquibus in Cretensi provincia constitutis attemptatum invenerint. Reate II. Idus Ianuarii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 155. fol. 105.* — « Constitvtvs in presentia. »

5781. — *Reate 13 Ianuarii.*

« Halberstadensi, et in Borslo Maguntine diocesis prepositis et L. canonico Halberstadensi. » Quoad litem inter Zuerinensem episcopum et episcopum Avelbergensem, super quarundam parrochiarum terminis, quae primum ab utraque parte compromissa fuit in Zuerinensem praepositum et collegas eius ut per arbitros negotium terminaretur; et demum Avelbergensis episcopus quasdam litteras Apostolicas ad praepositum de Crevese et coniudices eius, nulla de pactis in compromisso contentis facta mentione impetravit contra plebanos parrochiarum ipsarum super ipsis terminis, et alias quoque litteras praeposito de Arnesse ac suis coniudicibus post appellationem ab eisdem plebanis obtinuit, compromisso adhuc pendente non citato et pe-

nitus ignorante Zuerinensi episcopo, qui de hiis certior factus ad Sedem Apostolicam appellavit; mandat ut revocato in statu debito quidquid post dicti episcopi appellationem in ipsius praeiudicium attemptatum fuit, negotium ad arbitros remittant, alioquin partes ad praefati praepositi de Arnesse ac suorum coniudicum remittant examen. Reate Idibus Ianuarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 154. fol. 105; Rodenberg Ep. Sel. 211. n. 289.* — « INNOTVIT NOBIS VENERABILI. »

5782. — *Reate 13 Ianuarii.*

« Abbati et conventui monasterii de Dunfermelin. » Ecclesias de Hales et de Kinglassin sancti Andreae dioecesis, a veris patronis eisdem concessas et a loci dioecesano cum capituli sui assensu confirmatas, ad hospitalitatem conservandam eis concedit, sic tamen ut honestam habeant sustentationem ecclesiarum ipsarum vicarii, quos dioecesano episcopo, ut ei de spiritualibus, ipsis autem de temporalibus respondeant, praesentent. Reate Idibus Ianuarii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 189. fol. 111; Registr.* de *Dunfermelyn 167. n. 257; Theiner Mon. Hibern. 23. n. 58: Potthast 648. n. 7518; Horoy H-i opp. omn. V. 7. n. 82.* — « EX RELATIONE VESTRA. »

5783. — *Reate 13 Ianuarii.*

« (Waltero) Episcopo Glasguensi ad supplicationem decani et capituli Glasguensium concedit facultatem retinendi ecclesiam de Driuesdale in usus proprios, ut visitare possit gentes barbaras in quadam parte suae dioecesis existentes easque divinis quarum ignarae sint institutionibus informare. Reate Id. Ianuarii anno decimo. — *Registrum episc. Glasguens. 1. 128. n. 151; Potthast 648. n. 7516.* — « SVBSTANCIA ECCLESIASTICA PROVT. »

5784. — *Reate 13 Ianuarii.*

Episcopo Glasguensi et abbati ac conventui monasterii s. Trinitatis de Dunfermelyn indulget, ut ea occasione quod b. m. magister Acuncius subdiaconus et cappellanus apostolicus molendina (de Muxilburg) et illi redditum ipsum concesserunt in eis Stephano clerico Iohannis Mancini civis Romani, non teneantur post decessum eiusdem molendina ipsa in beneficium umquam concedere. Reate Idus Ianuarii anno decimo. — *Registrum de Dunfermelyn 166. n. 256; Potthast 648. n. 7517; Horoy H-i opp. omn. V. 8. n. 83.* — « CVM IN MOLENDINIS. »

5785. — *Reate 15 Ianuarii.*

Compositionem inter abbatem conventumque de Dunfermelyn et abbatem canonicosque de Scona s. Andreae dioc. super quibusdam decimis initam confirmat. Reate XVIII. Kal. Februarii anno decimo. — *Registrum de Dunfermelyn 167. 258; Potthast 648 n. 7519; Horoy l. c. n. 84.* — « CVM A NOBIS. »

5786. — *Reate 17 Ianuarii.*

« (Waltero) episcopo, decano et scolastico Tornacensibus. » Mandat eis ut ad ecclesiam sancti Audomarii Morinensis dioecesis accedant, et si in ordinatione olim facta in eadem ab archidiacono Remensi et collega ipsius, qui visitationis officium ex mandato R(oberti) tit. sancti Stephani in Celio monte presbyteri Cardinalis tunc Apost. Sedis Legati ibidem adimpleverunt, invenerint esse defectum, suppleant, et decanum et capitulum praedictae ecclesiae ad observationem ordinationis eiusdem compellant. Reate XVI. Kal. Februarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 162. fol. 106; Horoy H-i opp. omn. V. 9. n. 85 ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS PREPOSITVS. »

5787. — *Reate 19 Ianuarii.*

« (Roberto) episcopo, decano sancti Stephani, et archidiacono Trecensibus. » Magistro et fratribus Hospitalis Mormenti (*Horoy* Mormonti) beneficium restitutionis in integrum postulantibus quoad sententiam quam abbas sancti Michaelis Torno-

dorensis et coniudicẽs sui pro abbate et conventu de Moris Cistercensis ordinis Lingonensis dioecesis super de Quercu et de Billesuerre (*Horoy* Bellisuerre) grangiis protulerunt, quae ipsi Trecensi episcopo dum Trecensis canonicus existebat delegata fuerat, mandat ut, non obstante quod huiusmodi negotium ultra quadriennium est neglectum, in ipso iuxta prioris mandati tenorem procedant. Reate XIIII. Kal. Februarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 165. fol. 107; Horoy H-i opp. omn. V. 20. n. 92. ex mss. du Theil (29 Ian.)* — « DILECTI FILII MAGISTER. »

5788. — *Reate 19 Ianuarii.*

« Abbati sancte Genovefe, et magistris Gaufrido et Iohanni de Monte Mirabili archidiac. Parisiensibus. » W. archidiacono Barri et quibusdam aliis de capitulo Lingonensi et magistro domus Mormenti se opponentibus quod Lingonensis episcopus disposuit Hospitale Mormenti suae dioecesis cum pertinentiis suis fratribus Hospitalis Ierosolimitani convertendum in eorum ordinem et per ipsum in statum debitum reformandum concedere; mandat eis quatenus si nondum eisdem fratribus facta est de domo ipsa concessio, sed res existit adhuc integra, et dicti episcopus et capitulum et magister possunt domum eandem in suo ordine reformare, id ab eis fieri concedant, si vero res integra non existit, vocatis qui fuerint evocandis, quod canonicum fuerit statuant. Reate XIIII. Kal. Februarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 166. fol. 107; Horoy H-i opp. omn. V. 10 n. 86 ex mss. du Theil.* — « EXPOSVIT NOBIS OLIM. »

5789. — *Reate 20 Ianuarii.*

« Episcopo et fratribus Montis Synay tam presentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum. » Ecclesiam sanctae Mariae Montis Synay, in qua divino sunt obsequio secundum beati Basilii regulam mancipati, sub protectione recipit, omnesque eorum possessiones, bona et privilegia nominat et confirmat. Reate per manum Guidonis dñi PP. notarii XIII. Kal. Februarii indict. XII. Incarnationis Dominice anno MCCXXV (*sic*) Pontificatus vero dñi Honorii PP. III. anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 158. fol. 106; Mss. Vallicell. I. 53.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

5790. — *Reate 20 Ianuarii.*

« Stephano Eketoñ clerico. » Attentis eius probitatis meritis et consideratione Henrici regis Anglorum cuius insistit obsequiis, indulget ei, ut praeter beneficia quae est assecutus, alium curam animarum habens possit recipere. Dat. ut supra (Reate XIII. Kal. Februarii anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 159. fol. 106.* — « TVAE PROBITATIS MERITA. »

5791. — *Reate 20 Ianuarii.*

« (Gaufrido) episcopo et capitulo Tripolitanis. » Vt G. Laiguerii presbyterum eorum ecclesiae assisium, qui in ecclesia ipsa suscepit omnes ordines et per viginti annos et amplius in ea fideliter et devote servivit, in canonicum recipiant, non obstante certo canonicorum numero vel statuto in ecclesia ipsa, iuramento seu confirmatione Apost. Sedis roboratis, alioquin dat litteris in mandatis cantori, thesaurario et Wilelmo canonico Beritensibus ut eos ad id per censuram ecclesiasticam compellant. Reate XIII. Kal. Februarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 173. fol. 108.* — « ONEROSVM NON DEBET. »

Illis scriptum est in e. fere mod.

5792. — *Reate 20 Ianuarii.*

« (Benedicto) episcopo, et sancti Andree et sancte Marie de Stradẽs prioribus Roffensibus. » Conquerente conventu monaste-

rii de Bronholm̃ circa iurisdictionem quam super eo asserebat prior et conventus de Acra Cluniasensis ordinis Norwicentis dioecesis, super quo litterae Apostolicae impetratae fuerunt ad abbatem de Swinheved et eius coniudices, mandat eis, ut inquirant super quadam compositione inter ipsos conventus initam, qua statutum fuit quod decedente in monasterio de Bronholm̃ priore, prior de Acra tres sui vel eorum aut utriusque monasterii monachos quos credit magis idoneos ad ipsius monasterii de Bronholm̃ regimen nominabit, quorum unum illi recipient pro priore, et quod super ea canonicum fuerit statuant et observari faciant. Reate XIII. Kal. Februarii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. ep. 197².fol. 112; Musaeum Britann. Add. Mss. 15352.* — « Ex parte dilectorvm.

5793. — *Reate 21 Ianuarii.*

« Eisdem (Waltero) episcopo, decano et scolastico Tornacensibus. » Mandat eis quatenus nisi B. de Comines et B. filius eius milites et quidam alii Morinensis et Tornacensis dioecesum, contra quos decanus Cameracensis et coniudices sui excommunicationis sententiam promulgarunt ob iniurias et detrimenta praeposito et hominibus ecclesiae sancti Audomarii illata, ad Ecclesiae mandatum redierint, commitissae Flandriae, cui super hoc scribit, auxilium implorent. Reate XII. Kal. Februarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 163. fol. 107; Horoy H-i opp. omn. V. 12. n. 87. ex mss. du Theil.* — « Dilectvs filivs prepositvs. »

5794. — *Reate 22 Ianuarii.*

« Magistro et fratribus domus Milicie Templi Ierosolimitani. » Mandat eis ut fratrem Thomam, qui, petita licentia, exiit ab eis religionem amplexus arctiorem, non valens austeritatem alterius ordinis substinere, ipsum ad eos humiliter redeuntem recipiant. Reate XI. Kal. Februarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 160. fol. 106.* — « Dilectvs filivs frater. »

5795. — *Reate 22 Ianuarii.*

« Fratribus Militie Templi Ierosolimitani. » Mandat eis ut servantes in vinculo pacis spiritus unitatem, magistro et praeceptoribus eorum prompta fide pronaque devotione studeant humiliter obedire, et terminos quos patres eorum Ordinis posuere simpliciter observantes a novis et superstitiosis adinventionibus caveant. Reate XI. Kal. Februarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 164. fol. 107; Mss. Vall. I. 53.* — « Qvod vos nostris. »

5796. — *Reate 23 Ianuarii.*

« Andree de Francia et Iohanni dicto Compater canonicis Anagninis. » Moneant ac inducere procurent I. iudicem et I. scriniarium vicecomites de Guarcino, ne quemdam Nicolaum cohartent per duellum et candentis ferri iudicium super quodam testimonio ab eo perhibito se defendere, cum probatio huiusmodi divina lege non assumitur vel humana, canonica non existat, ipseque Pontifex, illam, quae prohiberi debet ubique in patrimonio ecclesiae, nullatenus vult sustinere. Reate X. Kal. Februarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 161. fol. 106; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Nicolavs laicvs et. »

5797. — *Reate 23 Ianuarii.*

« Wilielmo abbati monasterii sancti Iacobi Apostoli et sancti Mirini confessoris de Passelet eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum. » Eorum monasterium, in quo sunt secundum beati Benedicti regulam atque institutionem Cluniacensium fratrum divino obsequio mancipati, sub protectione recipit, eorumque possessiones, libertates et privilegia enumerat et con-

firmat. Reate per manus magistri Guidonis dñi PP. notarii X. Kal. Februarii indictione XIIII. Incarnationis dominice anno MCCXXV (*sic*) Pontificatus vero dñi Honorii PP. III. anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 185. fol. 110; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Theiner Mon. Hibern. 23. n. 59; Potthast 648. n. 7520; Horoy H-i opp. omn. V. 13. n. 88.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

5798. — *Reate 24 Ianuarii.*

« Abbati sancte Marie in organis Veronensi, archipresbytero Estensi Paduane diocesis, et magistro Egidio canonico Paduano. » Quoad causam inter plebanum et clericos ecclesiae sanctae Mariae Matris Domini et plebanum et clericos ecclesiae sancti Eustacii de Veneciis, super iure parrocchiali, quae primum coram plebano sancti Cassiani et coniudice suo, deinde coram plebano sancti Bartholomei et eius coniudicibus acta, postea a partibus ipsis in S. Falecto et T. Franc. canonicos sancti Marcii de Veneciis sub certa poena fuit tamquam in arbitros amicabiliter compromissa, tandem coram Alatrino subdiacono et capellano Apostolico agitata fuit; qui, habito consilio E(gidii) sanctorum Cosmae et Damiani diaconi Cardinalis « interlocutus est non obstante peticione predictorum plebani et clericorum ecclesie sancte Marie decernendi seu declarandi ipsos veros possessores esse super principali negocio procedendum : » mandat ut ipsi causam ipsam terminent. Reate X. Kal. Februarii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 355. fol. 144.* — « CONSTITVTIS IN PRESENTIA. »

5799. — *Reate 24 Ianuarii.*

« F(riderico) Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie. » Nuntiat ei quod in hiis quae litterae eius continebant et magister Roffr(idus) nuntius suus proposuit super ordinatione quarumdam ecclesiarum Apuliae ac facto Cathaniensis episcopi responsionem in ore ipsius magistri posuit; super absolutione vero comitis Tripolitani, preces ipsius (imperatoris) non potuit exaudire quia nuntii ipsius comitis recipere renuerunt conditiones, quae per H(ugolinum) episcopum Ostiensem ac per G(ualam) tit. sancti Martini presbyterum, et Gre(gorium) sancti Teodori diaconum Cardinales eisdem nuntiis propositae fuerunt. Reate VIIII. Kal. Februarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 168. fol. 107-108; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 55; ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 538; Potthast 648. n. 7521 (init. desideratur); fragm. ap. Horoy H-i opp. omn. V. 17. n. 89; Rodenberg Ep. Sel. 212. n. 290.* — « HIIS QVE TVE. »

5800. — *Reate 24 Ianuarii.*

Abbati et conventu monasterii de Passalet Cluniac. ord. petentibus inhibet, ne episcopi vel officiales eorum subditas monasterio ecclesias audeant in recipiendis procurationibus ultra taxatum in lateranensi concilio personarum et evectionum numerum aggravare. Reate IX. Kal. Februarii anno decimo. — *Registrum monasterii de Passelet 343; Potthast 648. n. 7522; Horoy l. c. 18. n. 90.* — « CVM MEMBRORVM GRAVAMINI. »

5801. — *Reate 26 Ianuarii.*

« Luce presbytero. » Super defectu natalium dispensatur cum eo, ut eo non obstante, in susceptis ordinibus ministrare et ad ecclesiasticos honores assumi possit, ita tamen quod episcopalem dignitatem absque licentia Sedis Apostolicae non recipiat. Reate VII. Kal. Februarii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 172. fol. 108.* — « ET SI NON FVERIS. »

5802. — *Reate 27 Ianuarii.*

« (Waltero) archiepiscopo Eboracensi. » Non obstante quod ad Conventrensem episcopum et eius coniudices mandatum Apo-

stolicum emanavit, ut omnes personae maiores et digniores Eboracensis ecclesiae ad residentiam cui sunt astricti per subtractionem suorum reddituum compellantur, indulget ei ut pro suis et ipsius ecclesiae negotiis eos ad suum consilium vocare liceat, dummodo tales per hoc ab ecclesia continuo non absentet. Reate VI. Kal. Februarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 179. fol. 109. Musaeum Britann. Add. Mss. 15352.* — « CVM INTER IPSVM. »

5803. — *Reate 28 Ianuarii.*

« Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, et aliis prelatis ac rectoribus ecclesiarum in Hybernia constitutis. » Eos hortatur ut H(enrico) regi Anglorum, cum regnum Hyberniae ad ipsum pertineat ac per hoc eidem incumbat defendere eorum ecclesiarum libertates et iura, in expensis ad ipsius regis onera supportanda subveniant, eligentes cum consilio Dublinensis archiepiscopi aliquos viros notae prudentiae ac probatae fidei, qui pecuniam recipiant et assignent ipsi archiepiscopo et duobus aliis qui ad hoc ydonei videbuntur, per eos ad expensas ipsius regis, quae videbuntur ei et regno suo magis necessariae ministrandas. Reate VI. Kal. Februarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 178. fol. 109; Mss. Vallicell. I. 53. Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 44; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Rymer Foedera I. I. 97; Theiner Mon. Hib. 25. n. 60; Potthast 648. n. 7523 (IV. Kal. Febr.); Horoy H-i opp. omn. V. 19. n. 91.* — « NON LEDITVR LIBERTAS. »

5804. — *Reate 28 Ianuarii.*

« (Waltero) archiepiscopo Eboracensi. » Indulget ei ut cum quatuor clericis qui eidem assistunt, non obstante constitutione concilii generalis dispensare possit super pluralitate beneficiorum ut unicum possint recipere beneficium, dum ipsi defectum natalium non patiantur et tales existant quod tantae benignitatis beneficium mereantur. Reate V. Kal. Februarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 195. fol. 112; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « QVANTO INTER ALIOS. »

5805. — *Reate 29 Ianuarii.*

« Decano et penitentiario Eboracensibus. » Wilelmo clerico esponente quod, cum unicam et virginem sibi clandestino matrimonio copulaverit, nulla prole ex ipsa suscepta, votum ambo continentiae emiserint, ipse ad sacros ordines desideret promoveri, mandat ut ad eorum praesentiam mulierem convocent, et si eis constiterit ita esse, praenominato clerico postulatam licentiam concedant. Reate IIII. Kal. Februarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 170. fol. 108; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « CVM AD SPIRITVALIA. »

5806. — *Laterani 29 Ianuarii.*

« Priori et conventui sancti Andree de Scotia. » Mandat eis ut magistrum Wilelmum de sancto Germano capellanum Papae libere habere faciant ecclesiam de Rossinclerach, ad quam ipsi conventus et prior episcopo sancti Andree ad quem institutio ipsius ecclesiae pertinet, eum praesentarunt eamque ecclesiam Wilelmus de Grenelagwe cum iuramento dimittere promisit cum ecclesiae de Lillisclive possessionem obtineret: quod si, ob litem inter eosdem conventum et priorem cum dicto magistro Wilelmo de Grenelagwe pendentem, eam obtinere non poterit, aequivalens ei beneficium conferant, scituri episcopo, decano et thesaurario Glasguensibus praecipisse ut eos ad id compellant. Reate IIII. Kal. Februarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 183. fol. 109; Musaeum Brit. add. mss. 15352.* — « QVI PROMISSA SVA. »

Illis scriptum est.

5807. — *Laterani 29 Ianuarii.*

« Magistro Wilelmo de Grenelawe (*al.* Grenelagwe) clerico. » Mandat ei ut magistro W(ilelmo) de sancto Germano ecclesiam de Rossinclerach resignet, quam iuramento promiserat dimittere cum ecclesiae de Lillisclive possessionem *(ut in epist. praecedenti)* obtineret, alioquin Dunkeldensi et Dublaniensi archidiaconis et magistro Iacobo canonico Dunkeldensi dat litteris in mandatis ut per censuram ecclesiasticam eum ad id compellant. Dat. ut supra (Reate IIII. Kal. Febr. anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. ep. 184. fol. 110; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « VBI DE RELIGIONE. » Illis scriptum est.

5808. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« Nicosiensi et Cesariensi archiepiscopis, et abbati Montis Oliveti apud Accon commoranti. » Narrat excessus comitis Tripolitani praesertim quod Antiochiam et castrum Antiochenum quod fratribus Hospitalis Ierosolimitani custodiendum dimisit (Pelagius) Albanensis episcopus tunc Apost. Sedis Legatus, et domum quandam quam ipsi fratres habent apud Tripolim capiens violenter, rabie concitatus diabolica unum ex ipsis excoriari et alium ut dicitur occidi fecit, praeter id quibusdam eorum crudeliter et inhoneste tractatis damna eis gravia et iniurias irrogavit, quare eis mandat ut ipsum comitem diebus festis solemni ritu excommunicent ac eius principatum sacris interdicant. Reate III. Kal. Februarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 169. fol. 108; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 57; Potthast 648. n. 7524a; Horoy H-i opp. omn. V. 25. n. 94 Rodenberg Ep. Sel. 213. n. 291.* — « COMES TRIPOLITANVS QVI. »

5809. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« (Henrico) archiepiscopo Dublinensi. » Curet ut ab ecclesiis Hyberniae iuxta Sedis Apostolicae mandatum debitum subsidium H(enrico) regi Anglorum porrigatur, ita ut pecunia propter hoc colligenda in evidentem utilitatem ipsius regis et regni totaliter convertatur. Reate III. Kal. Februarii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 175. fol. 108-109; Mss. Vallicell. I. 53. Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « MEMORES FIDEI AC. »

5810. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« (Iocelino) Bathoniensi et (Richardo) Saresbiriensi episcopis. » Provideant sollicite ut pecunia quae ab eeclesiis Angliae pro subventione expensarum H(enrici) regis Anglorum colligenda in eorum manus debet devenire, in evidentem utilitatem ipsius regis et regni sui ministretur. Dat. ut supra (Reate III. Kal. Februarii anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 176. fol. 109; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 44; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « CVM PECVNIA QVE. »

5811. — *Reate 30 Ianuarii.*

Priori et fratribus eremitis de Monte Carmelo iniungit, ut vivendi normam ab (Alberto) Hierosolymitano patriarcha (ex Achon, Id. Ian. a. 1171) editam ab eisque ante generale concilium susceptam in posterum observent. Reate III. Kal. Februarii anno decimo. — *Cherubini Bullar. I. 83; Bullar. Carmel. I. 1; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 415. n. 78; Potthast 648. n. 7524; Horoy H-i opp. omn. V. 21. n. 93.* — « VT VIVENDI NORMAM. »

5812. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« Decano, cantori et M. Carie canonico Egitaniensibus. » Petente magistro Pelagio priore Vimaranensi (Pelagii) Albanensis episcopi capellano, mandat eis compellant archiepiscopum Bracarensem, ut eidem magistro praestimonium cum fructibus perceptis quod in Bracarensi ecclesia ante generale concilium obtinebat restituant, de quo, pen-

dente lite inter ipsum magistrum et cantorem Vimaranensem super prioratu Vimaranensi eum praedictus archiepiscopus spoliavit. Reate II. Kal. Februarii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 182. fol. 109.* — « Dilecto filio magistro. »

5813. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« Henrico regi Cipri (*in e. l.* Cypri) illustri. » Suis precibus annuens eius personam cum regno Cipri sub beati Petri protectione recipit. Reate II. Kal. Februarii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 222. fol. 117; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226 fol. 58; Mas Latrie Hist. de Chypre II. 47; cf. Potthast 648. n. 7526.* — « Preter commvne officii. »

5814. — *Reate 31 Ianuarii.*

Magistro Severino Ariminensi canonico Bononiae commoranti intimat, se, episcopo, archipresbytero et capitulo Bononiensibus praecipisse, ut magistro Tancredo ipsorum concanonico archidiaconatum Bononiensis ecclesiae libere conferant et assignent; mandat ei, ut, si praefati neglexerint adimplere apostolicum mandatum, ipsum eidem magistro conferat. Reate II. Kal. Februarii anno decimo. — *(Sartius) De archigymn. Bonon. professor. II. 181; Savioli Ann. Bologn. III. n. 59; Potthast 648. n. 7525.* — « Non facimvs inivriam. »

5815. — . . . .

« (Raimundo) Aquensi, (Arnaldo) Vasatensi episcopis et archidiacono Vasatensi (arch. Vasat. *deest in Potth.*). » Mandat eis, ut propter quaedam, quae de novo imminent, litteris ad eos contra barones (Angliae) ab Apostolica Sede impetratis supersedeant, donec Pontificis beneplacitum recipiant. Dat. (absque signo loci et temporis). — *Ex nota quae legitur in margine Reg. Vat. lib. 10. epist. 157. fol. 106; Bouquet Rec. XIX. 769; cf. Potthast 657. n. 7638 (in fine anni 1226); Horoy H-i opp. omn. V. 6. n. 81. ex mss. du Theil. (ad diem 8 Ianuarii 1226), absque initio.*

5816. — . . . .

« (Richardo) Saresbiriensi episcopo. » Vt circa presbyteros et clericos suae dioecesis qui focarias publice detinent, vel plura detinent ecclesiastica beneficia curam animarum habentia sine Apostolicae Sedis dispensatione, ecclesiarum rectores qui ad sacros ut tenentur contemnunt ordines promoveri, et vicarios qui personaliter deservire non curant in ecclesiis in quibus vicarias obtinent et stipendia percipiunt, provideat (absque nota loci et temporis). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 177. fol. 109; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Ex parte tva fvit. »

« 1226 mense Ianuario Honorius papa Oliverium natione . . . . . . ad ecclesiam s. Vincentii assumptum electum ad imperatorem in Apulia mittit. » — *Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 999 (ap. Vghelli Ital. sacr. (ed. 1647) III. 986). Potthast 649.*

5817. — *Reate 3 Februarii.*

« Priori et conventui monasterii sancti Vincentii Vlixbonensibus. » Indulget eis de speciali gratia ut clericus praesentatus ab ipsis ad ecclesiam sanctae Mariae de Ruta, ad eorum monasterium de temporalibus, episcopo autem dioecesano de spiritualibus respondere debeat. Reate III. Nonas Febr. (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 180. fol. 109.* — « Avctoritate vobis presentivm. »

5818. — *Reate 3 Februarii.*

« (Sueiro) episcopo et capitulo Vlixbonensibus. » Mandat eis ut infra quatuor menses vel per se vel per procuratorem idoneum Apostolico conspectui se praesententent, audituri quae statuta fuerint, super quibusdam dubiis exortis quoad compositionem inter ipsos ex una parte et prio-

rem et conventum monasterii sancti Vincentii Vlixbonensis ex altera mediante (Pelagio) Albanensi episcopo initam. Dat. ut supra (Reate III. Nonas Februarii anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 181. fol. 109.* — « Cvm sicvt ex parte. »

5819. — . . . .

« Stephano de Lucy. » Attentis eius precibus et consideratione H(enrici) regis Anglorum cuius servitiis insistit, et cum de legitimo matrimonio procreatus dicatur, indulget ei ut, praeter illa quae nunc obtinet, beneficium curam animarum habens, si ei canonice offeratur, recipere possit. Dat. Reate (absque signo chronologico). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 174. fol. 108; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Devotionis tve precibvs. »

5820. — *Laterani 11 Februarii.*

« (Stephano) Cantuariensi archiepiscopo sancte Romane Ecclesie Cardinali. » Indulget ei ut bona ad mensam et dignitatem suam spectantia, quae praedecessorum suorum tempore et in absentia sua fuerunt illicite alienata ac invasa, legitime revocare possit. Laterani III. Idus Februarii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 212. fol. 114.* — « Tva lavdabilis devotio. »

5821. — *Laterani 13 Februarii.*

« (Iacobo de Braganza) episcopo et capitulo Veronensibus. » Inhibet eis ne quemquam, praebenda non vacante, sine speciali Ap. Sedis mandato in canonicum assumant vel ad eam eligant; cum autem praebenda vacaverit non plures ad ipsam sed unum solummodo eligant. Laterani Idibus Febr. anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 202. fol. 113.* — « Cvivsdam temeritatis excessvm. »

5822. — *Laterani 15 Februarii.*

« Magistro et fratribus Militie Templi. » Rogat et hortatur eos ut (Henrico) regi Cipri, quem sub protectione Sedis Apostolicae recepit et baiulo sui plene et efficaciter assistant contra indebitos molestatores eisque consilium et auxilium opportunum impendant. Laterani XV Kal. Martii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 208. fol. 114; Mss. Vallicel. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 58; Mas Latrie Hist. de Chypre II. 47; cf. Potthast 649. n. 7527.* — « Nvper karissimvs in. »

In eundem modum scriptum est magistro et fratribus Hospitalis Ierosolimitani.

5823. — *Laterani 16 Februarii.*

« I(ngeburgi) quondam regine Francorum illustri relicte inclite recordationis Philippi regis Francie. » Piam ipsius fundationem qua in ecclesia Hospitalis de Corbolio, consentiente Garino de Monte Acuto magistro Hospitalis Ierosolimitani ad quem ecclesia ipsa pertinet, tresdecim fratres presbiteros instituit qui secundum ordinem et constitutionem Hospitalis praedicti officia celebrent cum redditibus ad eorum sustentationem necessariis, confirmat, et litterae ab eodem magistro Garino de Monteacuto super hac re concessae referuntur. Laterani XIIII. Kal. Martii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 205. fol. 113; Bouquet Rec. XIX. 770; Langebek scr. rer. Dan. VI. 128 (sine die et mense); Potthast 649. n. 7528; Horoy H-i opp. omn. V. 27. n. 96.* — « Solet annvere Sedes Apostolica. »

5824. — *Laterani 16 Februarii.*

« Nobilibus viris baronibus, militibus et populo regni Cipri. » Eos monet et hortatur mandans ut (Henrico) regi Cipri et Philippo (*in e. l.* Iohanni) de Ybeliñ quem, mortuo ipsius regis patre, ipsi una cum regina matre sua donec idem rex ad aetatem legitimam perveniret vel regina eadem ad secundas nuptias convolaret in regis et regni baiulum elegerunt, indefesse et fideliter intendant et assistant. Dat. ut supra

(Laterani XIIII. Kal. Martii anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 206. fol. 113; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Si efficaciter vt. »

5825. — *Laterani 16 Februarii.*

« Nobili viro Ph(ilippo) de Ybeliñ baiulo regni Cipri. » Vt H(enricum) regem Cypri, quem sub protectione recipit et regnum eius, donec ipse ad aetatem legitimam perveniat debita circumspectione custodiat, fideliter et prudenter exercens officium baiuliae, gubernando tota sollicitudine regnum ipsum, et barones et homines sicut convenit pertractando. Dat. ut supra (Laterani XIIII. Kal. Martii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 207. fol. 114; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 58; Mas Latrie Hist. de Chypre II. 48 (sine die et mense); cf. Potthast 649. n. 7530.* — « Cvm a clara vt. »

5826. — *Laterani 16 Februarii.*

« I(ngelburgae) quondam regine Francorum illustri, relicte inclite recordationis Philippi regis Francie. » Personam suam cum omnibus suis bonis sub protectione recipit, inhibens ne quis in ipsam vel terram suam, sine manifesta et rationabili causa canonica, excommunicationis et interdicti sententias promulget, et si sentiat se in aliquo praegravari libere ei liceat ad Sedem Apostolicam appellare. Laterani XIIII. Kal. Martii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 217. fol. 116; Mss. Vall. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 771; Potthast 649. n. 7529; Horoy H-i opp. omn. V. 29. n. 97.* — « Licet Apostolice Sedis. »

5827. — *Laterani 16 Februarii.*

« Abbati de Iosaphat, archidiacono et subdecano Carnotensibus. » Vt I(ngelburgem) quondam reginam Francorum, relictam inclitae recordationis Ph(ilippi) regis Francie habeant commendatam, nec permittant eam ab aliquo molestari, et si quis in nominatam reginam vel terram eius excommunicationis et interdicti sententias promulgare praesumpserit, ipsi eas penitus nullas esse denuntient. Dat. ut supra (Laterani XIIII. Kal. Martii anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 218. fol. 116; Mss. Vallicell. I. 53; Horoy H-i opp. omn. V. 26. n. 95 ex mss. du Theil.* — Licet Apostolice Sedis. »

5828. — *Laterani 17 Februarii.*

« F(riderico) illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie. » (Henricum) regem Cipri, cum pupillus existat ipsumque sincere diligat, ei commendat, ita quod idem dilectionem et gratiam suam sentiat in effectu. Laterani XIII. Kal. Martii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 209. fol. 114; cf. Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 58; meminit huius epist. du Theil in Bibl. Paris.; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 541; Mas Latrie Hist. de Chypre II. 48; Potthast 649. n. 7534; Rodenberg Ep. Sel. 213. n. 292.* — « Qvoniam Sedes Apostolica. »

5829. — *Laterani 17 Februarii.*

« Vniversis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint. » Monet et hortatur omnes, ut nuntios magistri et fratrum Hospitalis sancti Iacobi de Altopassu, qui in egenos, aegrotos, hospites, nudos, infirmos, in carcere detentos caritatis opera exequuntur, benigne recipiant, eisque grata subsidia et pias elemosinas conferant; illis vero de bonis suis subvenientibus indulgentiam quadraginta dierum concedit, statuens ut si quis ex fratribus ipsis qui missi sunt ad elemosinas colligendas in loca advenerint a divinis officiis interdicta, in eorum iucundo adventu semel aperiantur ecclesiae annuatim, ac excommunicatis ac nominatim interdictis exclusis, divina ibi officia celebrentur. Laterani XIII. Kal. Martii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 210. fol. 114.* — « Qvoniam vt ait apostolvs. »

5830. — *Laterani 17 Februarii.*

« Decano, cantori, et M. Carie canonico Egitaniensibus. » Mandat eis ut compellant episcopum Portugalensem restituere magistro Pelagio priori Vimaranensi capellano (Pelagii) Albanensis episcopi beneficium cum fructibus suis in Portugalensi ecclesia, de quo, lite pendente inter ipsum magistrum et cantorem Vimaranensem super prioratu Vimaranensis ecclesiae ad quem fuerat electus et ab archiepiscopo Bracarensi loci dioecesano confirmatus, eum spoliavit. Later. XIII. Kal. Martii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 213. fol. 114.* — « DILECTO FILIO MAGISTRO. »

5831. — *Laterani 17 Februarii.*

« (Andreae) illustri regi Vngarie. » Iterum eum monet et hortatur ut, spretis pravis suggestionibus malignorum, fratres Hospitalis sanctae Mariae Theutonicorum in regnum suum revocet et terram Bozae ac ultra Montes Nivium quam eis regia liberalitate donaverat et Papa sub protectione Apost. Sedis receperat, restituat; quod si fratres praedicti aliquid extra suos limites occupaverint restituent, abbatibus de Linewelt, de Egris et de Querch deputatis ut limites ipsos recognoscant; ad Waradiensem et Geuriensem episcopos asperas valde litteras contra fratres ipsos direxisse; Hermannus magister domus praedictae ad regis praesentiam volebat accedere sed propter quaedam negotia ecclesiae et imperii eum Papa retinuisse. Later. XIII. Kal. Martii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 219. fol. 116; Mss. Vall. I. 53; Fejér Cod. dipl. III. II. 74; Schuller Archiv. I. 250; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 38. n. 37; Theiner Mon. Hung. I. 64. n. 136; Potthast 649. n. 7531; Horoy H-i opp. omn. V. 31. n. 99.* — « SICVT SERENITATI TVE. »

5832. — *Laterani 17 Februarii.*

« (Roberto) episcopo Vesprimiensi, et preposito Albensi Vesprimiensis diocesis. » Vt moneant et inducant (Andream) regem Vngariae, archiepiscopis et episcopis ipsius regni praesentibus, ad restituendum fratribus Hospitalis sanctae Mariae Theutonicorum terram Boze ac ultra Montes Nivium etc. *(ut in superiori epistola)*, et quod fecerint ac responsionem regis ad Papam rescribant. Datum ut supra (Laterani XIII. Kal. Martii anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 220. fol. 117. Mss. Vall. I. 53; Fejér l. c. 78; Schuller l. c. 253; Teutsch u. Firnhaber l. c. 41. n. 39; Theiner l. c. 66. n. 137; Potthast 649. n. 6532; Horoy l. c. 35. n. 100.* — « SICVT KARISSIMO IN CHRISTO. »

5833. — *Laterani 17 Februarii.*

« (Yolanthae) regine Vngarie. » Rogat et hortatur eam ut inducat A(ndream) regem Vngariae virum suum, ut iuxta preces et exhortationes ipsius Pontificis, fratribus domus sanctae Mariae Theutonicorum terras (Bozae et ultra Montes Nivium) et alia universa quae per ipsum regem et nuntios eius sunt eisdem ablata, restituat, satisfaciens eis de damnis et iniuriis irrogatis. Laterani XIII. Kal. Martii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 221. fol. 117. Mss. Vallicell. I. 53; Fejér l. c. 254; Schuller l. c. 254; Teutsch. u. Firnhaber l. c. 41. n. 38; Theiner l. c. 66. n. 138; Potthast 649. n. 7533; Horoy l. c. n. 101.* — « SPERANTES QVOD PRECES. »

5834. — *Laterani 18 Februarii.*

« Esternacensi, et Luxeburgensi abbatibus et priori Luxeburgensi, Treverensis dioecesis. » Causam inter capitulum Leodiense ex parte una et commune Metense ex altera, super destructione villae de Maideres, quae causa ab audientia abbatis sancti Martini Treverensis et coniudicum eius per appellationem ad Apostolicam Sedem delata ipsis commissa fuit; auditis quae Lambertus procurator capituli ut causa ipsa aliis delegaretur proposuit coram I(ohanne) tit. sanctae Praxedis presbytero Cardinali, ipsis

committit et mandat ut in ea iuxta priorum litterarum continentiam ad eos directarum, ratione praevia procedant. Laterani XII Kal. Martii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 214. fol. 115; Rodenberg Ep. Sel. 214. n. 293.* — « CVM CAVSAM QVE. »

5835. — *Laterani 20 Februarii.*

« (Gratiae) episcopo, et archipresbytero Parmensibus, et magistro Rufino canonico Faventino. » Mandat eis ut in causa super iurisdictione in ecclesiae sancti Apollinaris de Vallata ab episcopo Mutinensi asserta, cui prior et clerici eiusdem ecclesiae ex una parte et episcopus Bononiensis ex altera se opponunt, deputato ipso magistro Rufino in locum magistri scolarum Parmensis, in causa ipsa procedant. Laterani X. Kal. Martii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 216. fol. 116.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

5836. — *Laterani 20 Februarii.*

« (Roderico) archiepiscopo Toletano. » Laudat eum quod iuxta mandatum Apostolicum fratres Praedicatores et Minores ad conversionem infidelium in regnum Miramolini transmiserit, eique mandat ut dictos fratres quotiens opus fuerit in illam provinciam destinet, et si necessarium cognoverit et expediens, unum vel duos ex ipsis magis eruditos in lege Domini et in Christi dilectione ferventes in episcopos consacret. Laterani X. Kal. Martii (anno decimo). — *Reg. Vat. epist. 249. fol. 121; Mss. Vall. I. 53; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 24. n. 24; Potthast 649. n. 7537; Horoy H-i opp. omn. V. 37. n. 104.* — « VRGENTE OFFICII NOSTRI. »

5837. — *Laterani 20 Februarii.*

Abbate et conventu de Dunfermelyn supplicantibus inhibet, ne quis episcopus aut officialis ipsius eos vel eorum ecclesias audeat super procurationibus ultra taxatum in Lateranensi concilio personarum et evectionum numerum aggravare. Laterani X. Kal. Martii anno decimo. — *Registrum de Dunfermelyn 168. n. 259; Potthast 649. n. 7536; Horoy l. c. 36. n. 102.* — « CVM EX INDEBITIS. »

5838. — *Laterani 20 Februarii.*

Priori s. Trinitatis Londoniensis indulget ut terminatis causis ab apostolica sede ipsis commissis, per commissiones eiusdem, quas de cetero ad ipsum impetrari contigerit, nullatenus teneantur procedere. Laterani X. Kal. Martii anno decimo. — *Rymer Foed. I. I. 100; Potthast 649. n. 7535; Horoy H-i opp. omn. V. 36. n. 103.* — « A NOBIS HVMILITER. »

5839. — *Laterani 25 Februarii.*

« Archiepiscopo Nicosiensi, et episcopo Nimociensi, et cantori Nicosiensi. » Vt (Henricum) regem Cipri donec ad legitimam aetatem pervenerit et regnum eius, sub protectione Sedis Apost. receptum, non permittant molestari, molestatoresque ipsius indebitos per censuras ecclesiasticas compescant. Laterani V. Kal. Martii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 223. fol. 117; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 58; Mas. Latrie Hist. de Chypre II. 48; cf. Potthast 649. n. 7538.* — « KARISSIMO IN CHRISTO.

5840. — *Laterani 26 Februarii.*

« Preposito et capitulo sancte Gertrudis in Lovania ordinis sancti Augustini Leodiensis diocesis. » Licentiam eisdem concedit habendi iuxta statutum concilii generalis magistrum scolarum in eorum ecclesia qui tam eius canonicos quam laicos, qui ad eius scolas convenire voluerint, erudire valeat. Laterani IIII. Kal. Martii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 223². fol. 117; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 57.* — « SVPPLICASTIS NOBIS VT. »

5841. — *Laterani 26 Februarii.*

« Episcopo Pergamensi. » Cum sanctorum Vincentii et Alexandri Pergamenses ecclesiae

sint unitae quae sic constituunt ecclesiam cathedralem, sitque quadraginta canonicorum et eorum amplius numerus in eisdem; et contigit aliquando ut cum pro episcopatus sui et earum ecclesiarum negotiis iidem canonici ad capitulum vocati, quidam ex eis nolentes vel non valentes interesse, bonum episcopatus eiusdem et ecclesiarum ipsarum impeditur: indulget ei ut vocatis qui commode poterunt interesse, quod cum maiori et saniori parte canonicorum duxerit statuendum, robur obtineat firmitatis. Laterani IIII. Kal. Martii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 226. fol. 117.* — « CVM PRELATI ECCLESIARVM. »

5842. — *Laterani 26 Februarii.*

Monasterio Rorensi concessam a (Conrado) episcopo Rotisponensi ecclesiam in Koetsdingen (Kötzting) confirmat. Laterani IV. Kal. Martii anno decimo. — *Lang Regesta II. 154; Potthast 649. n. 7539.*

5843. — *Laterani 27 Februarii.*

« Magistro et fratribus Ierosolimitani Hospitalis. » Quum non nisi Christi egenorum sint eorum Hospitalis bona, dat eis licentiam recuperandi potenti et manu armata castrum Antiochiae et alia quae nomine Romanae Ecclesiae de mandato (Pelagii) Albanensis episcopi Apostolicae Sedis Legati tenebant et a comite Tripolitano violenter occupata fuerant. — Laterani III. Kal. Martii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 224. fol. 117.* — « AD TANTAM COMES. »

5844. — *Laterani 27 Februarii.*

« Archiepiscopo Cesariensi. » Fratribus Ierosolimitani Hospitalis supplicantibus, concedit ut dispensare valeat tam cum illis qui per simplicitatem simoniace in eorum collegio sunt recepti, quam cum eis qui sic receperunt eosdem, dum tamen recipientes taliter et recepti in partibus transmarinis sint constituti. Dat. ut supra (Laterani III. Kal. Martii anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 225. fol. 117.* — « CVM DILECTI FILII. »

5845. — *Laterani 27 Februarii.*

Monasterium Beyhartingen sub b. Petri et sua protectione suscipit et donationem ecclesiae in Tuntenhausen eis ab episcopo Frisingensi factam confirmat. Laterani III. Kal. Martii anno decimo. — *Meichelbeck Hist. Frising. II. 11. 1; Mon. Boic. V. 462; Potthast 649. n. 7540: Horoy H-i opp. omn. V. 39. n. 105.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

5846. — *Laterani 27 Februarii.*

Henrico abbate eiusque fratribus petentibus monasterium s. Mariae V. in Ettenheim tuendum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Laterani III. Kal. (Maii, *sed legerim)* Martii indict. XIV. incarn. dom. anno 1225. pont. anno decimo. — *Würdtwein Nova subsid. XIII. 282; Potthast 649. n. 7541; Horoy l. c. n. 106.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

5847. — *Laterani 28 Februarii.*

« (Berthuldo) episcopo Argentinensi, H. quondam archidiacono Remensi et decano Bunnensi Coloniensis diocesis. » In causa inter H. archidiaconum et quosdam canonicos Virdunenses ex una parte et R. cantorem Laudunensem qui pro electo Virdunensi se gerit ex altera, super electionibus de magistro I. Cathalaunensi archidiacono et praedicto cantore in Virdunensi ecclesia celebratis; mandat eis ut ad locum convenientes iuxta priorum continentiam litterarum procedant, et negotium sufficienter instructum, partibus ad comparendum citatis ad Apostolicam Sedem transmittant; et quemadmodum episcopo Parisiensi et collegis eius praecepit, eidem cantori inhi-

beant ne Virdunensem ecclesiam debitis onerare eiusque bona obligare praesumat. Laterani II. Kal. Martii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 227. fol. 117; Horoy H-i opp. omn. V. 41. 107 ex mss. du Theil.* — « H. ET R. PROCVRATORES. »

5848. — *Laterani 28 Febr.-Martii.*
« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apost. Sedis Legato. » Gaudet, ut ex eius nuntiis et litteris accepit, Lodowicum regem Francorum nec non praelatos et magnates regni sui ita fidei ardore esse succensos, ut plenam spem et fiduciam concepi faciant quod Dominus Ihesus Christus per eorum ministerium confundet haereticorum Albigensium pertinacissimam ac perniciosissimam pravitatem: ceterum monet eum ut inducat regem ac praelatos ac magnates praedictos ut « omni vitio cupiditatis excluso » ad occupandum terram catholicorum ac specialiter ad terram imperii vel regnum Angliae ac Aragoniae sitam in partibus illis se abstineant. (absque nota chronologica). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 271². fol. 129; Mss. Vall. I. 53; Bouquet Rec. XIX. 771; Potthast 650. n. 7542; Horoy H-i opp. omn. V. 30. n. 98.* — « NVNTIOS TVOS ET LITTERAS. »

5849. — *Laterani 2 Martii.*
(Iohannem) s. Georgii Numburgensis (Bruning) de Buch [Buchau prope Leisnig] abbates Misnensis dioc. et (Petrum) decanum Misnensem constituit iudices inter (Laurentium) Wratislaviensem episcopum et (Henricum) ducem Zlesiae de decimis litigantes. Laterani VI. Nonas Martii anno decimo. — *Stenzel Urkunden z. Gesch. d. Bisth. Breslau 1; Gersdorf Cod. dipl. Saxon. Reg. II. 1. 93. n. 100; cf. Grünhagen Reg. I. 135. n. 304; Grünhagen et Korn Reg. episc. Vratisl. I. 25; Potthast 650. n. 7543; Horoy H-i opp. omn. V. 43. n. 108.* — « DILECTVS FILIVS NOBILIS. »

5850. — *Laterani 6 Martii.*
« (Waltero) archiepiscopo Eboracensi. » Litteris G. et R. bo. me. archiepiscoporum et capituli Eboracensium nec non fel. rec. Adriani et Alexandri Romanorum Pontificum privilegiis inspectis super visitatione et procuratione in monasterio sanctae Mariae Eboracensis, statuit, quod archiepiscopus Eboracensis in praefato monasterio visitationem habeat semel in anno, si tamen urgens necessitas exigat possit visitare secundo correcturus et reformaturus ibidem cum consilio religiosorum virorum et quinque vel sex de melioribus canonicis ecclesiae suae, quae correctione et reformatione secundum beati Benedicti regulam indigent, ad procurationem vero dictum monasterium Eboracensi archiepiscopo non teneatur. Laterani II. Non. Martii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 229. fol. 118; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « INSPECTIS LITTERIS G. ET R. »

In eundem modum scriptum est abbati et conventui monasterii sanctae Mariae Eboracensis.

5851. — *Laterani 7 Martii.*
Rectorem et fratres domus s. Iohannis evangelistae extra Blidam tuendos suscipit, specialiter autem libertates et immunitates eis a nobili viro W. de Cressi fundatore dictae domus collatas confirmat. Laterani Nonis Martii anno decimo. — *Dugdale Monast. Anglic. IV. 624. n. 7; Potthast 650. n. 7544; Horoy H-i opp. omn. V. 44. n. 109.* — « CVM A NOBIS. »

5852. — *Laterani 9 Martii.*
« Precentori Eboracensi. » Vnionem ecclesiae de Kirkebyuseburny cum praecentoria Eboracensis ecclesiae factam ab archiepiscopo Eboracensi de consilio et consensu capituli sui confirmat, annuens ut eam recipere possit, ac cum dignitate praecentoriae, ecclesiam de Wellewik ac Eboracensem praebendam, quas nunc obtinet, retinere possit.

Laterani VII. Idus Martii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 232. fol. 118.* — « Cvm sicvt venerabilis. »

5853. — *Laterani 10 Martii.*

Papst H. bestätigt der Abtei Marienstatt deu Platz u. die Güter, welche sic bereits besitzt ader erwerben wird. Laterani VI Id. Martii anno decimo. — *Orig. in archivio Idsteinensi; cf. Potthast append. 2097. n. 7544a-26156.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

5854. — *Laterani 12 Martii.*

« Rigniaci et Corensi abbatibus, et Virziliacensi decano, Autisiodorensis et Eduensis diocesum. » M. comitissam Nivernensem cum omnibus bonis suis sub protectione recipit, inhibens ne quis sine manifesta et rationabili causa in eam et terram suam excommunicationis et interdicti sententias promulget; quod si terra ipsius supposita fuerit interdicto liceat ei in una dumtaxat ecclesiarum villa in qua fuerit, cum sex de familia sua tribus videlicet masculis et totidem mulieribus a proprio possit presbytero, summissa voce, excommunicatis et interdictis exclusis etc. audire divina: quare eis praecipit ne permittant contra hanc concessionem ab aliquibus molestari. Laterani IIII. Idus Martii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 230. fol. 118; Mss. Vall.. I. 53; Horoy H-i opp. omn. V. 45. n. 110 ex mss. du Theil (11 Martii)* — « Qvamvis Apostolica Sedes. »

In eundem modum scriptum est M. comitisse. — *Reg. Vat. et Horoy ll. cc.*

5855. — *Laterani 13 Martii.*

« Capitulo Strigoniensi. » Cassatis duabus electionibus quas ipsi pro providendo sibi de pastore peregerunt, in quarum prima Cenadiensem et Nitriensem episcopos, in altera eumdem Cenadiensem episcopum et T. archidiaconum postularunt; intellectis quae thesaurarius, Nicolaus et Iohannes canonici Strigonienses eorum vice Apostolicae Sedi exposuerunt, nominat in archiepiscopum Strigoniensem R(obertum) Vesprimiensum episcopum virum dilectum a Deo et hominibus, et A(ndreas) rex Vngariae eius exaltationem diligit: mandat ut ei obediant. Laterani III. Idus Martii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 233. fol. 118; Mss. Vallic. I. 53; Fejér Cod. dipl. III. 11. 80; Theiner Mon. Hung. I. 66. n. 139; cf. Schmitth Episcop. Agriensis I. 138; Potthast 650. n. 7545; Horoy H-i opp. omn. V. 47. n. 111.* — « In gravamen ecclesiarvm. »

5856. — *Laterani 13 Martii.*

« (Andreae) regi Vngarorum illustri. » Significat ei se praeficisse (Robertum) Vesprimiensem episcopum in archiepiscopum ecclesiae Strigoniensis, eumque rogat ut diligenter attendens quam utiliter Apostolica Sedes prospexerit eidem Strigoniensi ecclesiae ipsi et regno suo in persona episcopi memorati, eundem episcopum cum concessa sibi ecclesia habeat commendatum. (Laterani III. Idus Martii anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 234. fol. 118; Mss. Vallic. I. 53; Fejér l. c. 82; Theiner l. c. 67. n. 140; Potthast 650. n. 7546; Horoy l. c. 48. n. 112.* — « Dvdvm Strigoniensis ecclesia. »

5857. — *Laterani 13 Martii.*

« (Roberto) episcopo Vesprimiensi. » Mandat ei ut in virtute sanctae obedientiae Strigoniensis ecclesiae curam suscipiat et ad eam transeat sine mora, ibique se talem exhibeat ut cum honoris augmento crevisse in virtutibus comprobet. Dat. (Laterani III. Idus Martii anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 235. fol. 119; Mss. Vallicell. I. 53. Fejér l. c. 83; Theiner l. c. 67. n. 141; Potthast 650. n. 7547; Horoy l. c. 49. n. 113.* — « In gravamen ecclesiarvm. »

5858. — *Laterani 14 Martii.*
« Abbati et conventui sancti Germani de Pratis Parisiensibus. » Inhibet ne archiepiscopi, episcopi et alii ecclesiarum praelati quibus incumbit eorum prioratus visitare, ex grangiis et aliis domibus in quibus non sunt parrochiales ecclesiae nec egent visitatione, procurationes exigere vel extorquere praesumant. Laterani II. Idus Martii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 244. fol. 121; Horoy H-i opp. omn. V. 50. n. 115 ex mss. du Theil.* — « Ex parte vestra. »

5859. — *Laterani 14 Martii.*
« Archiepiscopis et episcopis in regno Francie constitutis. » Conquerentibus abbate et conventu sancti Germani de Pratis Parisiensis, inhibet eis, ne in eos et eorum monasterii monachos, neque in eos qui molunt in molendinis aut coquunt in furnis eorum, et qui vendendo seu emendo aut alias ei communicant, excommunicationis et interdicti sententias proferant, sed si inter ipsos et eiusdem monasterii monachos aliqua emergetur quaestio, ad Sedis Apostolicae iudicium perferatur. Dat. ut supra (Laterani II. Idus Martii anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 245. fol. 121; Horoy l. c. 49. n. 114.* — « Qvanto amplivs esse. »

5860. — *Laterani 15 Martii.*
« Cancellario Eboracensi. » Vnionem ecclesiae de Achlum in redditibus satis tenuit cum cancellaria Eboracensis ecclesiae factam a (Waltero) archiepiscopo, decano et capitulo Eboracensibus confirmat, eique indulget ut praedictam cancellariam libere possit cum unita sibi ecclesia et prioribus suis beneficiis retinere. Laterani Idibus Martii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 231. fol. 118; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Cvm ecclesia Eboracensis. »

5861. — *Laterani 15 Martii.*
« (Waltero) archiepiscopo et capitulo Eboracensibus. » Significat eis privilegium et indulgentiam ab abbate et conventu monasterii sanctae Mariae Eboracensis exhibita sub nomine fe. me. Caelestini PP. confecta, quae continebant, quod abbas ipsius monasterii omnes invasores possessionum suarum excommunicare valeret et ut nullus archiepiscopus vel episcopus aut eorum officiales sine mandato Romani Pontificis vel Legati ab eius latere destinati praesumerent in ipsos vel eorundem clericos in maiori ministrantes ecclesia excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias promulgare etc. esse falsa et fecisse ea lacerari. Laterani Idibus Martii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 236. fol. 119; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Dignvm est vt. »

5862. — *Laterani 16 Martii.*
Abbati et conventui s. Petri Gandensis ecclesias de Estgrenewiz et de Lievesham a bo. me. episcopo Roffensi eis liberaliter collatas auctoritate apostolica confirmat. Laterani XVII. Kal. Aprilis anno decimo. — *V. Loheren Chart. de l'abb. de St. Pierre 254. n. 486; Potthast 650. n. 7548; Horoy H-i opp. omn. V. 52. n. 117.* — « Cvm a nobis »

5863. — *Laterani 17 Martii.*
« Capitulo Antiocheno. » R(ainerio) eorum patriarcha, secundo die post festum exaltationis Sanctae Crucis viam universae carnis ingresso, ne Antiochena ecclesia propter defectum pastoris detrimentum incurrat, monet et mandat ut per electionem canonicam de persona idonea in patrem et pastorem sibi provideant, alioquin ex tunc duos vel tres ex ipsis, universitatis nomine, ad Apostolicam Sedem destinent, qui de Pontificis consilio ipsis et ecclesiae Antiochenae per electionem canonicam de persona idonea in patriarcham provideant. La-

terani XVI. Kal. Aprilis (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 228. fol. 117; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Cvm ex inivncto. »

5864. — *Laterani 17 Martii.*

« Abbati sancti Zenonis Veronensis. » Concedit ei potestatem cogendi clericos saeculares qui sunt in suo monasterio ut in decenti habitu divinis intersint, in capitulo et refectorio se gerant ut decet, equos contra suam inhibitionem in monasterio non teneant, nec non revocandi concessionem ecclesiae de Hostilia factam Salveto monacho nepoti Avantii qui eundem Avantium super notorio fratricidio purgare nequaquam erubuit, eumque multipliciter vitiosum ab eadem ecclesia removendi. Laterani XVI. Kal. Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 241. fol. 120.* — « Cvm in monasterio. »

In eundem fere modum scriptum est abbati de Carraria Paduanae dioecesis, et magistro Patavino et Henrico canonicis Paduanis, ut quae dictus abbas super hiis provide duxerit facienda, faciant inviolabiliter observari.

5865. — *Laterani 17 Martii.*

« Fratribus Predicatoribus fratribusque Minoribus in regno Marochitano de mandato Sedis Apostolice commorantibus. » Indulget iis ut in illis regionibus quamdiu eos artat necessitas et incitat utilitas possint habitum mutare, barbam et comam nutrire non tam ad declinandum illius gentis barbarae feritatem quae in christianis crudelius debachatur, quam ut liberius possint visitare christianos ipsos in carceribus et locis aliis ad dandum eis salutis monita et exhibendum ecclesiastica sacramenta; et cum in terra illa gratis non possint victualia invenire pro eo quod non panis sed pecunia consuevit ibidem pauperibus in subsidium erogari, pecuniam possint recipere ad expendendum tantummodo propter cibos et vestes. Laterani XVI. Kal. Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 246. fol. 121. Mss. Vallicell. I. 53; fragm. ap. Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 60; Waddingi Ann. Min. I. 464. II. 161; Ripolli Bullar. Praed. I. 16. n. 34; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 26. n. 25; Bullar. Rom. ed. Taurin. III. 418. n. 79; Potthast 650. n. 7550; Horoy H-i opp. omn. V. 52. n. 118.* — « Ex parte vestra. »

5866. — *Laterani 17 Martii.*

« (Iacobo) (Alberto *Potth.*) episcopo, abbati sancti Nazarii et archipresbytero Veronensibus. » Quum Avantius Veronensis occidisset R. abbatem monasterii sancti Zenonis Veronensis germanum suum, propter quod a Potestate Veronensi capitali sententia damnatus pecuniaque redemptus, et deinde ad Apostolicam Sedem accedens fratricidii crimen confessus in monasterio Camaldulensi ad poenitentiam peragendam collocatus fuit; quum ipse Avantius orto intestino bello in civitate Veronae monasterium Camaldulense relinquens ad quandam ecclesiam eiusdem ordinis sitam prope Veronam se contulerit, et coram priore ipsius ecclesiae et magistro Anselmo canonico Veronensibus asserens se fratrem non occidisse, quasi res esset incerta, huiusmodi purgationem receperunt et ipse fratricida per dictum priorem habitu Camaldulensi exuto ac inducto (*sic*) Nigrorum habitu monachorum petiit ab abbatem onasterii sancti Zenonis ut in monachum eiusdem monasterii reciperetur: quum idem Avantius ab abbate sancti Zenonis recusatus, fultus consilio et auxilio praedicti magistri Anselmi et propinquorum eius in bonis ipsius monasterii debachatus est; mandat eis ut Avantium a praefato monasterio sancti Zenonis nec non a iamdicta ecclesia ordinis Camaldulensis sitam prope Veronam perpetuo amoventes, tam ipsum quam praefatum priorem si eis constiterit recipisse

purgationem huiusmodi et ipsi Avantio Camaldulensem habitum detraxisse, retrudi in haeremo maioris monasterii Camaldulensis ad peragendam poenitentiam faciant: inquirant si praefatus magister Anselmus ipsi Avantio consilium et auxilium impendidit et eidem in praenominatae purgationis ludibrio astitit, et si invenerint rem taliter se habere ipsum, tam praebenda ecclesiae Veronensis quam beneficio quod dicitur obtinere in monasterio sancti Zenonis, privent. Laterani XVI. Kal. Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 243. fol. 120. Mss. Vallicell. I. 53. Biancolini Serie dei vescovi di Verona 89. n. 15; Potthast. 650. n. 7549.* — « CREDEBAMVS QVOD DIABOLVS. »

In eundem modum scriptum est Potestati, Consulibus et Communi Veronensibus, mandans eis quatenus si ab episcopo, abbate sancti Nazarii et archipresbytero Veronensibus requisiti fuerint ad eiciendum de monasterio Avantium supradictum et suos propinquos si forte se opponere praesumserint compescendo, auxilium impendant.

5867. — *Laterani 18 Martii.*

« Vniversis archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum prelatis et clericis et laicis per Angliam constitutis. » Insistentibus (Waltero) archiepiscopo et capitulo Eboracensibus per litteras et per magistros G. poenitentiarium et Heliam Bernardi Eboracenses et Laurentium Aquilegensem canonicos ut in catalogo Sanctorum adscribatur Wilelmus archiepiscopus Eboracensis, inquisitione per viros electos super eiusdem vita et miraculis diligenter peracta, illum inter Sanctos adscribit, statuens ut in anniversario eius annuatim festum solemniter celebretur, et visitantibus eo die ecclesiam Eboracensem indulgentiam quadraginta dierum concedit. Laterani XV. Kal. Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 237. fol. 119; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 49; Musaeum Britann. Add. mss. 15352; Fontanini Codex canonizat. 57; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 418. n. 80; fragm. in Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 49; Potthast 650. n. 7551; Horoy H-i opp. omn. V. 54. n. 119.* — « QVI STATVIT TERMINOS. »

5868. — *Laterani 18 Martii.*

« Archipresbytero et Viviano canonico Veronensibus. » Mandat eis ne permittant abbatem vel monasterium sancti Zenonis Veronensis a Thebaldo de Pitavino civi Veronensi occasione cuiusdam cautionis nullatenus molestari, quam cautionem ab eodem abbate, dum Veronensis civitas adeo esset perturbata discordiis intestinis ut iustitia non exercitaretur, per minas et terrores extorsit. Laterani XV. Kal. Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 242. fol. 120.* — « QVERELAM DILECTI FILII. »

5869. — *Laterani 18 Martii.*

« Dilectis filiis priori sancte Crucis, Enrico archidiacono et Petro canonico Paduanis salutem etc. » Petentibus episcopo et capitulo Paduanis super unionem ecclesiae Montis Ispidi quae per incuriam et dissolutionem prioris ipsius ad maximam inopiam propter religionis et honestatis detrimentum devenit, cum ecclesia sanctae Mariae ad carceres, mandat ut inquirant et referant. Laterani XV. Kal. Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 342. fol. 142.* — « ECCLESIA MONTIS ISPIDI. »

5870. — *Laterani 19 Martii.*

« Sancte Marie de Monte Mirteti et de Rubiliano abbatibus. » Quum Adenulfus de Mathia germanus H(ugolini) Ostiensis episcopi (de Comitibus) obtulerit Apostolicae Sedi de assensu ipsius episcopi fundum quendam in loco qui Arantianus dicitur in agro Anagnino), desiderans construere in ipso ecclesiam in qua religiosae perso-

nae domino deserviant, et iuxta votum defuncti ecclesia construi coepit in honorem Virginis gloriosae; et quum praefatus episcopus alium circa eum fundum, ubi ecclesia vel monasterium construi valeret, obtulerit; Pontifex ipsius episcopi supplicationibus annuens, ecclesiam huiusmodi ordini Florensi concedit, statuens ut ecclesia Avantiani quemadmodum ecclesia Rubiliani monasterio sanctae Mariae de Monte Mirteti filialis sit, ita quod in ecclesia Avantiani abbatia, et in Rubiliano praepositus et fratres esse debeant. Laterani XIIII. Kal. Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 240. fol. 120.* — « LICET PIE MENTIS. »

5871. — *Laterani 20 Martii.*

« Alatrino, subdiacono et capellano nostro. » In causa inter Albertum comitem de Mangoñ et commune Bononiense circa castrum Cassi et Barci et quaedam alia castra cum pertinentiis suis quae idem comes asserit esse de terra comitisse Mathildis et ad feudum quod idem comes a Romana tenet ecclesia pertinere; quae causa primum commissa fuit episcopo Florentino et demum P(elagius) Albanensis episcopus auditor concessus fuit : auditis quae coram eodem P(elagio) episcopo exposita fuerunt a comite praedicto, et pro commune a Semprebene doctore legum et a magistro Tancredo archidiacono Bononiensi, mandat ut causam si partes ei vacaverint audiat, alioquin inducat partes ipsas ad concordandum in personas idoneas, et si non concordaverint, causam ipsam examinandam et terminandam viris discretis et suspicione carentibus committat. Laterani XIII. Kal. Aprilis (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 238. fol. 119; Sartius De archigymn. Bonon. professor. II. 75; Savioli Ann. Bolog. III. 11. 60; Potthast 650. n. 7552.* — « CONQVERENTI OLIM DILECTO. »

5872. — *Laterani 20 Martii.*

« Priori sancti Luce, preposito sancti Fortunati et Benedicto presbytero canonico sancti Stephani Viterbiensibus. » Mandat ut sententiam latam a B. iudice communis Montisflaconis Balneoregensis diocesis pro Riccumanno Ildibrandini de Gitolfo contra Luciardum de Monteflascono (*sic*) super quadam pecuniae summa observari faciant nisi constiterit dictum L(uciardum) coram Apostolica Sede appellasse. Dat. Laterani ut supra (XIII. Kal. Aprilis anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 239. fol. 119.* — « RICCVMANNVS ILDIBRANDINI DE. »

5873. — *Laterani 20 Martii.*

« Abbati et conventui Florensibus. » Indulget eis ne in aliquo casu compelli possint ad iusiurandum in causis absque mandato Sedis Apostolicae speciali. Laterani XIII. Kal. Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 247. fol. 121.* — « PERVENIT AD NOS. »

5874. — *Laterani 20 Martii.*

« (Opizoni) archiepiscopo et capitulo Cusentinis. » Cum abbas et conventus monasterii Florensis ecclesiam sancti Martini de Iove ab eorum ecclesia sub annuo censu teneant, et eandem ecclesiam per annos fere viginti quatuor possederint sine litteris, et censum ipsum per quinquennium asserunt non solutum, mandat eis, quatenus ecclesiae Cusentinae de censu praedicto ipsis satisfacientibus pro tempore quo eum non solverunt huiusmodi satisfactione sint contenti. Dat. ut supra (Laterani XIII. Kal. Aprilis anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 248. fol. 121.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

5875. — *Laterani 22 Martii.*

Decano et capitulo ecclesiae b. Mariae Tornacensis confirmat licentiam a Stephano quondam episcopo Tornacensi datam, ut fructus cuiusdam

praebendae in communes eiusdem ecclesiae expensas convertere possint. Laterani XI. Kal. Aprilis anno decimo. — *Miraei Opp. dipl. IV. 24; Potthast 650. n. 7553; Horoy H-i opp. omn. V. 56. n. 120.* — « CVM A NOBIS. »

5876. — *Laterani 23 Martii.*

Sancti Pauli Praemonstratensis ordinis, sancti Vitonis et sancti Agerici abbatibus Virdunensibus. Circa statutum a bo. me. L. Virdunensi episcopo factum et a Lucio PP. III. confirmatum, ut proventus thesaurariae vacantis in ecclesia Virdunensi, cuius donatio pertinebat ad praedictum episcopum, deputati essent usibus refectorii capituli Virdunensis; quum capitulum ipsum Papae supplicassent ut proventus eosdem possent in quotidianas distributiones convertere, ab illis dumtaxat percipiendas qui matutinis et horis canonicis interessent; mandat ut ad memoratam ecclesiam accedant, et, inquisita veritate, statuant super hiis quod ad utilitatem ecclesiae et cultum ampliandum divinum pertinere viderint. Laterani X. Kal. Aprilis anno decimo. — *Bibl. Nat. Paris. mss. lat. f. Moreau t. CXXXVII; Horoy H-i opp. omn. V. 57. n. 121.* — « SIGNIFICANTIBVS DILECTIS FILIIS. »

5877. — *Laterani 26 Martii.*

Abbatissae et conventui Novi Monasterii ecclesias s. Aniani et Novi Monasterii eis a C(onrado) Metensi episcopo collatas confirmat. Laterani VII. Kal. Aprilis anno decimo. — *Kremer Ardennisches Geshlecht, Vrk. 321; Mittelrheinisches VB. III. 228. n. 282; Potthast App. 2097. n. 7553a-26157; Horoy H-i opp. omn. V. 58. n. 122.* — « CVM A NOBIS. »

5878. — *Laterani 27 Martii.*

Compositionem inter abbatem conventumque monasterii s. Blasii de Nigra Silva et Henricum plebanum de Nalling super decimis mediante b. m. Diethelmo Constantiensi episcopo loci diocesano factam confirmat. Laterani VI. Kal. Aprilis anno decimo. — *Wirtemberg VB. III. 192. n. 710; Potthast 651. n. 7554; Horoy H-i opp. omn. V. 59. n. 123.* — « EA QVE IVDICIO. »

5879. — *Laterani 28 Martii.*

« (Alberto) episcopo Brixiensi, archipresbytero Maioris ecclesie et magistro Alberico canonico sancti Iohannis ad Forum Veronensibus. » Cum Augustinus abbas conventus monasterii sancti Firmi Veronensis, de pluribus excessibus et de dilapidatione bonorum ipsius monasterii accusatus, ab episcopo Alberto qui tunc pro Veronensi episcopo se gerebat ab amministratione praedicti monasterii fuerit amotus, et non obstante huiusmodi remotione amministrare ibidem praesumpsit; et mendaciter Apostolicae Sedi suggerens quod quidam monachi ei debitam obedientiam denegabant ad abbatem sanctae Mariae in Organis suumque collegam litteras impetravit, quarum occasione Priorem et monachos praedicti monasterii post appellationem interpositam ad Pontificem excommunicavit; auditis quae Prior et monachi iidem coram S(tephano) Basilicae duodecim Apostolorum presbytero Cardinali a partibus exposita fuerunt, mandat ut personaliter ad locum accedant et, inquisita super praemissis veritate, negotium terminent, alioquin ad Apost. Sedem illud remittant fine debito terminandum. Laterani V. Kal. Aprilis (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 250. fol. 121; Mss. Vall. I. 53.* — « EX INSINVATIONE DILECTORVM. »

5880. — *Laterani 30 Martii.*

« (Laurentio) episcopo Wratislaviensi. » Vt universis Wratislaviensis ecclesiae canonicis iniungat, ut ubicumque eos esse contigerit infra limites Wratislaviensis dioecesis ad ecclesiam ipsam in summis convenire solemnitatibus non omittant, ipsosque qui ei in hoc obtemperare neglexerint, nisi ostenderint se praepeditionem canonicam habuisse, taliter puniat, quod poena eorum sit caeteris exemplum. Laterani III. Kal. Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 204. fol. 113.* — « DILECTVS FILIVS DECANVS. »

5881. — *Laterani 1 Aprilis.*
« (Iacobo) episcopo Veronensi. » Moneat et inducat Potestatem Veronensem ut compellat nobilem virum D. comitem Zenzeno et quosdam alios tam civitatis quam dioecesis Veronensis ut peregrinis ad Sedem Apost. venientibus ab eisdem spoliatis omnia restituantur, Pontifici rescribens quidquid Potestas super hoc duxerit faciendum. Later. Kal. Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 338. fol. 141; Mss. Vallic. I. 53;* — « LVCIVS PRO SE. »

5882. — *Laterani 2 Aprilis.*
« Wilelmo thesaurario Eboracensi. » Indulget ei ut beneficia quae nunc obtinet cum thesauraria libere retinere valeat. Laterani IIII. Non. Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 199. fol. 113; Musaeum Britan. Add. mss. 15352.* — « VOLENTES TIBI DE. »

In eundem modum scriptum est Waltero de Woborñ Eboracensi ut beneficia cum prebenda Eboracensi valeat retinere.

5883. — *Laterani 2 Aprilis.*
« Magistro Laurentio canonico Aquilegensi. » Indulget ei ut praeter ea quae nunc obtinet adhuc unum beneficium curam animarum habens annexam, si ei canonice offeratur, recipere possit. Dat. ut supra (Laterani IIII. Non. Aprilis anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 200. fol. 113.* « VOLENTES TIBI DE. »

In eundem modum scriptum est Serlōn canonico Eboracensi.

5884. — *Laterani 2 Aprilis.*
« Magistro Pascasio clerico. » Indulget ei ut praeter beneficia quae nunc obtinet adhuc unum curam habens animarum annexam si ei canonice offeratur recipere possit. Laterani IIII. Non. Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 258. fol. 123.* — « VOLENTES TIBI DE. »

5885. — *Laterani 2 Aprilis.*
Praepositum et conventum monasterii in Reichersperg ord. s. Aug. tuendos suscipit, specialiter autem advocatiam ecclesiae eorum necnon libertates et immunitates ab Eberhardo Salzburgensi archiepiscopo eis concessas confirmat. Laterani IV. nonas Aprilis anno decimo. — *Mon. Boica IV. 431; Potthast 651. n. 7555; Horoy H-i opp. omn. V. 59. n. 124.* — « IVSTIS PETENCIVM DESIDERIIS. »

5886. — *Laterani 5 Aprilis.*
« Hugoni Ostiensi episcopo. » Eius postulationibus annuens, liberat civitatem Ostiensem a debito mille librarum quas pro ea Pontifex ipse solverat; redimit possessiones Ostiensis ecclesiae quae pro octingentis libris erant nobili viro comiti Riccardo locatae ipsi et successoribus suis sub annuo decem librarum censu solvendo Apost. Sedi eas concedit; praeterea concedit eidem ecclesiae possessiones ipsi Pontifici ab eodem comiti venditas quas ipse ab aliis comparavit, totum videlicet tenimentum quod emit a comite Octaviano de Monumento et eius uxore, idest Insulam et integram tertiam partem totius Ripae maris et fluminis, a foce maris usque Ripam Romeam pro quingentis et quinquaginta libris; aliam partem totius Ripe Ostiensis et sextam partem Ripe Romee emptam ab eodem comite a filiis quondam Henrici Iudicis de Transtiberim pro quingentis et quinquaginta libris; totum tenimentum terrarum et silvarum quod emit idem comes a Martaguerra cum omnibus iuribus et pertinentiis suis pro octingentis libris. Laterani Nonis Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 533. fol. 169; Dissert. delle pont. accad. Rom. di archeol. XV. 240. n. 56; Potthast 651. n. 7557.* — « CVM PREROGATIVAM DIGNITATIS. »

5887. — *Laterani 5 Aprilis.*
Abbati et conventui monasterii s. Petri Gandensis concedit, ut ecclesias de Ysendika et de

Gandavo cum vacaverint in eiusdem coenobii utilitatem convertere possint. Laterani Nonis Aprilis anno decimo. — *V. Lokeren Chart. de l'abb. de St. Pierre 254. n. 487; Potthast 651. n. 7556; Horoy H-i opp. omn. V. 60. n. 125.* — « VTILITATI MONASTERII VESTRI. »

5888. — *Laterani 7 Aprilis.*

« Electo Liddensi. » Mandat ei quatenus praelatis, presbyteris, canonicis, clericis et religiosis aliis Lucensis dioecesis qui pro detentione vicesimae vel quia statutis terminis eam cum integritate debita non solverunt excommunicationis sententiam incurrerunt, beneficium absolutionis impendant, ita tamen ut quidquid remansit integre persolvant transmittendum opportuno tempore in subsidium Terrae Sanctae, ab eo interim fideliter conservandum. Laterani VII. Idus Aprilis (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 279. fol. 130.* — « EX PARTE DILECTORVM. »

5889. — *Laterani 7 Aprilis.*

« Abbati et conventui monasterii sancte Marie Eboracensibus. » Statuit ne quis archiepiscopus vel archidiaconus seu officiales ipsorum a quoquam, qui pro tempore benedicendus fuerit in abbatem eorum monasterii, pro benedictione seu installatione sua, sub consuetudinis praetextu cuiuscumque, palafridum vel cassam sericam seu aliquod quocumque nomine exigere vel extorquere praesumat. Laterani VII. Idus Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 280. fol. 130; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « NE DEI ECCLESIA. »

5890. — *Laterani 8 Aprilis.*

« Abbati et conventui monasterii sancte Marie Eboracensis. » Cellam de Werderhal cum parrochia de Warthewic et alias ecclesias, possessiones, redditus et alia bona quae A. et H. Carleolenses pontifices cum consensu capituli sui eis concesserunt confirmat. Laterani VI. Idus Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 203. fol. 113; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

5891. — *Laterani 9 Aprilis.*

« (Waltero) archiepiscopo Eboracensi. » Quum P. de Wivertorp cuius pater in minoribus ordinibus constitutus, ecclesiam de Wivertorp Eboracensis dioecesis obtinens, quandam duxit legitime in uxorem de qua suscepit eundem, et postmodum ecclesiam ipsam resignans, idem ad praesentationem veri patroni in ea institutus fuit; mandat ei non obstantibus litteris Apostolicis contra filios proximo ministrantium in ecclesiis, ipsum P. tolleret in eadem donec per ipsum archiepiscopum aliud sibi competens beneficium fuerit assecutus. Laterani VI. Idus Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 344. fol. 142.* — « DILECTVS FILIVS P. »

5892. — *Laterani 9 Aprilis.*

« Abbati et conventui Virzil(iacensi). » Inhibet eis ne monomarchiae ac ferri candentis et aquae ferventis iudicium adibeant, quod secundum canonicas sanctiones reprobatur, et non nisi per testes idoneos et alias probationes legitimas pro vel contra homines eorum iurisdictioni subiectos aliquid probari valeat. Laterani V. Idus Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 198. fol. 113; Mss. Vall. I. 53; Rodenberg. Ep. Sel. 215. n. 294.* — « CVM MONOMARCHIE AC. »

5893. — *Laterani 9 Aprilis.*

« Abbati et conventui sancti Augustini Cantuariensis. » Indulget eis ut in propriis parrochiis capellas construere ac in eis proprios capellanos sine iuris praeiudicio alieni habere possint. Laterani V Idus Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 254. fol. 122; Dugdale Monast. Anglican. I. 131.*

n. 10; Potthast 651. n. 7559; Horoy H-i opp. omn. V. 62. n. 127. — « Vt gratia Sedis Apostolicae. »

5894. — *Laterani 9 Aprilis.*
(Alberto) episcopo, praeposito et R. canonico Faventinis mandat ut sententiam excommunicationis, quam contra consules et commune castri de Vergareto non monitos vel citatos nec se contumaciter adversantes promulgaverant, infra octo dies relaxent. Laterani V. Idus Aprilis anno decimo. — *Mittarelli Annal. Camald. IV. app. 446; Potthast 651. n. 7558; Horoy H-i opp. omn. V. 61. n. 126.* — « Consvles et commvne. »

5895. — *Laterani 11 Aprilis.*
« Magistro Iohanni clerico. » Attentis eius morum et generis nobilitate scientiaeque talento, indulget ei ut unicum beneficium habens curam animarum annexam, si ei canonice offeratur, cum hiis quae iam est assecutus recipere et libere retinere possit. Laterani III. Idus Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 254². fol. 122* — « Cvm sic ivvari. »

5896. — *Laterani 12 Aprilis.*
« Priori et canonicis sancti Leonardi de Monte Dominico Veronensibus. » Ordinem canonicum secundum beati Augustini regulam in eorum ecclesia ab archipresbytero et capitulo Veronensibus, ad quos ecclesia ipsa pleno iure spectat, cum episcopi assensu institutum, confirmat. Laterani II. Idus Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib 10. epist. 340. fol. 142* — « Ivstis petentivm. »

5897. — *Laterani 13 Aprilis.*
« Capitulo Mutinensi. » Duodenum canonicorum numerum in eorum ecclesia institutum confirmat, nisi adeo excreverint ipsius ecclesiae facultates quod praefatum numerum exigant augmentari. Laterani Idibus Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 201. fol. 113.* — « Ivstis petentivm. »

5898. — *Laterani 13 Aprilis.*
« Episcopo, decano Finnaborensibus et priori de Petra Fertili Finnaborensis dioecesis. » Vt inquirant contra Donatum Praemonstratensem canonicum, qui dicitur, monasterio derelicto ac reiecto temere habitu et ordine regulari, archidiaconatum Henecdunensem contra iustitiam et in praeiudicium Henecdunensis (*in e. l.* Hennedunen.) episcopi detinere occupatum, et si eis sic esse constiterit, dictum Donatum, archidiaconatu dimisso ad suum monasterium reverti faciant, eumque instituta sui ordinis, sicut tenetur, regulariter servaturum compellant. Laterani Idibus Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 266. fol. 126.* — « Venerabilis frater noster. »

5899. — *Laterani 13 Aprilis.*
« (Capitanerio) episcopo, priori, archidiacono et aliis ecclesiarum prelatis et clericis Vrbevetanis. » Mandat eis quatenus gratis sine aliqua spe muneris iustitiam exercentes iusta iudicia iudicent, nil in fraudem vel assessorum obtentu vel consiliariorum intuitu a partibus exigendo, et amplectendo correctionis Apostolicae disciplinam ut temeritas iterata Pontificis mansuetudinem non provocet ad vindictam. Laterani Idibus Aprilis (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 276. fol. 129; Mss. Vallic. I. 53.* — « Vel nil gratis. »

5900. — *Laterani 13 Aprilis.*
« Decano Lamecensi, P. archidiacono Tudensi et magistro Tiburtio canonico Palentino. » Mandat eis ut in causa quae inter Colimbriensem et bon. mem. Egitaniensem episcopos super dioecesum suarum limitibus et quibusdam aliis articulis vertebatur, Auriensi et Lamecensi episcopis ac abbati de Palumbario Bracarensis dioe-

cesis dudum commissa, inquirant quae ab Egitaniensi episcopo coram praedictis iudicibus proposita sunt, et in negotio ipso iuxta formam eisdem iudicibus traditam procedant. Laterani Idibus Aprilis anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 341. fol. 142.* — « CAVSAM QVE INTER. »

5901. — *Laterani 14 Aprilis.*

« Conventui sancti Michaelis Virdunensis. » Quum eorum abbas, ipsis petentibus et consentientibus, infirmaria constituta ibidem, deputavit pro ea quosdam redditus minutis et infirmis per manus infirmarii ministrandos, quod super hoc ab eodem abbate factum est confirmat. Laterani XVIII. Kal. Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 267[2]. fol. 128; Horoy H-i opp. omn. V. 62. n. 128 ex mss. du Theil.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

5902. — *Laterani 17 Aprilis.*

« (Hugoni) episcopo Lingonensi. » Mandat ei ne L. de Monte Barlo molestetur ab O. presbytero rectore ecclesiae de Monte Barlo qui vellet ut ipse, non obstante quod in matrimonio est constitutus, coronam et tonsuram deferret, eo quod puerilibus annis acolitatus ordinem susceperat. Laterani XV. Kal. Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 345. fol. 143; Horoy H-y opp. omn. V. 63. n. 129. ex mss. du Theil.* — « VENIENS AD NOS. »

5903. — *Laterani 20 Aprilis.*

« Magistro et fratribus hospitalis sancti Spiritus de Vrbe. » Confirmat quod de consilio (Nicolai) Tusculani episcopi et S(tephani) sancti Adriani diaconi Cardinalium statuerunt, videlicet ut regimen hospitalis sancti Spiritus de Vienna et servitium capellae sancti Antonii eiusdem loci spectet ad eos, et de eorum manibus debeant recipere rectorem qui ordinabit cum fratrum loci eiusdem consilio camerarium, cum quo negotia hospitalis ipsius fideliter et utiliter procurabunt. Laterani XII. Kal. Maii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 306[2]. fol. 135; Horoy H-y opp. omn. V. 89. n. 149. (21 Maii).* — « IVSTIS PETENTIVM. »

5904. — *Laterani 27 Aprilis.*

« (Henrico) illustri regi Anglie. » Ne ullo modo R(aimundo) filio comitis Tolosani, qui cum fautoribus suis est excommunicationis vinculo involutus assistat: Apostolicis litteris (diei 8 Ianuarii huius anni) « super facto baronum obtentis quod ad fidelitatem suam redeant per se ipsum supersedeat: » nec (Lodovico) regi Francorum arma moveat, qui, exhortante R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali, cum praelatis et baronibus Franciae pro negotio fidei contra Albigenses signum crucis assumpsit. Laterani V. Kal. Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 251. fol. 122; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 35-38; Bouquet Rec. XIX. 772; Shirley Royal letters I. 545. n. 22; Potthast 651. n. 7561; et append. 2097; Horoy H-i opp. omn. V. 64. n. 130.* — « CVM SIT SEMPER. »

5905. — *Laterani 27 Aprilis.*

(Laurentio) episcopo Wratislaviensi mandat, ut ecclesias suae diocesis a ducis et baronum Silesiae vexationibus defenset neque eorum appellationes ad sedem apostolicam, quibus censuram ecclesiasticam evitare studeant, observet. Laterani V. Kal. Maii anno decimo. — *Grünhagen Regesten I. 136. n. 307; Grünhagen et Korn Reg. episcopatus Vratislav. I. 25; Potthast 651. n. 7560.*

5906. — *Laterani 29 Aprilis.*

« Nobili mulieri Iohanne uxori no. vi. Leuwelini principis Norwalie. » Eam, quae a Iohanne rege Angliae soluto genita est de soluta et deinde decenter dotata L(euwelino) principi Norwaliae matrimonialiter

copulata fuit, ne pro huiusmodi defectu natalium, nobilitatis viri vel filii sui videatur titulo derogari, legitimat, ita tamen quod nullum exinde (Henrico) regi vel regno Angliae praeiudicium generetur. Laterani III. Kal. Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 252. fol. 122; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Sacrosancta Romana Ecclesia. »

5907. — *Laterani 29 Aprilis.*

« (Gervasio) Menevensi, (Martino) Bangorensi, et (Abrahamo) de sancto Asaph episcopis. » Cum Leuwelinus princeps Norwaliae de mandato Hen(rici) regis Anglorum a magnatibus Waliae David primogenito suo fidelitatis praestari fecerit iuramenta, mandat ut eidem David huiusmodi iuramenta observari faciant. Dat. ut supra (Laterani III. Kal. Maii anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 253. fol. 122; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Cvm sicvt dilectvs. »

5908. — *Laterani 30 Aprilis.*

« (Iordano) episcopo Paduano, et sancte Marie in Amesa et sancti Aspri Veronen. prioribus. » Vt testes quos examinarunt super inquisitione de vita et miraculis piae memoriae... episcopi Vicentini singulos singulatim examinent. Laterani II. Kal. Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 255. fol. 122; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Cvm vobis inqvisitionem. »

5909. — *Laterani 30 Aprilis.*

« Magistro Rollando primicerio Senensi. » Supplicantibus P(andulfo) Norwicensi episcopo et S(tephano) basilicae duodecim Apostolorum presbytero Cardinali qui eius morum honestatem et litterarum scientiam laudarunt, indulget ut ecclesiastica beneficia ei collata quae alias sine dispensatione Apostolica obtinere non posset retinere valeat, ita tamen ut in eis per vicarios idoneos deserviat. Laterani II. Kal. Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. ep. 272. fol. 129.* — « Et si non sit. »

5910. — *Laterani 30 Aprilis.*

« Episcopo Acconensi. » Indulget ut detentores decimarum et reddituum ad Acconensem ecclesiam pertinentium liceat ei excommunicationis sententia involvere, et post satisfactionem plenariam eandem sententiam relaxare. Laterani II. Kal. Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. ep. 287. fol 131.* — « Cvm sicvt in nostra. »

5911. — *Laterani 2 Maii.*

« Abbati et priori sancti Iuliani et subdecano sancti Martini Turonensibus. » Mandat eis ut nisi causa quae inter (Iohannem) archiepiscopum Turonensem et (Mauritium) Cenomanensem episcopum vertitur accomodata fuerit infra terminum ad quem prorogatio eis concessa fuit, iniungant partibus ut ad Apostolicam Sedem accedant sententiam recepturae. Laterani VI. Nonas Maii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 261. fol. 124; Horoy H-i opp. omn. V. 67. n. 131 ex mss. du Theil.* — « Venerabiles fratres nostri. »

5912. — *Laterani 4 Maii.*

« (Hermanno) magistro et fratribus militiae Templi de Vngaria. » Libertates et immunitates quas cl. me. Henricus rex Vngariae ad preces magistri Cone ac fratris Franconis et aliorum fratrum militiae Templi in Vngaria concessit in eius privilegio Dat. per manus magistri Catapani Agriensis episcopi aulae regiae cancellarii an. 1198, quod ad verbum refertur, confirmat. Laterani IIII. Non. Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 259. fol. 123; Mss. Vall. I. 53; Fejér Cod. dipl. III. 11. 84; Theiner Mon. Hung I. 67. n. 142; Potthast 651. n. 7564; Horoy H-i opp. omn. V. 70. n. 133.* — « Ivstis petentivm. »

5913. — *Laterani 4 Maii.*

« (Hermanno) magistro et fratribus militiae Templi in regno Vngarie constitutis. » Donationem de terris et aliis bonis ab A(ndrea) rege Vngarie eisdem factam, ut in ipsius regis litteris plenius continetur, confirmat: ipsaeque littere dat. anno 1219 per manus Vgrini aulae regiae cancellarii et Colocensis archielecti, Iohanne Strigoniensis archiepiscopo existente, Wilelmo Vltrasilvano, Desiderio Cenadiensi, Roberto Vesprimiensi, Thoma Agriensi, Bartholomeo Quinqueeclesiensi, Stephano Zagabriensi, Cosma Geuriensi episcopis ecclesias feliciter gubernantibus, de verbo ad verbum referuntur. Dat. ut supra (Laterani IIII. Non. Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 260. fol. 223; Mss. Vall. I. 53; Fejèr l. c. 29; Theiner l. c. 68. n. 143; Potthast 651. n. 7563; Horoy l. c. 67. n. 132.* — « Ivstis petentivm. »

5914. — *Laterani 4 Maii.*

« Rubensi, et Melficensi episcopis et dilecto filio magistro Blandinierio (*al.* Blandimerio) priori sancti Nicholai Barensis. » Amotis archiepiscopo Cusentino, I. Cusentino et M. Brundusino archidiaconis ab inquisitione in archiepiscopum Alcherontinum qui de periurio, de simonia aliisque criminibus accusatur, mandat eis ut ipsi inquirant veritatem et referant. Laterani IIII. Non. Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. ep. 347. fol. 143; Mss. Vall. I. 53.* — « Constitvtis (*leg.* Constitvtvs) in presentia. »

5915. — *Laterani 5 Maii.*

« (Alberto) episcopo Brixiensi. » Iterum mandat ut S. quondam abbatem monasterii Aquae Nigrae ab illius regimine prorsus amoveat tam in ipsum quam in fautores eiusdem, canonica monitione praemissa, censuram exercendo, et contra eos si necesse fuerit saecularis brachii auxilium invocando: super electione vero Henrici monachi in abbatem eiusdem monasterii quae, ut dicitur, per episcopum et abbatem sancti Andreae Mantuanos facta fuit inquirant veritatem, et si invenerint ipsum canonice esse electum in abbatem, eam confirment. Laterani III. Non. Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 256. fol. 122; Mss. Vall. I. 53.* — « Littere tve nobis. »

5916. — *Laterani 5 Maii.*

« Capitulo Valvensi. » Cassata electione de praeposito sancti Pamphili Sulmonensis eo quod ipse repertus est minus idoneus, ne eorum ecclesia diu pastoris solatio destituatur, mandat eis ut, vocatis capitulo sancti Pamphili Sulmonensis et aliis si qui ad electionem huiusmodi fuerint evocandi, infra quindecim dies post susceptionem praesentium de persona idonea per electionem canonicam in pastorem sibi provideant. Laterani III. Non. Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 346. fol. 143.* — « Cvm electionem de. »

5917. — *Laterani 6 Maii.*

« (Henrico) archiepiscopo Mediolanensi et (Alberto) Brixiensi episcopo. » Communitate Brixiensi humiliter et instanter supplicante, indulget, ut civibus Brixiensibus reconciliatis, qui olim pro haereticis pugnando vel domos suas armando contra catholicos, excommunicationis laqueum et poenam propter hoc incurrerunt, poenam ipsam prout viderint expedire moderari possint. Laterani II. Non. Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 257. fol. 123; Mss. Vallicell. I. 53; Rodenberg Ep. Sel. 215. n. 295.* — « Cvm reconciliationem civivm. »

5918. — *Laterani 6 Maii.*

« Archidiacono et thesaurario Corinthiensibus et P. Malpense subdiacono nostro cantori Mothoniensi. » Vt inquirant et

Sedi Apostolicae referant de episcopo Olonensi (*in e. l.* Olenen.) qui contra quasdam constitutiones P(elagii) Albanensis episcopi et I(ohannis) tit. sanctae Praxedis presbyteri Cardinalium dum in illis partibus legationis officium exercebant se gessisse, et immania prorsus in clericos dicitur perpetrasse, praefigentes ipsi episcopo et I. Olonensi canonico nepoti suo terminum competentem quo pro huiusmodi causa in personis propriis coram Papa compareant. Laterani II. Nonas Maii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 274. fol. 129. Mss. Vallicell. I. 53.* — « In tot et tantis. »

5919. — *Laterani 7 Maii.*

« (Henrico) illustri regi Anglie. » Vt (Mariano) archiepiscopo Cassellensi, et (Huberto) Limiricensi et (Patricio) Clonensi episcopis inquirentibus contra Rob(ertum) Travers qui intrusus dicitur in Laoniensem ecclesiam et ei per violentiam incubare, assistat, in eo maxime quod per ipsos mandat eundem propter dilapidationis vitium pendente negotio, ab amministratione Laoniensis ecclesia removeri, et interim administrationem huiusmodi alii idoneae personae committi. Laterani Nonis Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 268. fol. 127; Mss. Vallicell. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Theiner Mon. Hibern. 25. n. 61; Potthast 651. n. 7566; Horoy H-i opp. omn. V. 74. n. 136.* — « Qvia ivdicivm tenetvr. »

5920. — *Laterani 7 Maii.*

Decanum et capitulum s. Victoris Maguntinensis cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem libertates et immunitates, terras et possessiones, quas b. m. Willegisus archiepiscopus Maguntinus et successores ipsius ecclesiae eorum donarunt, confirmat. Laterani Nonis Maii anno decimo. — *Baur Hessische Vrkunden II. 67. n. 59; Potthast 651. n. 7565 (omisso initio); cf. Horoy H-i opp. omn. V. 71. n. 134.*

5921. — *Laterani 9 Maii.*

« (Mariano) archiepiscopo Cassellensi, et (Huberto) Limiricensi, et (Patricio) Clonensi episcopis. » Mandat eis ut Robertum Travers, qui, electo David archidiacono Laoniensi in episcopum Laoniensis ecclesiae, dum eadem ecclesia vacaret ibidem per laicalem impressionem se intrusit, removeant, iuxta sententiam a Tuamensi archiepiscopo et collegis suis a Papae deputatis promulgatam et ab I. capellano et poenitentiario Pontificio tunc Apost. Sedis Legato confirmatam, qui, perpetuo silentio imposito sacerdoti, alterum consecrari fecit in episcopum: verum hic cum apud Sedem Apostolicam, lite pendente, carnis debitum exolverit, praecipit Pontifex ut revocatis litteris quas dictus Robertus ad (Iocelinum) Bathoniensem episcopum et collegas suos ab Apostolica Sede impetravit, negotium audiant, commissa interim ecclesiae administratione fideli et idoneae personae, alioquin negotium ipsum sufficienter instructum ad Papam ipsum remittant; interim T. abbati monasterii sanctorum Apostolorum Petri et Pauli de Forgio de expensis pro eadem ecclesia apud Sedem Apostolicam factis satisfaciant. Laterani VII. Idus Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. ep. 269. fol. 127; Mss. Vall. I. 53; Theiner Mon. Hibern. 25. n. 62; Potthast 652. n. 7567; Horoy H-i opp. omn. V. 72. n. 135.* — « Ex parte dilectorvm. »

5922. — *Laterani 9 Maii.*

« (Mauritio) Burgensi, et (Lupo) Conchensi episcopis. » Meminit scripta Apostolica eis et (Iohanni) Calaguritano electo dudum directa super restitutione (Bernardi) Segobiensis electi et de colligendis ac sibi assignandis fructibus omnibus ab ipsis percipiendis et perceptis; miratur, quod eodem Calaguritano electo apud Sedem Apostolicam moram hactenus faciente ipsi super hiis in grave ipsius electi et Segobien-

sis ecclesiae praeiudicium minime processerint; mandat ut in eodem negotio sollicite procedant, assignantes eidem electo vel procuratori suo fructus praedictos, custodiam ecclesiae taliter assumentes quod de manibus laicorum penitus eripiant eandem, contradictores per censuram ecclesiasticam compescentes. Laterani VII. Idus Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 335. fol. 141; Mss. Vall. I. 53.* — « SVPER RESTITVTIONE DILECTI. »

5923. — *Laterani 9 Maii.*

Monasterium ecclesiae s. Mariae Syloensis [Selau] Praemonstr. ord. Pragensis dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Laterani VII. idus Maii indict. XIV. incarn. dom. anno 1226. pont. N. d. H. pp. III. anno decimo. — *Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 504; Boczek Cod. dipl. Morav. VII. 719. n. 56; Potthast 652. n. 7568; Horoy H-i opp. omn. V. 75. n. 137.* — « RELIGIOSAM VITAM ELIGENTIBVS. »

5924. — *Laterani 9 Maii.*

Ecclesiae s. Germani de Thenis protectionem suscipit eiusque possessiones et bona confirmat. Laterani VII. Idus Maii anno decimo. — *Bets Histoire de Tirlemont II. 219; Potthast 652. n. 7569.* — « CVM A NOBIS. »

5925. — *Laterani 9 Maii.*

Episcopo et canonicis Paduanis petentibus confirmat privilegium a fel. rec. Vrbano PP. concessum et pariter a fel. rec. Innocentio PP. III. die 9 Maii 1207 confirmatum, quo ipse Vrbanus statuit ut ecclesia quam abbas Prataliensis intra matricis ecclesiae terminos aedificare proposuit, construatur, salvo iure episcopatus et canonicorum, scilicet quod rector, qui pro tempore fuerit, interdicta tam generalia quam specialia in laicos vel clericos promulgata inviolabiliter debeat observare, etc. Laterani VII. Idus Maii anno decimo. — *Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 47. n. 39; cf. Potthast 652. n. 7569.* — « AVTENTICVM PIAE MEMORIAE. »

5926. — *Laterani 10 Maii.*

Personas et villam Montispessulani cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, mediantibus duabus marchis auri (centum massamutinis pro marcha computandis) sedi apostolicae quolibet anno in festo resurrectionis dominicae persolvendis. — Laterani VI. Idus Maii anno decimo. — *Teulet Layettes II. 648. n. 1776; Potthast 652. n. 7571.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

5927. — *Laterani 11 Maii.*

« (Bernardo) episcopo Lemovicensi, abbati Dolensi Bituricensis diocesis et decano Burdegalensi. » Revocatis in statum pristinum quae in negotio reformationis monasterii sancti Martialis Lemovicensis ab ipso Lemovicensi episcopo et priore sancti Vrsini Bituricensis acta fuerunt, mandat eis ut ad dictum monasterium personaliter accedentes, iuxta priores litteras eidem episcopo et priori directas, tam in capite quam in membris inquirant plenarie veritatem et referant. Laterani V. Idus Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. ep. 263. fol. 126; Horoy H-i opp. omn. V. 78. n. 38 ex mss. du Theil.* — « INTELLECTIS OLIM PER. »

5928. — *Laterani 13 Maii.*

« Episcopo Eduensi. » Vt statuta Virgiacensis ecclesiae Eduensis dioecesis, quae abbas Athanacensis et eius collegae de mandato Lugdunensis archiepiscopi loci dioecesani, dum in ea visitationis officium exercuerunt, fecerant, de consilio memorati archiepiscopi moderari et corrigere possit. Laterani III. Idus Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 264. fol. 126.* — DILECTI FILII DECANVS.

5929. — *Laterani 13 Maii.*

« Episcopo Albigensi, de Bella Pertica et de Gardadei abbatibus Tolosane et Caturcensis diocesum. » Mandat eis, ut rela-

xata sententia excommunicationis ab episcopo Caturcensi in consules et cives quosdam Caturcenses promulgata, et a Bituricensi archiepiscopo et R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apost. Sedis Legato confirmata, causam quae inter ipsum episcopum et praedictos consules et cives super quibusdam consuetudinibus et libertatibus in quibus ipsi consules asserunt se esse laesos, audiant, et si partes non consenserint idem negotium ad Sedem Apostolicam sufficienter instructum remittant. Laterani III. Idus Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 265. fol. 126; Horoy H-y opp. omn. V. 80. n. 139. ex mss. du Theil.* — « Ex parte consvlvm. »

5930. — *Laterani 13 Maii.*

« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apostolicae Sedis Legato. » Super causa inter nobilem virum Wilelmum de Lazaio et nobilem mulierem Philipam Depoqueriis Pictavensis dioecesis, super dote sua vertente, quae primo priori sancti Romani de castro Airaudi, secundo abbati Carrofensi, ac tercio sancti Cosmae et quarto Maioris Monasterii Turonensis prioribus et coniudicibus eorum ab Apost. Sede commissa fuit, tandem inter iudices ipsos de iurisdictione, quaestione suborta, remansit hactenus indecisa, mandat quatenus illis ad quos iurisdictionem noscitur pertinere terminum praefigat ut ad disquisitionem negotii procedant, alioquin ipse causam audiat et decidat. Laterani III. Idus Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 339. fol. 142.* — « Exposita nobis nobilis. »

5931. — *Laterani 14 Maii.*

« Abbati sancti Martini de Gemellis, archidiacono Maioris ecclesie et Michaeli canonico sancti Nicolai Ambianensibus. » Mandat eis ut praebendas quasdam monachales, quas abbates sancti Vedasti Attrebatensis qui eidem monasterio pro tempore praefuerunt, quibusdam laicis non regularibus nec oblatis concesserunt, ad idem monasterium revocent. Laterani II. Idus maii anno decimo. — « *Reg. Vat. lib. 10. epist. 267. fol. 127; Horoy H-i opp. omn. V. 61. n. 146 (sub die 14 Martii).* — « Ex insinvatione abbatis. »

5932. — *Laterani 14 Maii.*

« (Henrico) archiepiscopo Dublinensi. » Vt castra quaedam Iberniae, ad demanium (Henrici) regis Angliae pertinentia, eidem regi ab illicitis detentoribus restitui faciat. Laterani II. Idus Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 272. fol. 127; Mss. Vall. I. 53; Theiner Mon. Hibern 26. n. 63; Potthast 652. n. 7572; Horoy H-i opp. omn. V. 82. n. 41.* — « Cvm castra qvedam. »

5933. — *Laterani 14 Maii.*

« Abbati et conventui Fiscanensibus. » Vt locum quemdam nomine Ria in regno Angliae existentem H(enrico) regi Anglorum pro competenti concambio cedant ut ibi castrum aedificet. Dat. ut supra (Laterani II. Idus Maii anno decimo).— *Reg. Vat. lib. 10. epist. 273. fol. 127.* — « Cvm in regno Anglie. »

5934. — *Laterani 14 Maii.*

« Decano, archidiacono, et officiali Turonensibus. » Cantore, magistro scholarum et aliis canonicis Cenomanensis ecclesiae petentibus, mandat, ut statutum quod nullus canonicus ipsius ecclesiae fructus praebendae suae percipiat eo anno quo residentiam octo mensium non fecerit in eadem, quod decanus et alii canonici infringere attentabant, inviolabiliter observari faciant. Dat. ut supra (Laterani II. Idus Maii anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 274. fol. 127; Horoy H-i opp. omn. V. 83. n. 142 ex mss. du Theil.* — « Dilecti filii cantor. »

5935. — *Laterani 14 Maii.*

« (Oddoni) Feltrensi et Bellunensi electo. » Super quaestione de electionibus in ecclesia Castellana in qua alii in Petrum Pini archidiaconum eiusdem ecclesiae, alii vero in L. plebanum sancti Pauli contulerunt vota sua, quae patriarchae Gradensi commissa fuit, de qua demum ad Apost. Sedem appellatum fuit, mandat, ut ad ipsam ecclesiam personaliter accedens, inquirat super ipsarum electionum et dicti patriarchae processu et usque ad Kalendas Septembris causam plenius instructam ad Apostolicam Sedem remittat, praefigens partibus terminum ad comparendum. Laterani II. Idus Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 351. fol. 143.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

5936. — *Laterani 14 Maii.*

Magistro et fratribus Hospitalis pauperum sancti Iohannis de Atrebato. Eorum personas et hospitale in quo divino vacant obsequio, cum omnibus bonis et redditibus praesentibus et futuris sub beati Petri et sua protectione suscipit: specialiter autem confirmat eis decimas de Stapham, de Nocile, de Kersonetes, de Licgnegost, de Remi, de Duri, de Strepignies, de Vri, de Haucort et de Saudemont. Laterani II. Idus Maii anno decimo. — *Bibl. Nat. Paris. Mss. lat. f. Moreau t. CXXXVII. p. 84; Horoy H-i opp. omn. V. 81. n. 140.* — « SOLET ANNVERE SEDES. »

5937. — *Laterani 15 Maii.*

« (Eberhardo) archiepiscopo Salzeburgensi, et suffraganeis eius. » Mandat eis quatenus, cum a visitatoribus ordinis beati Augustini in Salzeburgensi provincia abbates et priores nuntiantur ut ob eorum culpas a suis locis removeantur, ipsi sine personarum acceptione contra eos procedere nullatenus omittant. Laterani Idibus Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 266[2]. fol. 128.* — « DILECTI FILII RECTORES. »

5938. — *Laterani 15 Maii.*

« (Henrico) illustri regi Anglie. » Significat ei se mandasse R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apostolicae Sedis Legato ut contra suam vel R(iccardi) comitis Pictaviae fratris sui personam ad denunciationem seu prolationem generalis aut specialis sententiae excommunicationis non procedat sine speciali Papae mandato; ipse vero rex provideat ne a se vel ab ipso fratre suo aliquid attemptetur propter quod oporteat super hoc speciale mandatum eidem dirigere Cardinali. Laterani Idibus Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. ep. 270. fol. 127; Mss. Vallicell. I. 53; Rymer Foedera I. 1. 100; Potthast 652. n. 7573; Horoy H-i opp. omn. V. 83. n. 143.* — « VOLENTES IN QVIBVS. »

5939. — *Laterani 15 Maii.*

« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apostolice Sedis Legato. » Mandat ei ne contra (Henricum) regem Angliae et R(iccardum) comitem Pictaviae fratrem eius sine speciali Sedis Apostolicae mandato excommunicationis sententiam proferre possit. Dat. ut supra (Laterani Idibus Maii anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. ep. 271. fol. 127; Mss. Vall. I. 53; Rymer l. c. 101; Bouquet Rec. XIX. 773; Potthast 7574; Horoy l. c. 84. n. 144.* — « DISCRETIONI TVE. »

5940. — *Laterani 15 Maii.*

« Preposito et capitulo in Richesberge ordinis beati Augustini. » Ipsis petentibus ordinationem ab archiepiscopo Salzburgensi cum consensu capituli sui factam, quod advocatia eorum ecclesiae nullo laico de cetero concedatur sed per eum et successores suos debeat exerceri, confirmat. Laterani Idibus Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 310. fol. 136.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

5941. — *Laterani 15 Maii.*
« Episcopo et dilectis filiis preposito de Cordanario Cumanis, et archipresbytero Decumanorum Mediolanensi. » Quoad causam quae inter abbatem sancti Silani de Romagnano ex una parte et commune Vercellarum ex altera, super damnis ab eodem commune monasterio suo illatis, quae episcopo Papiensi et collegis suis a Papa commissa fuit, et deinde in gradu appellationis dictum commune obtinuit ut archiepiscopo Mediolanensi et suis coniudicibus committeretur; quum de horum sententiae meritis Papae constare non potuit, mandat eis ut eam legitime agnoscant confirmantes vel infirmantes eandem. Laterani Idibus Maii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 343. fol. 142.* — « Dilectis filiis (*leg.* Dilectvs filivs) abbas. »

5942. — *Laterani 15 Maii.*
Monasterium Richersberge cum omnibus bonis protegendum suscipit, specialiter autem ecclesiam Monesture ei a b. m. C(onrado) Pataviensi episcopo concessam confirmat. Laterani Idibus Maii anno decimo. — *VB. ob der. Enns II. 657; Potthast 652. n. 7575.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

5943. — *Laterani 19 Maii.*
« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apostolice Sedis Legato. » Mandat ei ut in causa inter (Giraldum de Gros) Bituricensem, et (Guillelmum Amanevi) Burdegalensem archiepiscopos super turbatione possessionis primatiae, quae a longis retro temporibus tractari coepit, convocatis in sua praesentia partibus, ad litem contestandam eos compellat, eorum testes diligenter examinet, ac ipsorum depositiones ad Apostolicae Sedis remittat examen, interim securitate regnum intrandi et in eo licite commorandi praefato Burdegalensi archiepiscopo a L(odovico) rege Francorum primitus procurata. Laterani XIIII. Kal. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. ep. 275. fol. 127; Horoy H-i opp. omn. V. 85. n. 146.* — « Licet a cognitione cavse. »

5944. — *Laterani 19 Maii.*
« (Petro) archiepiscopo Narbonensi. » Decimas quas bo. mem. A(rnaldus) Narbonensis archiepiscopus praedecessor suus, interveniente auctoritate Legatorum Apostolicae Sedis in Narbonensi dioecesi, Narbonensi ecclesiae acquisivit, ei ac successoribus suis confirmat. Laterani XIIII. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10 ep. 352. fol. 144; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 59; Horoy l. c. 84. n. 145. ex mss. du Theil.* — « Ivstis petentivm. »

5945. — *Laterani 20 Maii.*
« Petro preposito Glogoniensi. » Quum ipse pro domo Israelis et ecclesiastica libertate imperterrite episcopo Wratislaviensi assistat, indulget ei ut praeposituram Wratislaviensem ab episcopo praedicto Wratislaviensi ei collatam cum praepositura Glogoniensis ecclesiae retinere possit, ad quod concedendum Pontifex inductus fuit quia praedictae praepositurae sunt in diversis ecclesiis et neutra curam habet animarum. Laterani XIII. Kal. Iunii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 277. fol. 130.* — « Sicvt nvper nobis. »

5946. — *Laterani 20 Maii.*
« Archidiacono, Al. magistro scolarum, et Manuel canonico Tervisinis. » Mandat ut si eis constiterit A. canonicum sancti Georgii in Braida Veronensem, in mortem spiritualis patris sui prioris eius machinatum fuisse, saepius ac facilius ad contentiones esse pronum, et associatis sibi armatis quibusdam pestilentiae suae complicibus in domum villae de Sablom ad eandem ecclesiam pertinentem hostiliter irruisse, pluraque exinde exportasse, eum removeant ipsumque cogant ea quae de bonis ecclesiae detinet restituere, ac ad artum locum ubi condignam agat poe-

nitentiam transferatur. Laterani XIII. Kal. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 349. fol. 143; Mss. Vall. I. 53.* — « Ad avdientiam nostram. »

5947. — *Laterani 20 Maii.*

Patriarcham Gradensem et capitulum Castellanum, qui usque ad tempus quo declaratum fuit, monasterium s. Georgii maioris de Venetiis Ecclesiae Romanae immediate fore subiectum, consueverunt ad illud accedere ad exequias morientium invitati, postmodum autem ex rancore neque illuc pro exequiis defunctorum accedebant, nec ire alios sustinebant contra consuetudinem antiquam, monet ut ab huiusmodi praesumptuosis conatibus desistant. Laterani XIII. Kal. Iunii anno decimo. — *Vghelli Ital. sacra V. 1208; Cornelius Eccles. Venet. VIII. 237; Potthast. 652. n. 7576; Horoy H-i opp. omn. V. 86. n. 147.* — « Debetis loca religiosa. »

5848. — *Laterani 21 Maii.*

« Consulibus et populo Fanensibus. » Vt Azonem Anchonitanum et Estensem marchionem, qui de Marchia, sicut ea iam concessa fuit ab Apostolica Sede Azoni patri ac Aldobrandino fratri suo, est iterum investitus, in eorum dominum recipiant, eique fidelitatis iuramenta praestantes, de iustitiis et rationibus universis ad ipsum spectantibus respondeant; quod si difficiles in hoc se exhibuerint a C. praeposito Ferrariensi in Marchia commoranti ad id per censuram ecclesiasticam compellentur. Laterani XII. Kal. Iunii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 273. fol. 129; Mss. Vall. I. 53.* — « Apostolice Sedis benignitas. »

Illi C. praeposito scriptum est in eundem modum.

5949. — *Laterani 21 Maii.*

« (Bernardo) Lemovicensi episcopo. » Mandat ei ut magistro Gaufrido clerico, suoque apud Sedem Apostolicam procuratori, in aliqua ecclesiarum in qua melius expedire viderit in praebendali beneficio provideat. Laterani XII. Kal. Iunii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 293. fol. 133; Horoy H-i opp. omn. V. 90. n. 150. ex mss. du Theil.* — « Presentata nobis ex. »

5950. — *Laterani 21 Maii.*

« Dilectis filiis G. archidiacono et magistro R. subthesaurario Tullensi et F. canonico de Vico Metensis diocesis. » Mandat eis ut B. pauperi clerico, pro quo Metensi capitulo litteras dedit in mandatis ut eidem qui in eorum ecclesia ab adolescentia sua fideliter et devote servivit in praebendali beneficio providerent, canonicatum et praebendam assignent; ad quam quidam de ipso capitulo et numero et merito pauciores magistrum R. scolasticum et camerarium Virdunensem nominarunt, qui licet primiceriatum, archidiaconatum, scolastriam, et camerariam in ipsa Virdunensi ecclesia et in Treverensi praebendam obtinet, adhuc tamen ipsum B. super iam dicta praebenda inquietare non cessat: « cum indignum sit ut persone pluribus redditibus habundantes pauperes clericos super minoribus beneficiis inquietent. » Laterani XII. Kal. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 348. fol. 143; Horoy H-i opp. omn. V. 115. n. 168 ex mss. du Theil (21 Iunii).* « Dilectvs filivs B. »

5951. — *Laterani 22 Maii.*

« L(odovico) regi Francorum illustri. » Arguit eum quod occasione discordiae quae inter ipsum ex parte una et H(enricum) regem Angliae et R(iccardum) fratrem eius ex altera suborta est, Burdegalensem archiepiscopum terram suam per suas litteras intrare prohibuerit: quidam regii balivi quasdam possessiones et redditus eiusdem archiepiscopi non sine ipsius regis conniventia contra iustitiam occupaverint: in-

super quidam homines nobiles viri Senescalci Pictavenses quosdam servientes ipsius in eius praesencia vulneraverint aliisque modis ipsum et ecclesiam Burdegalensem molestando: quare eum monet et hortatur ut archiepiscopum memoratum « tamquam maximum ecclesie Dei membrum » ob reverentiam beati Petri et ipsius Pontificis, iam dictis litteris penitus revocatis, benigne recipiat et honeste pertractet. Laterani XI. Kal. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 137. fol. 141; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 45; Bouquet Rec. XIX. 774; Potthast 652. n. 7577; Horoy H-i opp. omn. V. 87. n. 148. (21 Maii).* — « Novit ille qvi. »

5952. — *Laterani 23 Maii.*

« Sancti Antonini Appamarum, Lesatensi, et Asiliensi abbatibus, Tolosane diocesis. » Mandat eis ut processum ab (Amaniano) archiepiscopo Auxitano tunc episcopo Bigorritano super inquisitione monasterii Condumensis examinent, et si dictus processus canonicus non fuerit, nullum nuntiantes, ad abbatem Exiensem et collegas suos negotium remittant, si vero est legitimus, faciant eum usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Laterani X. Kal Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 268[2]. fol. 128; Horoy H-i opp. omn. V. 91. n. 151 ex mss. du Theil.* — « Ex insinvatione conventvs. »

5953. — *Laterani 23 Maii.*

« P. abbati Montisbelli. » Cum conventus sancti Dionisii Mediolanensis, et G. et M. monachi eiusdem conventus, inter quos causa super electionibus de ipsis ibidem factis vertebatur, potestatem providendi eidem monasterio de abbate contulerint archiepiscopo Mediolanensi, episcopo Cumano, S. Maioris ecclesiae et V. canonicae Decumanorum Mediolanensibus canonicis, qui omnes iudices a Papa in hac causa deputati fuerant, ipsorum iudicum et conventus supplicationibus annuens indulget ei, ut a cura monasterii Montisbelli absoluto, ad monasterium praedictum sancti Dionisii transeat. Laterani X. Kal. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 350. fol. 143.* — « Venerabiles fratres nostri. »

5954. — *Laterani 24 Maii.*

Magistrum et fratres hospitalis b. Mariae in Antwerpia cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione snscipit. Laterani IX. Kal. Iunii anno decimo. — *Diercxsens Antverpia I. 195; Potthast append. 2097. n. 7576a-26158.* — « Sacrosancta Romana Ecclesia. »

5955. — *Laterani 25 Maii.*

Episcopo Cameracensi mandat, ut magistro, fratribus et sororibus domus hospitalis s. Mariae in Antwerpia, si viderit expedire, licentiam concedat construendi capellam et habendi capellanum proprium in eadem. Laterani IX. Kal. Iunii anno decimo. — *Diercxsens l. c. 198; Potthast append. 2098. n. 7576b-26159.* — « Svpplicarvnt nobis dilecti. »

5956. — *Laterani 25 Maii.*

« Conventui sancti Galli. » Cum episcopus Curiensis diu in eorum monasterio officium abbatiae gessisset, et ipsi post eius ad episcopalem dignitatem assumptionem, regimen eiusdem monasterii ad triennium concessissent, mandat eis ut infra viginti dies post tempus ad gubernationem ipsius monasterii supradicto episcopo indultum, per electionem canonicam de persona idonea in abbatem sibi provideant. Laterani VIII. Kal. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 270. fol. 128; Rodenberg Ep. Sel. 230. n. 303. (24 Iunii).* — « Cvm venerabilis frater. »

5957. — *Laterani 25 Maii.*

« Archidiacono et capitulo Brundusinis. » Vt in detentores rerum de navi Hospitalis

Ierosolimitani de Barulo, quae iuxta Brundusium naufragium passa est, excommunicationis sententiam proferant eamque solemniter publicantes inviolabiliter observari faciant. Laterani VIII. Kal. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 278. fol. 130. Mss. Vall. I. 53.* — « AVDIVIMVS NVPER VNDE. »

5958. — *Laterani 25 Maii.*

(Iacobo) Suessionensi episcopo et magistro P. de Collemedio capellano suo Parisius commoranti et N. archidiacono Bugonensi (Lingonensi?) mandat, ut in causa matrimonii inter Willelmum de Dampetra et M. sororem comitissae Flandriae iuxta priorum litterarum continentiam procedant. Laterani VIII. Kal. Iunii anno decimo. — *Martene Thes. anecd. I. 936; Bouquet l. c. 775; Potthast 652. n. 7578; Horoy H-i opp. omn. V. 94. n. 154.* — « CVM CAVSAM MATRIMONII. »

5959. — *Laterani 27 Maii.*

« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apostolice Sedis Legato. » Causam inter ducem Brabantiae crucesignatum ex una parte et no. mulierem comitissam Flandriae ex altera, super quadam pecuniae summa, post diversos successus coram Coloniensi archiepiscopo, Leodiensi et Cameracensi episcopis, eidem committit, quatenus partibus ad locum tutum infra sex dietas propinquum vocatis et auditis hinc inde propositis decernat: quod si forsan partes ad locum per sex dietas propinquum diversis impeditus negotiis nequiverit convocare, sciat se dedisse litteris in mandatis decano Suessionensi, vicedomino Remensi et praecentori sancti Gereonis Coloniensis ut in causa ipsa procedant. Laterani VI. Kal. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 269. fol. 128.* — « NOBILIS VIR DVX. »

5960. — *Laterani 30 Maii.*

« H. procuratori et capitulo ecclesie Aversane. » Mandat eis ut omnes proventus et fructus episcopum Aversanum contingentes usque ad adventum ipsius fideliter custodiant et integre conservent. Laterani III. Kal. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 275. fal. 129.* — « CVM VENERABILI FRATRI. »

5961. — *Laterani 30 Maii.*

« Monachis sancte Marie maioris de Tibure. » Compositionem inter ipsos et Farfense monasterium per P(elagium) episcopum Albanensem factam, tam super iure spirituali quam temporali quod in eorum ecclesia Farfense monasterium se habere asserebat, confirmat, ut in instrumento dictae compositionis condito die 9 Apr. 1226 in quo inter testes legitur Petrus Colimbriensis episcopus et Iohannes Calagurritanus electus, quod ad verbum refertur. Later. III. Kal. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 281. fol. 130.* — « EA QVE IVDICIO. »

5962. — *Laterani 30 Maii.*

« Duci et populo Venetorum. » Super negotio ecclesiae Tirensis, auditis quae M. Storlatus civis et nuntius eorum exposuit, mandat ut in tempus magis opportunum illud differatur, ita tamen quod ex dilatione huiusmodi neutri parti praeiudicium generetur: super facto vero Cremonensium et Ferrariensium licet certe satis grave fuerit, eorum precibus acquiescit. Laterani III. Kal. Iunii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 282. fol. 130.* — « VENIENTEM AD PRESENTIAM. »

5963. — *Laterani 30 Maii.*

« Archiepiscopo Cesariensi, Sydoniensi et Beritensi episcopis. » Mandat eis ut quotiens ab Acconensi episcopo requisiti fuerint, cum valde ei dispendiosum esset in ultramarinis partibus constitutus pro singulis querelis Apostolicam Sedem adire, molestatores eius in sua dioecesi constitutos, ut ei ablata restituant et de damnis et iniuriis satisfaciant, compescant. Laterani III. Kal. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat.*

lib. 10. epist. 286. fol. 131. — « QVONIAM NIMIS DISPENDIOSVM. »

5964. — *Laterani 30 Maii.*

« (Henrico) episcopo, preposito et decano Wormaciensibus. » Reclamante Sophia abbatissa Quindeliburgensis monasterii quod arbitrium Conradi Portuensis et sanctae Rufinae episcopi Apostolicae Sedis Legati apud Medegeburgum, in causa inter ipsam dominam abbatissam ex una parte, et dominam Bertradem, conventum, vassallos, ministeriales, et cives ex parte altera super abbatia Quindeliburgensi et aliis variis causis: in qua litteras ad Madeburgensem archiepiscopum et coniudices suos direxerat Apost. Sedes, et C(onrado) quondam Alberstatensi episcopo inquisitio contra dictam abbatissam commissa fuerat; mandat eis ut si arbitrium invenerint « quale est transcriptum inferius, » capitula ipsius in enorme monasterii praeiudicium irrita denuntient, absolventes quoad eadem capitula dictam abbatissam ab observantia praestiti iuramenti, approbantes cetera, nec non et observari ea firmiter facientes: arbitrium ipsum ad verbum refertur. Laterani III. Kal. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 289. fol. 131; Rodenberg Ep. Sel. 222. n. 297.* — « OBLATA NOBIS OLIM. »

5965. — *Laterani 30 Maii.*

Abbati de Begham indulget ne per commissiones Sedis Apostolicae, quas de cetero ad ipsum impetrari contigerit, procedere teneatur. Laterani III. Kal. Iunii anno decimo. — *Rymer Foedera I. 1. 101; Potthast 652. n. 7579; Horoy H-i opp. omn. V. 93. n. 152. (15 Maii)* — « A NOBIS HVMILITER. »

5966. — *Laterani . . . .*

Monasterii in Wülzburg protectionem suscipit. Laterani mense Maii anno decimo. — *Yung Antiq. monast. in Wülzburg 4; Schütz Corp. historiae Brandenb. dipl. IV. Abh. 65. n. 28; Falckenstein Vrkunden 47. n. 30; Falckenstein Antiq. Nordgav Eichst. 11. 47. n. 3; Potthast 652. n. 7580; Horoy l. c. n. 153.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

5967. — *Laterani Maii-Iunii.*

« F(riderico) illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie. » De ipso vehementer conqueritur quod ingratus sit erga Romanam Ecclesiam a qua iam a tenella eius aetate innumera recepit beneficia, cum ad preces imperatricis Constantiae eum In(nocentius PP. III) sub tutela habuit, eique ab impii Marcoaldi et a Philippi quondam ducis Sveviae machinationibus regnum Siciliae defendit, illuc bo. me. C(intio) sancti Laurentii presbytero Cardinali, nobili viro comite Iacobo (Conti) consobrino suo multis associato militibus in eius subsidium destinato; exprobat illius erga Tarentinum archiepiscopum et Cathaniensem et Cephaludensem episcopos violentiam, perfidiam erga Thomasium (de Celano) Rainaldum de Aversa caeterosque comites, ingratum animum in Iohannem regem Ierosolimitanum socerum suum, ius mercatoribus Romanis denegatum, castri Arcuatae aliorumque castrorum ecclesiae invasionem: monet eum ne prospera seducant et a debita devotione removeant. Dat. ut supra Laterani (absque signo chronologico). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 262. fol. 124; Mss. Vall. I. 53; Rainaldi Ann. Eccl. 1226. n. 3; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 867; Hahn Collect. I. 294; correctius ed. La Porte du Theil in Notic. et extr. II. 258; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 589; male tribuunt Gregorio IX Tengnagel Vet. monum. 440; Mansi Conc. XXIII. 91; germanice v. Raumer Hohenstaufen III. (1857) 170; Potthast 652. n. 7581; Horoy H-i opp. omn. V. 96. n. 156 (mense Iunii incipiente); Rodenberg. Ep. Sel. 216. n. 296 (initio mensis maii).* — « MIRANDA TVIS SENSIBVS. »

5968. — *Laterani 1 Iunii.*

« Duci et populo Venetorum. » Auditis quae M. Storlatus civis et nuntius eorum super negotio ecclesiae Acconensis proposuit, processum eiusdem negotii ad beneplacitum suum differt, ita tamen quod ex dilatione huiusmodi neutri parti praeiudicium generetur: verum, cum episcopus Acconensis asserat huiusmodi dilationem esse sibi dispendiosam, eamque eo molestius ferat quod plebanus sancti Marci Acconensis in pluribus asserit excedere contra eum, gratum et acceptum erit Pontifici si amicabilis concordia intercedat. Laterani Kal. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 282. fol. 130.* — « VENIENTEM AD PRESENTIAM. »

5969. — *Laterani 1 Iunii.*

« Episcopo Melfitensi et magistro Vrso canonico Barensi. » Etsi processum electionis quam de Riccardo fratre domus Militiae Templi in Lavellensi ecclesia facta fuit Pontifex cassavit; quum tamen de eodem laudabile testimonium perhibeatur, mandat, ut diligenter examinata eadem electione, ipsum si idoneum invenerint ad honorem pontificalis officii obtinendum, eidem ecclesiae praeficiant. Laterani Kal. Iunii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 283. fol. 131.* — « INTELLECTO PROCESSV ELECTIONIS. »

5970. — *Laterani 1 Iunii.*

« Abbati sancti Vincentii Cenomanensis. » Vt circa monachos suos valeat in victu et vestitu et aliis, sicut per religiosa loca sui ordinis servatur, in partibus Galliae dispensare, ita tamen quod nichil *(sic)* per hoc contra prohibitionem regulae beati Benedicti praesumatur. Laterani Kal. Iunii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 285. fol. 131.* — « LICET SECVNDVM BEATI. »

5971. — *Laterani 2 Iunii.*

« Abbati sancti Dionisii, archidiacono, et cancellario Mediolanensibus. » Vt ad monasterium sancti Stephani de Cornu Laudensis dioecesis, quod per malitiam A. qui pro abbate se gerit in spiritualibus et temporalibus valde est collapsum, accedant, compellentes dictum A. ad referendum libros, ornamenta, privilegia et caetera instrumenta monasterii quae alias clam fecerat transportari, ipsum si eius merita postulant a monasterio removeant, et corrigant in aliis quae viderint corrigenda. Laterani IIII. Non. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 290. fol. 133.* — « PER TVAS NOBIS. »

5972. — *Laterani 2 Iunii.*

« (Mauritio) episcopo, magistro scolarum Cenomanensibus, et archipresbytero Sagonensi Cenomanensis diocesis. » Abbate sanctae Mariae Blesensis supplicante, mandat ut eos quos episcopus Carnotensis et eius collegae ob occisionem bo. me. Hervei eiusdem loci abbatis condemnavit, quum non sit tutum ut ponantur iuxta monasterium suum eo quod illud per propinquorum potentiam gravius perturbarent, faciant, qui sunt in carcerem retrudendi longe ab ipso monasterio carcerari, et transferentes ad alia monasteria collocari faciant in locis in quibus viderint expedire. Laterani IIII. Non. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 292. fol. 133; Horoy H-i opp. omn. V. 95. n. 155 ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS ABBAS. »

5973. — *Laterani 2 Iunii.*

« Presbytero Iac. priori sancti Thome, Ranucio et Wilelmo canonicis Viterbiensibus. » Quoad causam inter B. Solde civem Viterbiensem et quondam B. de Panzo et demum V. nepotem et haeredem eius, super quadam vinea et rebus aliis vertentem, in qua archipresbyter sancti Xisti et college sui pro B. Solde sententiam protulerunt, quam bo. me. Viterbiensis electus et sui coniudices confirmarunt, et prior sancti

Martini et eius college observari mandarunt, supersedeant. Laterani III. Non. Iunii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. ep. 284. fol. 131.* — « Referente B. Solde. »

5974. — *Laterani 3 Iunii.*
« (Alberto) Magdeburgensi archiepiscopo. » Reclamante abbate monasterii Niemburgensis, quod ipse archiepiscopus contra indulta ab Ap. Sede concessa pro suae libito voluntatis praetendit eligere advocatum eiusdem monasterii, et monasterium ipsum multis damnis, iniuriis et gravaminibus affecit se innitendo cuidam iniquae permutationi quam W. archiepiscopus Magdeburgensis praedecessor suus cum incl. re. F(riderico) imperatore fecerat, recipiendo ab ipso monasterium et ei castrum quoddam et alia quaedam in concambium tribuendo, mandat ut per se vel per procuratorem coram Pontifice compareat exhibiturus memorato abbati iustitiae complementum. Laterani III. Non. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 298. fol. 134; Rodenberg Ep. Sel. 226. n. 299.* — « Exponente dilecto filio. »

5975. — *Laterani 4 Iunii.*
« Abbati et conventui sancte Genovefe Parisiensis. » Renuntiationem ab hominibus de Roonio Parisiensis dioecesis quaestioni super manu mortua, quae inter ipsos longe retro temporibus agitabatur et Lodowici et Philippi filii eius regum Franciae definitione sopita temere suscitata erat, auctoritate Apostolica confirmat. Laterani II. Non. Iunii. (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 291. fol. 133; Horoy H-i opp. omn. V. 105. n. 157 ex mss. du Theil.* — « Ivstis petentivm. »

5976. — *Laterani 4 Iunii.*
« (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino. » Mandat ut excommunicationis sententiam ab eo in praelatos, canonicos et alios clericos civitatis et dioecesis Warmaciensis (*al.* Wormatien.) latam eo quod taxatam pecuniam pro solutione debitorum ecclesiae Warmaciensis solvere contempserunt, usque ad satisfactionem condignam faciat inviolabiliter observari. Laterani II. Non. Iunii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 297. fol. 134; Vürdtwein Nova Subs. IV. 133; Potthast 653. n. 7582; Horoy H-i l. c. 106. n. 158; Rodenberg Ep. Sel. 226. n. 298.* — « Ex parte tva. »

5977. — *Laterani 4 Iunii.*
« (Hugolino) archiepiscopo Beneventano. » Mandat ei ut Robertum pauperem clericum iuxta mandati Apostolici tenorem ad ipsum et ad R. subdiaconum et capellanum Pontificium rectorem Beneventanum directum, in corporalem possessionem reinducat de canonica ecclesiae Larinensis, cuius ob Larinensis episcopi et aliorum malitiam pacifica non potest possessione gaudere, et episcopum et capitulum Larinenses aliosque qui contradixerint per censuras ecclesiasticas compescat. Laterani II. Non. Iunii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. ep. 309. fol. 136.* — « Dilectvs filivs Robertvs. »

5978. — *Laterani 5 Iunii.*
« Maioris ecclesie, et sancte Marie ad Gradus prepositis et decano sancte Marie ad Gradus Coloniensibus. » Quum Herbipolensi episcopo indultum fuerit non accedendi personaliter ad concilium quod in civitate vel dioecesi Maguntina ab archiepiscopo Maguntino celebratur, quia tutus ire non poterat eo quod consanguinei, complices et amici illorum qui ob occisionem C(onradi) Herbipolensis episcopi (an. 1202) puniti erant eius sanguinem sitiebant, mandat eis si cognoverint quod idem episcopus secure accedere potest ad Maguntinam civitatem, praedictum indultum revocent. Laterani Nonis Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 288. fol. 131; Würdtwein Nova*

Subs. IV. 125; Potthast 653. n. 7583; Horoy H-i opp. omn. V. 107. n. 159; Rodenberg Ep. Sel. 227. n. 300. — « SIGNIFICANTE OLIM NOBIS. »

5979. — *Laterani 5 Iunii.*

« (Rainaldo) Lugdunensi et (Iohanni) Viennensi archiepiscopis, et magistro P. de Botheon canonico Viennensi. » Mandat eis ut ad Aniciensem ecclesiam personaliter accedentes, debitis omnibus episcopii et capituli diligenter inquisitis, proventus et redditus universos eiusdem ecclesiae fideliter colligi faciant et collectos in solutionem debitorum episcopii et capituli eorundem erogent: ita quod primo Senensibus et Romanis creditoribus videlicet Iohanni Girardi civi Romano, Ranuccio Spinelli et sociis eorum mercatoribus Senensibus, et Mathiae Guidonis Marronis pro se et sociis suis tam Papiensibus quam Lucensibus, aliisque subsequenter, provisuri ut omnes praelati ceterique ecclesiastici civitatis et diocesis Aniciensis ad persolvenda debita subveniant. Laterani Non. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 295. fol. 134; Mss. Vall. I. 53.* — « LICET NON DEBEANT. »

5980. — *Laterani 5 Iunii.*

« Acensatoribus capituli et burgensibus Aniciensibus. » Monet et obsecrat eos, quatenus, quum quaedam pars proventuum seu reddituum tam episcopii quam capituli ecclesiae Aniciensis ad certum terminum ipsis fuerit obligata, substineant a perceptione dictorum proventuum seu reddituum quousque Senensibus et Romanis creditoribus fuerit satisfactum, alioquin a Lugdunensi et Viennensi archiepiscopis et a magistro P. de Boteon (*al.* Botheon) canonico Viennensi per censuram ecclesiasticam compellentur. Dat. ut supra (Laterani Nonis Iunii anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 296. fol. 134; Mss. Vall. 1. 53.* — « VENERABILIBVS FRATRIBVS NOSTRIS. »

5981. — *Laterani 5 Iunii.*

« Abbatisse et conventui sancti Petri de Arauca Lamecensis diocesis. » Ad earum et nobilis mulieris M. filiae cl. me. S. regis Portugallie, qui in eorum monasterio ius obtinet patronatus, instantiam, ordini monialium Nigri ordinis Cisterciensem ordinem ibi substituit, et remissionem census quam episcopus et capitulum Lamecenses, accepta recompensatione trium casalium, eidem monasterio fecerunt, confirmat. Later. Nonis Iunii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 299. fol. 134.* — « LITTERE VENERABILIS FRATRIS. »

In eundem modum scriptum est episcopo et capitulo Lamecensibus verbis competenter mutatis.

5982. — *Laterani 9 Iunii.*

« (Stephano) archiepiscopo Cantuariensi sancte Romane Ecclesie Cardinali, et (Richardo) episcopo Saresberiensi, et dilecto filio abbati Westmonasterii Londoniensi. » Vt abbatem de Teokesbyr̃ in negotio litterarum Apostolicarum super usu pontificalium, quae Wigorinensis episcopus loci dioecesanus ei denegabat; quod quidem negotium primo coram Eliensi episcopo et eius collegis et postea coram episcopo Conventrensi et eius collegis ex mandato Sedis Apostolicae tractatum fuit, mandat ne ipsum abbatem permittant de cetero molestari, et si constiterit eum effectu litterarum illarum aliter usum esse significent Apostolicae Sedi veritatem. Laterani V. Idus Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 294. fol. 133; Musaeum Brit. add. mss. 15352.* — « DILECTVS FILIVS ABBAS. »

5983. — *Laterani 9 Iunii.*

« F(riderico) illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie. » Eum hortatur et rogat ut Henricum comitem de Zuerĩc compellat ad restituendum W(aldemaro) regi Daciae obsides et pecuniam

quam ab ipso pro restituenda eius libertate recepit, nec eum super solutione residui molestet. Laterani V. Idus Iunii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 302. fol. 135; Mss. Vall. I. 53; Suhm Hist. af. Danmark IX. 763; Meklenb. UB. I. 319. n. 326; cf. Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 608; Potthast 653. n. 7484; Horoy H-i opp. omn. V. 109. n. 160.* — « TRIA SVNT QVE. »

In eundem modum scriptum est (Conrado) Portuensi episcopo Apostolicae Sedis Legato ut dictum imperatorem moneat et ad id inducat. — *Reg. Vat. l. c.*

5984. — *Laterani 9 Iunii.*

« Nobili viro Henrico comiti de Zweriĉ. » Monet eum et rogat praecipiens ut (Waldemaro) regi Daciae domino suo obsides et pecuniam quam a rege praedicto recepit sine difficultate restituat, aliter contra ipsum spiritualiter et temporaliter secundum immanitatem malitiae suae procedet. Laterani V. Idus Iunii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 303. fol. 135; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 53; Meursii opp. IX. 390. not. Gramm.; Gruber Orig. Livon. 264; Meklenb. UB. I. 318. n. 325; non integra ap. Scheid Orig. Guelf. IV. 18; fragm. ap. Suhm l. c. 765; Potthast 653. n. 7585; Horoy l. c. 110. n. 161; Rodenberg Ep. Sel. 229. n. 302.* — « OLIM CREDIDIMVS QVOD. »

5985. — *Laterani 9 Iunii.*

« Decano et capitulo Eboracensibus. » Mandat eis ut magistro Laurentio de sancto Nicolao subdiacono et capellano Pontificio eorum concanonico, non obstante quod Eboracensis archiepiscopus ecclesiam de Torkelintōn illius addidit praebendae, sive praesenti sive absenti etiam sex marcas quas alii percipiunt annuatim solvant. Laterani V. Idus Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 307. fol. 136; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « CVM ECCLESIA VESTRA. »

5986. — *Laterani 9 Iunii.*

« Magistro Laurentio de sancto Nicolao subdiacono et capellano nostro. » Indulget ei ut ecclesiam de Torkelintōn ab Eboracensi archiepiscopo in augmentum praebendae quam in Eboracensi ecclesia obtinet gratis oblatam, confirmat. Dat. ut supra (Laterani V. Idus Iunii anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 308. fol. 136; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « CVM COLLATA TIBI. »

5987. — *Laterani 10 Iunii.*

« Priori et conventui monasterii sancti Laurentii de Aversa. » Mandat eis ut pecuniam et quidquid aliud de proventibus Apuliae ad eos pervenit, ad eorum abbatem pro creditoribus satisfaciendis destinent. Laterani IIII. Idus Iunii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 300. fol. 134.* — « CVM DILECTVS FILIVS ABBAS. »

In eundem modum scriptum est Leonardo procuratori sancti Laurentii de Aversa.

5988. — *Laterani 11 Iunii.*

« (Guncello) archiepiscopo Spalatensi et suffraganeis eius. » Mandat eis quatenus Caceclos Almesianos piratas, qui promiserunt piraticam tyramnidem dimittere, moneant, ut cessantes a malo, benefacere incipiant et persistant. Laterani III. Idus Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 301. fol. 134; Mss. Vall. I. 53; Fejér Cod. dipl. III. II. 84; Theiner vet. mon. Slavor. merid. I. 73. n. 87; Potthast 653. n. 7587; Horoy H-i opp. omn. V. 111. n. 163.* — « FRATERNITATIS VESTRE LITTERAS. »

5989. — *Laterani 11 Iunii.*

« Capitulo Roskildensi. » Indulget eis, ut nemo eos invitos cogere possit ad recipiendum in eorum ecclesia canonicos, quo-

rum personae defectum natalium patiuntur. Laterani III. Idus Iunii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 305. fol. 135; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Suhm Hist. af. Danmark IX. 766; Potthast 653. n. 7586; Horoy l. c. n. 162.* — « Cvm a nobis petitvr. »

5990. — *Laterani 11 Iunii.*

« Potestati et populo Pisanis spiritum consilii sanioris. » Arguit eos quod perfidum Vbaldum eorum civem fovendo bona Apostolicae Sedis tenent occupata, et Henricum de Ceule maritum nob. m. domicellae (Benedictae) in maiorem Apostolicae Sedis iniuriam capiendo aliquando detinuerunt carceri mancipatum: mandat eis ut praedictae nobili mulieri restitui faciant terram ad Romanam Ecclesiam pertinentem et praefatum Vbaldum protinus revocent de Sardinia. Laterani III. Idus Iunii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 306. fol. 135; Mss. Vall. I. 53.* — « Iam per vos ipsos. »

5991. — *Laterani 11 Iunii.*

« *(Desunt nomina episcoporum quibus haec epistola scripta est).* » Mandat ut ipsi « fratres episcopi » servari faciant quae ab eis circa reformationem Bantini monasterii in visitatione eiusdem statuta fuerant circa monachos iam eiectos, iniuncta eis penitentia de commissis: eisque per monasteria diversa dispersis, in monasterium ipsum introducant religiosos alios eiusdem ordinis, scientes nobili viro Henrico de Motra imperiali iustitiario scripta dirigere ut ad eorum requisitionem auxilium suum impendat. Laterani III. Idus Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 336. fol. 141.* — « Tempvs est vt bantinvm. »

5992. — *Laterani 12 Iunii.*

« Nobili mulieri Domicelle Benedicte. » Etsi contra Pontificis voluntatem, a quo licentiam petere debebat, cum Henrico de Ceole (*al.* de Ceule) dioecesis Lucanae legitime matrimonium contraxit, G. subdiacono et capellano Pontificio Apost. Sedis Legato suum super hoc accommodante consensum, memoratum matrimonium ratum habet. Lat. II. Idus Iunii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 304. fol. 135; Mss. Vall. I. 53.* — « Licet incavte fecisse. »

5993. — *Laterani 15 Iunii.*

« Elenensi episcopo, abbati sancti Genesii Elenensis diocesis, et precentori Elenensi. » Quum ab R. priore de Vlmo procuratore G. A. et P. de Monteforti canonicorum monasterii sanctae Mariae de Villa Bertrandi ord. sancti Augustini Pontifici relatum fuerit, quod super inquisitione a Gerundensi episcopo loci dioecesano in illa ecclesia facta, eorum abbate ad Terraconensem archiepiscopum metropolitanum suum frustratorie appellante, Pontifex ad quem idem abbas appellaverat abbati sancti Andreae de Sureda et suis collegis mandaverit ut in inquisitione finaliter procederent: quae demum causa, eodem abbate falsum asserente commissa fuit abbati sancti Felicis Gixallensi et suis coniudicibus; quum tandem ad ipsam iudicandam episcopus, abbas et praepositus Elenenses deputati fuerint, et idem episcopus defunctus sit et praepositus se recusaverit, et interim praefatus abbas in monasterio ipso enormia patraverit, mandat ut, ipsi eo personaliter accedentes inquirant et decernant. Laterani XVII. Kal. Iulii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 319. fol. 137.* — « Constitvtvs in presentia. »

5994. — *Laterani 16 Iunii.*

« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apostolice Sedis Legato. » Mandat ei ut provideat efficaciter cum Lodowico rege Francorum quod nuntii Henrici regis Anglorum ad Apostolicam Sedem venien-

tes transitum habeant per regnum Francie veniendo et redeundo securum. Laterani XVI. Kal. Iulii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 314. fol. 137; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Cvm hii qvi. »

5995. — *Laterani 16 Iunii.*
« Abbati et conventui Case Nove Cisterciensis ordinis. » Quoad causam subortam inter ipsos ex una parte et magistrum et fratres domus miliciae Templi de Barulo ex altera, super possessionibus quae sunt de tenimento Ferre atque illis quae sunt inter Luceriam et Serram; quae causa primum Egidio subdiacono et capellano ipsius Pontificis, et demum, eo infirmitate correpto, Rolandus subdiaconus et capellanus Pontificius eius loco subrogatus fuit, huius definitivam sententiam, qua G. eorum procuratorem nomine monasterii ab alterius procuratoris impetitione absolvit, ratam habet et confirmat. Laterani XVI. Kal. Iunii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 354. fol. 144.* — « Ea qve ivdicio. »

5996. — *Laterani 17 Iunii.*
« Nobili viro Riccardo comiti Pictavie. » Significat ei quod saepe pro iuribus eius et Hen(rici) regis Angliae germani sui scripsit R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apostolicae Sedis Legato ut illibata permaneant, sed ad praesens expedire non putat alias super hoc litteras destinare: cum autem res postulare videbitur, in hiis et in aliis se facturum promittit quod ad utilitatem ipsius regis et suum viderit pertinere. Laterani XV. Kal. Iulii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 315. fol. 137; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Bouquet Rec. XIX. 774; Potthast 653. n. 7588; Horoy H-i opp. omn. V. 126. n. 175 (17 Iulii).* — « Satagentes ivra karissimi. »

5997. — *Laterani 17 Iunii.*
« (Mauritio) episcopo Cenomanensi. » Circa constitutionem ad monasterium Sublacense de esu carnium datam, quae per extortae interpretationis iniuriam suis affectibus interpretare nituntur respondet « quod gratis errant gratoque sibi blandiuntur errore dum in talibus appetitus licentiam ultra conantur extendere quam regularis observantie providentia patiatur. » Laterani XV. Kal. Iulii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 313. fol. 137; Horoy H-i opp. omn. V. 112. n. 164 ex mss. du Theil (XI Kal. Iulii).* — « De monachis illis. »

5998. — *Laterani 18 Iunii.*
R(omano) S. Angeli diacono card. apostolicae sedis legato causam inter (Giraldum) Bituricensem et (Guilelmum) Burdegalensem archiepiscopos super turbatione possessionis primatiae ac quibusdam aliis vertentem iterum committit. Laterani XIV. Kal. Iulii anno decimo. — *Bouquet l. c. 774; Potthast 653. n. 7589.* — « Licet a cognitione. »

5999. — *Laterani 19 Iunii.*
« Batontino (*in e. l.* Batoniensi), Melfitensi, et Rubensi episcopis suffraganeis Barensis ecclesie. » Mandat eis ut P(almerio) electo Iuvenacensis ecclesiae, cuius electionem Barensis archiepiscopus loci metropolitanus confirmaverat consecrationis munus impendant. Laterani XIII. Kal. Iulii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 311. fol. 136.* — « Dilecti filii capitvlvm. »

6000. — *Laterani 19 Iunii.*
« Abbati et conventui sancti Eutichii. » Sententiam quam pro eis contra abbatem sancti Laurentii de Fano Reatinae dioecesis super eo quod petebat restitutionem ecclesiae Sanctissimae Trinitatis, (Nicolaus) episcopus Tusculanus in illis partibus auditor promulgavit, confirmat, sententiae ipsius tenorem ad verbum referens. Laterani XIII.

Kal. Iulii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 312. fol 136.* — « Ea qve ivdicio. »

6001. — *Laterani 19 Iunii.*

Abbati et priori monasterii s. Remigii Remensis indulget, ne per commissiones sedis apostolicae, quas de cetero ad eos impetrari contigerit, procedere teneantur, nisi fecerint de indulgentia huiusmodi mentionem. Laterani XIII. Kal. Iulii anno decimo. — *Varin Arch. admin. de Reims I. 11. 538. n. 104; Potthast 653. n. 7590; Horoy H-i opp. omn. V. 113. n. 165.* — « A nobis hvmiliter. »

6002. — *Laterani 19 Iunii.*

Abbati et conventui de Passelet Cluniac. ord. concedit, ut redditus quosdam monasterii ad sustentationem fratrum et hospitum deputatos, quos quibusdam familiaribus suis quoad viverent concesserant, ad usus huiusmodi revocare possint. Laterani XIII. Kal. Iulii anno decimo. — *Registrum monasterii de Passelet 415; Potthast 653. n. 7591; Horoy l. c. n. 166.* — « A nobis hvmiliter. »

6003. — *Laterani 19 Iunii.*

Decano et canonicis Wetslariensibus parochialem ecclesiam Wetslariensem ad eos eorumque ecclesiam pertinentem confirmat. Laterani XIII. Kal. Iulii anno decimo. — *Gudenus Cod. dipl. V. 4; Potthast 654. n. 7592; Horoy l. c. 114. n. 167.* — « Cvm a nobis. »

6004. — *Laterani 22 Iunii.*

« Eboracensi et Norhimbrie decanis, et archidiacono Norhimbrie Dunelmensis diocesis. » Quum prior et conventus Carleolenses ordinis sancti Augustini iniustam et improvidam reclament divisionem, quam abbas de Holcultram et eius collegae de mandato Sedis Apostolicae circa possessiones et redditus ecclesiae Carleolensis inter episcopum et priorem et conventum praedictos peregerunt, mandat eis ut super hoc inquirant et quae invenerint per fidelem et idoneum nuntium in scriptis ad Papam transmittant. Laterani X. Kal. Iulii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 318. fol. 137; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Ad hoc Devs. »

6005. — *Laterani 25 Iunii.*

« (Isoni) episcopo Verdensi (*deest in Horoy*) et abbati de Luna Verdensis diocesis. » Mandat eis ut W(aldemarum) regem Daciae a iuramento quod ab eo extorsit (Henricus) comes de Zueric, quod ei solveret non modicam pecuniae quantitatem ac interim filios suos obsides ei daret, ad cautelam absolvant et moneant dictum comitem ut memorati regis vassallis huiusmodi iuramenta remittat. Laterani VII. Kal. Iulii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 316. fol. 137; Suhm Hist. af. Danmark IX. 766. deficiente exordio; Meklenb. UB. I. 320. n. 328; Potthast 654. n. 7593; cf. fragm. in Horoy H-i opp. omn V. 116. n. 169; Rodenberg Ep. Sel. 230. n. 304.* — « Petitio tva nobis. »

6006. — *Laterani 25 Iunii.*

« Priori Roccide vallis Pampilonensis diocesis. » Mandat ei ut litteras quasdam Apostolicas ab episcopo et capitulo Pampilonensibus obtentas super negotio pecuniae quam praedecessor ipsius episcopi a Gerardo Iohannis Nicolai et eius sociis civibus Romanis mutuo recepit revocet. Laterani VII. Kal. Iulii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 317. fol. 137.* — « Significantibvs olim dilectis. »

6007. — *Laterani 26 Iunii.*

« W(aldemaro) illustri regi Dacie. » Absolvit eum a iuramento quod ab eo extorsit Henricus comes de Zueric vassallus eius dum eum carceri mancipatum tenebat quod ei solveret quandam non modicam pecuniae quantitatem ac interim filios suos obsides ei daret, cum adimpletio promis-

sionis qua diu ante captionem suam se solemniter obligaverat ad subsidium Terrae Sanctae magnifice impendendum, per hoc impediatur omnino. Laterani VI. Kal. Iulii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 316. fol. 137; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 52; Suhm Hist. af. Danmark IX. 765; Meklenb. UB. I. 321. n. 329; Potthast 654. n. 7594; Horoy H-i opp. omn. V. 116. n. 170; Rodenberg Ep. Sel. 230. n. 304.* — « PETITIO TVA NOBIS. »

6008. — *Laterani 26 Iunii.*

« (Guilielmo) episcopo Wigorniensi. » Mandat ei ne abbati et conventui de Theokesbir (*al.* Thekesbir) materiam praebeat conquerendi pro eo quod in eorum monasterio aliquando celebrat ordines et vel ipse vel archidiaconi ac officiales sui sinodos vel alia capitula congregant, cum exinde quies monastici ordinis multipliciter perturbatur et alias eidem monasterio grave imminet detrimentum. Laterani VI. Kal. Iulii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 320. fol. 138; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « DILECTI FILII ABBAS. »

6009. — *Laterani 26 Iunii.*

« Abbati et conventui de Thekesbir. » Ipsis supplicantibus annuit, ne episcopum vel archidiaconos ipsorum ad visitandum eorum monasterium accedentes recipere vel procurare ultra numerum in concilio lateranensi taxatum compellantur. Dat. ut supra (Laterani VI. Kal. Iulii anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 321. fol. 138; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « ET SI SVPERFLVVM VIDEATVR. »

6010. — *Laterani 4 Iulii.*

« De Bel, et de Wertes abbatibus, et archidiacono de sancto Andrea Wesprimiensis diocesis. » In causa inter episcopum et capitulum Zagabrienses ex una et abbatem et conventum monasterii sancti Martini de Pannonia ex parte altera exorta super ecclesiis, decimis et rebus aliis in Simigiensi comitatu; quae Vaciensi episcopo et collegis suis primum commissa fuit, demum (Pelagius) Albanensis episcopus auditor concessus, episcopum ipsum et capitulum in expensis sexaginta marcarum argenti condemnavit; mandat ut ad dictam solutionem episcopum et capitulum praedictos compellant, citantes postmodum partes et praefigentes eisdem terminum quo per se vel per procuratorem cum omnibus munimentis et rationibus suis coram Pontifice compareant sententiam recepturae. Laterani IIII. Non. Iulii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 322 fol. 138; Fejér Cod. dipl. III. 11. 85; Theiner Mon. Hung. I. 69. n. 144; Potthast 654. n. 7598; Horoy H-i opp. omn. V. 117. n. 171.* — « PETENTIBVS DVDVM DILECTIS. »

6011. — *Laterani 5 Iulii.*

« Philippo de Adhã canonico Londonnensi. » Concedit ei ut praeter beneficia quae nunc obtinet aliud quoque curam animarum habens possit recipere. Laterani III. Non. Iulii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 317ª. fol. 137.* — « PERSONE TVE MERITIS. »

6012. — *Laterani 6 Iulii.*

« Segobiensi capitulo. » Inhibet eis ne de hiis quae ad magistrum B. electum eorum indebite spoliatum et de hiis quae ad ipsum et eos communiter spectat disponant, nec ad electionem decani quam ad se et cum eis pertinere proponit, cum talis possit assumi qui causam eius et ecclesiae redderet duriorem, in eius absentia procedere praesumant, sed eidem in hoc et aliis ius suum integre conservent. Laterani II. Non. Iulii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 325. fol. 139.* — « CVM CONSTET DILECTVM. »

6013. — *Laterani 7 Iulii.*

« (Guilielmo) episcopo Vicensi, *(in Catalonia sub archiepiscopo Terraconensi)*, et archidiacono de Rogationibus, et Raimundo de Albuzano canonico Gerundensi. » Vt nuntient nullas esse suspensionis et excommunicationis sententias ab abbate monasterii sancti Cucufatis contra Petrum de sancto Vincentio monachum ipsius monasterii latas, eo quod obedientiam et reverentiam eidem abbati quem in subversionem libertatis ipsius monasterii egisse putaverat, denegavit; quas sententias episcopus dioecesanus et metropolitanus confirmaverant: quoad vero libertatem monasterii, vocatis qui fuerint evocandi et inquisita veritate referant et praefigant partibus terminum ad comparendum. Laterani Nonis Iulii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 323. fol. 138.* — « PETRVS DE SANCTO VINCENTIO. »

6014. — *Laterani 9 Iulii.*

« Abbati sancti Audoeni, decano et magistro Rodulfo archidiacono Rothomagensibus. » Vt in causa inter episcopum Sagiensem ex una parte et H. priorem Sagiensem ex altera, super prioratu de quo dicitur spoliatum fuisse eo quod super quibusdam articulis conquerendo, litteras Apostolicas contra ipsum episcopum ad Constantiensem episcopum suosque collegas obtinuit; quae causa primum ad decanum Cenomanensem et coniudices suos, deinde ad episcopum Lexoviensem et collegam suum commissa fuit, demum ad magistrum Rolandum subdiaconum et capellanum Pontificis cui subrogatus fuit Octavianus subdiaconus et capellanus pariter Pontificis ipsius, mandat ut recipiant probationes legitimas episcopi Sagiensis, eamque definiant: quandiu autem causa duraverit coram eis faciant dicto H. in necessariis de bonis Sagiensis ecclesiae provideri. Laterani VII. Id. Iulii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 324. fol. 138; Horoy H-i opp. omn. V. 119. n. 172 ex mss. du Theil.* — « CONSTITVTIS APVD SEDEM. »

6015. — *Laterani 10 Iulii.*

Archiepiscopis et episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis et clericis universis per regnum Thessalonicae ac per Achaiam constitutis mandat, ut Nicolaum Reginum episcopum, quem ad partes ipsorum officio legationis transmisit et expedit ut ibi adhuc moram trahat (cf. n. 5132), honorifice recipiant ac eiusdem mandatis obediant. Laterani VI. Idus Iulii anno decimo. — *Vghelli Ital. sacra II. 304; Affarosi Monast. di S. Prospero I. 180; Potthast 654. n. 7599; Horoy H-i opp. omn. V. 122. n. 173.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

6016. — *Laterani 11 Iulii.*

« (Stephano) archiepiscopo Cantuariensi sancte Romane Ecclesie Cardinali, et nobilibus viris R. Cestrie, W. de Peinbroc marescalco regni Anglie, W. Worannie, G. Glovernie, W. de Mandevill exessie, et W. Albemarlie comitibus, H. de Burgo, aliisque karissimi in Christo filii nostri illustris regis Anglorum consiliariis. » Hortatur eos ut Falkesium de Breanthe, qui fida utiliaque servitia cl. mem. Iohanni regi Anglorum ac, eo defuncto, Henrico regi Angliae nato eius tempore summae necessitatis impendit, apud ipsum regem defendant et tueantur, ut gratiam quam ei subtraxit restituat, pro quo non solum litteras sed etiam unum de suis familiaribus specialiter carum videlicet magistrum Octavianum subdiaconum et capellanum Pontificium ad ipsum regem destinavit, et Conventrensi, Londoniensi et Saresbiriensi episcopis super hoc scripsit ut ipsum regem ad restituendam supradicto nobili viro gratiam suam et omnia bona eius efficaciter inducant. Laterani V. Idus Iulii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 327. fol. 139; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352; Raynaldi*

Ann. Eccl. 1226. n. 46; Horoy H-i opp. omn. V. 123. n. 174 ex mss. du Theil. — « Recolentes fida vtiliaqve. »

In eundem modum scriptum est Conventrensi, Londoniensi et Saresbiriensi episcopis. — *Reg. Vat. et Horoy ll. cc.*

In e. fere modum scriptum est (Henrico) regi Angliae verbis competenter mutatis. — *Reg. Vat. et Horoy ll. cc.*

6017. — *Laterani 11 Iulii.*

« (Stephano) Cantuariensi archiepiscopo sancte Romane Ecclesie Cardinali. » Dolet quod plura gravamina nob. viro Falkesio de Breanthe contra sua merita inferantur, eumque arguit quod in eorum consilium venerit qui uxorem eiusdem nobilis detinent et in multorum scandalum animarumque suarum perniciem matrimonii violant sacramentum: unde praeter communes cum aliis regis consiliariis speciales ei litteras dirigit, monens eum quod, quum maiorem locum inter ipsius regis consiliarios obtineat, tanto magis det operam efficacem, ut ea quae scribit dicto regi, compleantur. Laterani V. Idus Iulii (anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 328. fol. 140; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Brittann. add. mss. 15352; Shirley Royal letters I. 547. n. 23; Potthast Append. 2098. n. 7599a-26160.* — « Cvm eminentiam scientie. »

6018. — *Laterani 11 Iulii.*

« Henrico de Montuo Mar clerico. » Cum de legitimo matrimonio natus existat, indulget ei ut praeter illa quae nunc obtinet, unum beneficium curam animarum habens annexam accipere et retinere valeat. Laterani V. Idus Iulii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 353. fol. 144.* — « Volentes tibi de. »

6919. — *Laterani 13 Iulii.*

« De Alderspac Cisterciensi, et de Heidenhein. abbatibus, et preposito de Speinshart Premonstratensis ordinum Eistetensis et Ratisponensis diocesum. » Petentibus R. decano et H. scolastico Ratisponensibus, ut causam super electione G. in episcopum Ratisponensem Pontifex ad se revocaret, et si ea canonica inveniretur per Salseburgensem archiepiscopum ipsius metropolitanum faceret confirmari, mandat eis ut vocatis qui fuerint evocandi causam eandem audiant, et sufficienter instructam ad Apostolicam Sedem remittant. Laterani III. Idus Iulii anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 326. fol. 139; Rodenberg Ep. Sel. 231. n. 305.* — « Dilecti filii R. »

6020. — *Laterani 20 Iulii.*

Abbati s. Pontiani, s. Michaelis et s. Reparatae prioribus Lucanis causam abbatis conventusque s. Petri de Pozeulis contra commune de Vivinaria *etc.* super divisione cuiusdam nemoris vertentem diiudicandam committit. Laterani XIII. Kal. Augusti anno decimo. — *Mittarelli Annal. Cisterc. IV. appen. 443; Potthast 654, n. 7600; Horoy H-i opp. omn V. 127. n. 176.* — « Qverelam dilectorvm filiorvm. »

6021. — *Laterani 21 Iulii.*

« R. subdiacono et capellano nostro rectori Beneventano. » Quum (Philippus) episcopus, archidiaconus, decanus et quamplurimi canonici Troiani ad preces ipsius Pontificis, dum in minori officio erat constitutus, magistrum Wilelmum capellanum Pontificium in canonicum receperint, nulla ei tamen praebenda assignata; quum pluries scripserit Pontifex abbati sancti Spiritus in Gulfigniano procuratori rerum episcopalium ecclesiae Troianae ut praebendam si qua vacaret donationi Apostolicae reservaret; quum idem abbas mandatum adimplere neglexerit, et episcopus et capitulum praebendas et beneficia aliis pro arbitrio contulerint: mandat ut dictum episcopum et capitulum a collatione benefi-

ciorum suspendat, donec iamdicto capellano provisum fuerit. Laterani XII. Kal. Augusti anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 331. fol. 140.* — « DILECTO FILIO MAGISTRO. »

6022. — *Laterani 21 Iulii.*

« Preposito et capitulo Pragensibus. » Defuncto B(udislao) Pragensi episcopo sexto idus Iulii, mandat eis ut tres vel quatuor de ipsis, eorum universitatis nomine, cum litteris de ratihabitione ad Sedem Apostolicam transmittant, qui cum consilio et assensu Pontificis de persona idonea eidem ecclesiae in episcopum provideant. Datum ut supra (Laterani XII. Kal. Augusti anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 333. fol. 140; Mss. Vall. I. 53; Erben Reg. Bohem. I. 324. n. 703; cf. Palacky Reise 24. n. 101; Potthast 654. n. 7602.* — « CVM NVPER BO. ME. »

6023. — *Laterani 21 Iulii.*

» F(riderico) illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie. » Arguit eum quod Tancredus de Campilio (*Roden.* Campelio) nuper militum Bertoldi multitudine sociatus, multos familiae Pontificiae venientes vel redeuntes ab Apostolica Sede stratarum securitatem violando coepit, quos per devia ducens et Campilium ire compellens gravibus affectos iniuriis ad Bertoldum media nocte transmisit et omnes Apostolicas litteras ab eis impetratas inspici fecerat, quod vix est qui ambigat sine ipsius imperatoris conniventia fieri potuisse: quum idem Bertoldus sit eius nuntius specialis et coram adstantibus proposuisse dicatur praedictum Tancredum habere ab eodem imperatore contra certas personas violandi stratas licentiam: eidem praecipit ut tam enormem excessum celeri emendatione corrigat. *(Absque signo chronologico).* — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 334. fol. 140; Mss. vall. I, 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226 n. 14; Theiner Cod. dipl. Dom. Tempor. Sanctae Sed. I. 81. n. 135 (Laterani XII. Kal. Aug. anno decimo); Horoy H-i opp. omn. V. 127. n. 177; Huillard-Bréholles; Potthast 654. n. 7601; Horoy H-i opp. omn. V. 127. n. 177; Rodenberg Ep. Sel. 233. n. 306.* — « CVM OMNIBVS INIVRIAM. »

6024. — *Laterani 23 Iulii.*

« Illustri regi Castelle. » Eum rogat et hortatur quatenus monasterium sancti Facundi quod occasione discordiae inter G. ac B. ipsius monasterii monachos ex ipsorum electione subortae detinet occupatum, dimittat, praesertim cum causa huiusmodi ad Sedem Apost. fuerit revocata et mandatum fuerit citari per archiepiscopum Toletanum electos et eis praefixum fuerit terminum ad comparendum. Laterani X. Kal. Augusti anno decimo. — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 329. fol. 140; Mss. Vall. I. 53.* — « CVM REGIAM DECEAT. »

6025. — *Laterani 23 Iulii.*

« (Roderico) archiepiscopo Toletano. » Procuratores monachorum G. ac B. monasterii sancti Facundi super causa electionis ad Sedem Apostolicam accessitos, propter aestivos calores et Fratrum absentiam licentiasse; quare mandat ei ut eosdem citet usque ad proximo venturum festum Nativitatis Dominicae personaliter comparendum; interim scripsisse regi Castelle, ut occasione discordiae ex praedicta controversia subortae monasterium ipsum ab eo occupatum dimittat. Dat. ut supra (Laterani X. Kal. Augusti anno decimo). — *Reg. Vat. lib. 10. epist. 330. fol. 140; Mss. Vall. I. 53.* — « CVM NVPER SVPER. »

REGESTA

DOMINI HONORII PAPAE III

ANNVS VNDECIMVS

[1226-1227]

6026. — *Laterani 27 Iulii.*

« Capitulo Tarsensi (*sic*). » Archiepiscopum Tharsensem eisdem remittit cui munus benedictionis propriis manibus impendit, et palleum plenitudinem pontificalis officii concessit ut illo infra ecclesiam Antiochenam certis diebus utatur donec ipsi ecclesiae Antiochenae fuerit de pastore provisum, eisque mandat ut eum devote recipiant eiusque mandatis humiliter obediant. Laterani VI. Kal. Augusti anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 357. fol. 146; Mss. Vall. I. 53.* — « VENIENTEM AD PRESENTIAM. »

6027. — *Laterani 29 Iulii.*

« Nobili viro baiulo Armenie. » Mandat ei ut qui suis exhortationibus Papam animavit ad Apostolicam gratiam favorabiliter impendendam archiepiscopo Tharsensi occupata ipsi restituat, ita ut de dilectione quam idem archiepiscopus ad ipsum habere videtur digna se gaudeat praemia consecutum. Laterani IIII. Kal. Augusti anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. ep. 356. fol. 146; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226 n. 59.* — « CVM VALIDAM THARSENSIS. »

6028. — *Laterani 30 Iulii.*

« Albertino de Busceto et Rolandino de Gummula Mutinensi, et magistro Arditioni plebis de Baiona Mutinensis diocesis canonicis. » Petentibus capitulo Regino, mandat eis ut processum super collatione archidiaconatus in eorum ecclesia a Laudensi episcopo, eis nec vocatis nec monitis, facta favore N. clerici, et idem episcopus negat ipsis ostendere rescriptum Apostolicum, cognoscant. Laterani III. Kal. Augusti anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 358. fol. 146.* — « EX PARTE CAPITVLI. »

6029. — *Laterani 3 Augusti.*

« Archiepiscopo Tharsensi. » Ipsi supplicanti concedit, ut octo clericos ad plus, qui in Antiochena provincia excommunicationis sententiam incurrerant eo quod non participantes in crimine sed necessitate potius comiti Tripolitano adhaeserant, possit absolvere. Laterani III. Non. Augusti anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epistol. 359. fol. 146; Mss. Vall. I. 53.* — « MERITIS ET VIRTVTE. »

6030. — *Laterani 4 Augusti.*
« Priori de Giragunnis Antiochene diocesis, magistro Oberto Antiocheno, et Bonino Valaniensi canonicis. » Moneant episcopum et capitulum Tripolitanos ut canoniam quam idem episcopus in ecclesia Tripolitana dum eiùs fuerat canonicus, habuerat, magistro W. Iporiensi canonico assignent iuxta provisionem factam ab Appamiensi archiepiscopo et cantore Antiocheno in hoc negotio ab Apostolica Sede executoribus deputatis, praesertim quod G. Anglicus qui cum eodem magistro coram O. capellano Pontificis quaestionem habebat debitum carnis solvit. — Laterani II. Nonas Augusti anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 360. fol. 146.* — « Dilectvs filivs magister. »

6031. — *Laterani 20 Augusti.*
« F(riderico) illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie. » Vt hiis quae frater Leonardus ex parte Papae fideliter proponet fidem adhibeat. Laterani XIII. Kal. Septembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 361. fol. 146; Mss. Vall. I. 53; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 675; cf. Potthast 654. n. 7603 deficiente initio; Rodenberg Ep. Sel. 234. n. 307.* — « Hiis qve tibi. »

6032. — *Laterani 24 Octobris.*
« Henrico regi Anglorum illustri. » Meminit devotionem erga regiam personam suam b. m. P(andulfi) Norwicensis episcopi, et modo Egidii subdiaconi et capellani Pontificis et ipsius quondam episcopi germani: commendat ei ne praedicti episcopi dispositio sive ultima voluntas pro negotio Terrae Sanctae, Norwicensi ecclesia et pro anima sua permittat impediri, quare Lando clericus procurator propter hoc ad partes illas accedet. Laterani VIIII. Kal. Novembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 362. fol. 146; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Si digna meditatione. »

6033. — *Laterani 24 Octobris.*
« (Stephano) archiepiscopo Cantuariensi sancte Romane Ecclesie Cardinali, et episcopo Londoniensi. » Rogat et hortatur eos ut Landoni clerico, qui ad partes Angliae accedit pro exequenda testamentaria dispositione P(andulfi) episcopi Norwicensis modo defuncti favorem impendant, et quae de bonis ipsius episcopi ad eundem procuratorem pervenient Papam informent. Dat. ut supra (Laterani VIIII. Kal. Novem. anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. ep. 363. fol. 147; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Ea fvit bon. me. »
In eundem modum scriptum est H. nobili viro iustitiario Anglie.

6034. — *Laterani 30 Octobris.*
« Potestati et consiliariis de Trebis. » Mandat eis ut postquam prior et capitulum ecclesiae sancti Donati de Boiano ab abbate Saxivivi Fulginatis dioecesis et a priore sancti Salvatoris Fulginatis inducti fuerint in possessionem quarumdam possessionùm quae violenter detinentur ab Egidio de Trebis et filiis eius eos defendant, quas possessiones R(omanus) sancti Angeli diaconus Cardinalis eisdem adiudicavit; et licet magister Nicolaus de Warcino clericus I(ohannis) tit. sanctae Praxedis presbyteri Cardinalis Rectoris Ducatus Spoleti dictos usurpatores auctoritate Apostolica citarit, ipsi non solum comparere contempserunt verum etiam Angelonus filius praenominati Egidii B. presbyterum ipsius ecclesiae vulneravit, unde ab episcopo a priori sanctorum Apostolorum et archidiacono Spoletanis ex mandato Pontificis privati iure patronatus fuerunt. Laterani III. Kal. Novembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 364. fol. 147; Mss. Vall. I. 53.* — « Dilecti filii prior. »

6035. — *Laterani 30 Octobris.*

« Nobili mulieri . . . . Squillacensi. » Quum adhuc virgo votum emiserit se ieiunaturam quoad vixerit omnibus diebus in quibus festa Beatae Virginis celebrantur, « et nunc legitime nupta viro fatigata languoribus, » nequeat sine periculo corporis totiens faticari, dispensatur cum ea, ut in qualibet septimana illa die qua festum Nuntiationis colitur annuatim devote ieiunet, diem tamen Dominicum in alium commutando, ita tamen ut aliis diebus quibus ieiunare solet ex voto congrue tres pauperes pascere teneatur. Laterani III. Kal. Nov. anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 365. fol. 147.* — « CREDITE NOBIS A DOMINO. »

6036. — *Laterani 30 Octobris.*

« Petro Iohannis de Romano Deuteguarde civi Romano. » Declarat quod bo. me. episcopus Curiensis tunc apud Sedem Apostolicam constitutus et ab eo conventus, promisit quod nisi F(ridericus) Romanorum imperator et rex Siciliae res ei fecisset emendari ad valentiam centum quadraginta librarum denariorum de senatu quibus transiens per dioecesim Curiensem spoliatus fuit, ipse episcopus vel ecclesia sua de pecunia ei satisfaceret praetaxata. Dat. ut supra (Laterani III. Kal. Novembris anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 366. fol. 147; Rodenberg Ep. Sel. 236. n. 311.* — « CVM OLIM TRANSIENS. »

6037. — *Laterani 3 Novembris.*

« Henrico archidiacono Paduano. » Mandat ei ut per censuram ecclesiasticam compellere possit potestatem, consules et commune Veronenses ad praestandum auxilium et favorem episcopo et Isnardo canonico Veronensibus et collegae ipsorum ad eiiciendum a monasterio sancti Zenonis Veronensis monachum Avantium fratricidam et ipsius bonorum delapidatorem, et monasterium ipsum ab eiusdem et suorum malitia defendendum. Laterani III. Nonis Novembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 372. fol. 147; Mss. Vall. I. 53.* — « SIGNIFICANTIBVS DILECTIS FILIIS. »

6038. — *Laterani 4 Novembris.*

« (Thoerero) Nidrosiensi archiepiscopo. » Quum (Skulo) dux Norwegie crucesignatus ad Terrae Sanctae subsidium cum numerosa crucesignatorum multitudine se accingat offerens omnibus secum transfretantibus gratis navigium sine naulo, mandat ei ut in provincia sua evangelizet et evangelizari faciat verbum crucis. Laterani II. Non. Novembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 367. fol. 147; Raynaldi Ann. Eccl. 1226 n. 54 fragm.; Lange Dipl. Norveg. I. 1. 18; Potthast 654. n. 7605; Horoy H-i opp. omn. V. 129. n. 2.* « CVM SICVT EX LITERIS. »

6039. — *Laterani 4 Novembris.*

« Nicolao archidiacono Ihatlandensi. » Significat ei se (Skuloni) duci Norwagie (*sic*) in subsidium Terrae Sanctae transfretari volenti vicesimam ecclesiasticorum proventuum per dioeceses (Petri) Nidrosiensis archiepiscopi et eius suffraganeorum concessisse. Dat. ut supra (Laterani II. Non. Novembris anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 368. fol. 147; Mss. Vall. I. 53; Lange l. c. n. 8; Potthast 654. n. 7604 (3 Novembris); Horoy H-i opp. omn. V. 129. n. 1 (3 Nov.).* — « CVM DILECTVS FILIVS. »

6040. — *Laterani 5 Novembris.*

« Magistro Wilelmo de Moreto canonico Carnotensi. » Cum pro G. Iordani de Carnoto clerico quibusdam creditoribus Bononiensibus fideiussorie ac principaliter se obligaverit, et G. qui in anima sua iuraverat se pecuniam esse soluturum, statuto termino pecuniam ipsam non solverit, Pontifex dictum (Wilelmum) a nota periurii quam incurrisse

timebat absolvit, dummodo creditoribus satisfaciat. Laterani Nonis Novembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 369. fol. 147; Horoy H-i opp. omn. V. 130. n. 3 ex mss. du Theil.* — « CVM OLIM TV. »

6041. — *Laterani 5 Novembris.*
« Casemarii et Casenove abbatibus. » Priore et conventu sanctae Mariae de Gualdo supplicantibus, visitationem ipsius monasterii eis committit, ut saltem semel in anno ad monasterium ipsum accedentes corrigant et reforment quae correctionis et reformationis officio indigent. Laterani Nonis Novembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 371. fol. 147.* — « DILECTI FILII PRIOR. »

6042. — *Laterani 5 Novembris.*
« Abbati et conventui Gorwiensi Patavien. (*sic*). » Quum H. presbyter, qui ecclesia de Pirche ac rebus aliis ab ipsis contra iustitiam spoliatus eorumque gratiae se commisit, et inductus promissionibus quod benigne respicerent eundem, promisit quod ab ipsis supra dictam ecclesiam non requireret supradicta, mandat eis ut iuxta spem ei datam provideant eidem, et de damnis quae ei essent irrogata satisfaciant, alioquin dat litteris in mandatis abbati de Alderspach Cisterciensis ordinis Pataviensis diocesis, decano et archidiacono Pataviensibus, ut nisi id efficiant, eos per censuram ecclesiasticam, cognita veritate, compellant. Laterani Nonis Novembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 373. fol. 148.* — « DILECTVS FILIVS H. »

6043. — *Laterani 6 Novembris.*
« (Stephano) archiepiscopo Cantuariensi. » Vt magistrum Wilelmum clericum crucesignatum, quum ratione officii sit inutilis ad pugnandum, a voto crucis absolvere possit, ita tamen ut unum bellatorem idoneum vel plures iuxta proprias facultates in subsidium Terrae Sanctae transmittat. Laterani VIII. Idus Novembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 370. fol. 147; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « DILECTVS FILIVS MAGISTER. »

6044. — *Laterani 6 Novembris.*
Praepositum et conventum Raceburgenses cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem terras, possessiones etc. sicut ea omnia iuste possident, eis confirmat. Laterani VIII. Idus (VI. Kal. *Schröd*) Novembris anno undecimo. — *Schröder Papist. Mecklenburg I. 554; Mecklenb. UB. I. 324. n. 333; Potthast 655. n. 7606; Horoy H-i opp. omn. V. 131. n. 4.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

6045. — *Laterani 9 Novembris.*
« Abbati et conventui monasterii sancti Petri Carnotensis. » Quum causa quae super diversis articulis, olim inter eos ex parte una et Parisiensem episcopum tunc Carnotensem decanum ex altera coram (Pelagio) Albanensi episcopo auditore concesso aliquandiu agitata fuerit; tandem dicto decano in episcopum Parisiensem assumpto, Sagiensi episcopo et collegis suis mandatum fuerit ut postquam decanus essent in dicta ecclesia substitutus biennium proximo secuturum partibus terminum praefigerent infra quem pacem inter se ad invicem reformarent: nunc vero cum infra terminum praetaxatum concordia non potuit reformari, mandat eis ut usque ad Dominicam qua cantatur « laetare Ierusalem » cum instrumentis et aliis ad causam pertinentibus Apostolicae Sedi se praesentent exhibituri iam dicto decano et recepturi ab eo super praemissis quod ordo dictaverit rationis. Laterani V. Idus Novembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epistol. 374. fol. 148; Horoy H-i opp. omn. IV. 946. n. 51 (9. Nov. 1225 an. decimo).* — « CVM CAVSA QVE. »

6046. — *Laterani 13 Novembris.*

« (Henrico) archiepiscopo et maiori preposito, et decano sanctorum Apostolorum Coloniensibus. » Significat se crucesignatos civitatis Coloniensis cum familiis et omnibus bonis suis sub Apostolica protectione recipisse: mandat ne eosdem permittant ab aliquibus molestari, molestatoresque per censuram ecclesiasticam compescant. Laterani Idibus Novembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 382. fol. 148; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226 n. 54; Rodenberg Ep. Sel. 237. n. 314.* — « Cvm dilectos filios. »

In eundem modum scriptum est archiepiscopo, preposito maiori et decano sanctorum Apostolorum Coloniensibus pro clericis crucesignatis civitatis Coloniensis.

6047. — *Laterani 13 Novembris.*

« Vniversis crucesignatis civitatis Coloniensis. » Eorum precibus inclinatus personas, familias et omnia eorum bona sub beati Petri protectione recipit, statuens ut postquam in proximo generali passagio iter arripuerint transmarinum, donec de eorum reditu vel obitu cognoscatur, sub defensione Apostolicae Sedis maneant. Laterani Idibus Novembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 379. fol. 148; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226 n. 54; Rodenberg Ep. Sel. 236. n. 312.* — « Sacrosancta Romana Ecclesia. »

6048. — *Laterani 13 Novembris.*

« Clericis crucesignatis civitatis Coloniensis. » Indulget eis ut a tempore generalis passagii usque ad tempus in generali crucesignatorum indulgentia comprehensum liberam habeant facultatem percipiendi et obligandi redditus ecclesiasticos. Dat. ut supra (Laterani Idibus Novembris anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 380. fol. 148; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 54; Rodenberg Ep. Sel. 237. n. 313. (cum intestat.* « Cunctis crucesignatis etc.). » — « Sacrosancta Romana Ecclesia. »

6049. — *Laterani 14 Novembris.*

« Scabinis et universo populo Coloniensibus. » Libertates et immunitates antiquas, et rationabiles consuetudines ab imperatoribus, principibus vel aliis legitime ipsis et civitati eorum concessas et hactenus observatas eis confirmat. Laterani XVIII. Kal. Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 375. fol. 148; Ennen Quellen II. 108. n. 99; Potthast 655. n. 7609; Horoy H-i opp. omn. V. 133. n. 7; Rodenberg 238. n. 315.* — « Prone devotionis promptvs. »

6050. — *Laterani 14 Novembris.*

Monasterium b. Mariae sanctorumque Canuti et Albani (Othiniense) protegendum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, confirmat. Laterani XVIII. kal. Decembris indict. I (!) incarn. dom. anno 1226. pont. vero dom. Hon. p. III. anno undecimo. — *Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 101; cf. Suhm. Hist. af. Danmark IX. 526; Potthast 655. n. 7610; Horoy l. c. 134. n. 8.* — « Religiosam vitam eligentibvs. »

6051. — *Laterani 16 Novembris.*

« Cantori Taurinensi. » Vt ea quae de vicesima collegerat episcopus Taurinensis, qui crucis assumpto signaculo proposuerat transire in subsidium Terrae Sanctae et diem obiit supremum, ad quorumcumque manus devenerint sibi faciat assignari, eaque ad Papam afferat vel per nuntium opportunum transmittat. Laterani XVI. Kal. Decembris anno undecimo. — *Regest. Vat. lib. 11. epist. 376. fol. 148; Mss. Vall. I. 53.* — « Cvm bone memorie. »

6052. — *Laterani 16 Novembris.*
« Vniversis crucesignatis Lubicensibus. » Eorum personas cum omnibus familiis et bonis suis sub beati Petri protectione suscipit. Laterani XVI. Kal. Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 381. fol. 148; Mss. Vall. I. 50; Raynaldi Ann. Eccl. 1226 n. 54; Meklenb. UB. IV. 198. n. 2662; Potthast 655. n. 7607 (13 Nov.); Horoy H-i opp. omn. V. 132. n. 5. (13 Nov.); Rodenberg Ep. Sel. 238. n. 316.* — « Sacrosancta Romana Ecclesia. »

6053. — *Laterani 16 Novembris.*
« (Brunwardo) Zurinensi et (Henrico) Racheburgensi episcopis. » Eis mandat ne permittant ut universi crucesignati Lubicenses, qui, signo crucis assumpto, proposuerunt in subsidium Terrae Sanctae proficisci, contra protectionis Sedis Apostolicae tenorem ab aliquibus molestentur. Laterani XVI. Kal. Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 382. fol. 148; Meklenb. UB. IV. 198. n. 2661; Potthast 655. n. 7608 (13 Novemb.); Horoy H-i opp. omn. V. 132. n. 6 (1 Novemb.); Rodenberg Ep. Sel. 237. n. 314.* — « Cvm dilectos filios. »

6054. — *Laterani 16 Novembris.*
« (Mauritio) Burgensi, et (Tello) Palentino episcopis et (Iohanni) electo Calagurritano. » Ne causa quae ab E. priore et conventu clericorum domus de Vcles contra F. quondam magistrum et fratres laicos militiae sancti Iacobi Conchensis dioecesis, eo quod ipsos bonis omnibus post appellationem ad Apostolicam Sedem interpositam contra iustitiam spoliaverant diutius ob cessionem eiusdem magistri differatur, mandat eis, quatenus supradictis fratribus terminum praefigant ut ad electionem magistri procedant vel procuratorem idoneum ad defensionem huiusmodi causae constituant. Laterani XVI. Kal. Dec. anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 384. fol. 149.* — « Dilecti filii E. »

6055. — *Laterani 17 Novembris.*
« (Roberto) archiepiscopo Strigoniensi. » Vt ad ecclesiam Cenadiensem personaliter accedat, et habito diligenti tractatu cum episcopo et capitulo Cenadiensibus super eiusdem capituli redditibus, qui propter guerras et multiplicem malitiam temporis dicuntur esse adeo imminuti, ut nonnulli canonici praebendas suas dimiserint, ipsi autem episcopus et capitulum petierunt ut ipsorum canonicorum praebendae de redditibus capellarum Cenadiensis dioecesis aumententur, provideat, prout pensatis omnibus circumstantiis, viderit providendum. (Laterani) XV. Kal. Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 378. fol. 148; Fejér Cod. dipl. III. 11. 98; Theiner Mon. Hung. I. 70. n. 145; Potthast 655. n. 7611; Horoy H-i opp. omn. V. 136. n. 9.* — « Venerabilis frater noster. »

6056. — *Laterani 17 Novembris.*
« Scabinis Attrebatensibus. » Vt compellant I. Sturion, I. Hukedeu, ac Nicolaum Morcanguill cives Attrebatenses ad satisfaciendum abbati et conventui sancti Vedasti Attrebatensis de expensis in quibus condemnati fuerunt in causa super quodam teloneo inter ipsos agitata, iuxta sententiam latam a decano sancti Franbaldi Silvanectensi et coniudicibus suis, et deinde per appellationem a praeposito Ambianensi et coniudicibus suis a Pontifice deputatis confirmatam, alioquin dat litteris in mandatis abbati et priori sancti Martini de Gemellis et archidiacono Ambianensibus ut eosdem cives ad id, ut iustum fuerit, per censuram ecclesiasticam compellant. Laterani XV. Kal. Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 383. fol. 148.* — « Dilecti filii abbas. »
Illis scriptum est in eundem modum.

6057. — *Laterani 19 Novembris.*

« Communi civitatis Rigensis. » Compositionem quae inter Albertum sindicum civitatis Rigensis ex parte una et Albertum episcopum Livoniensem, Io(hannem) praepositum Rigensem et Wilelmum magistrum militiae Christi Livoniensis dioecesis ex altera, super iurisdictione nec non moneta et quibusdam aliis capitulis, mediante W(ilelmo) Mutinensi episcopo Apostolicae Sedis Legato amicabiliter inita fuit confirmat, referens ad verbum litteras ipsius Apostolici Legati in quibus ipsius compositionis tenor continetur act. in Riga anno 1225 mense decembris praesentibus domino Lamberto episcopo Semigalliae, domino Guizone episcopo Renelensi, aliisque. Laterani XIII. Kal. Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 394. fol. 150; Turgenevii Russ. monim. I. 18; cf. Strehlke Tab. 229. n. 236; Potthast 655. n. 7612; Horoy H-i opp. omn. V. 137. n. 10; Rodenberg Ep. Sel. 239. n. 318.* — « Ea qve ivdicio. »

6058. — *Laterani 22 Novembris.*

« F(riderico) illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie. » Requisitus Papa ab ipso imperatore ut sibi restituerentur civitates, castra et alia loca ad imperium pertinentia in partibus Provinciae et regni Arelatensis et nominatim ea quae quondam Raimundus comes Tholosanus tenuit ab imperio, sive ad manus R(omani) sancti Angeli diaconi Cardinalis Apostolicae Sedis Legati sive ad cuiuscumque alterius manus occasione exercitus facti ob extirpandam de partibus illis pravitatem haereticam devenerunt, respondet se ad id esse paratum, sed differre tamen, quousque a Legato certior fiat quaenam terrae ad imperium spectent. Laterani X. Kal. Decembris (anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 385. fol. 149; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 31; Bouquet Rec. XIX. 777; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 693; Potthast 655. n. 7614; Horoy H-i opp. omn. V. 140. n. 12; Rodenberg Ep. Sel. 242. n. 322.* — « Tve svblimitatis sollicitvdo. »

6059. — *Laterani 22 Novembris.*

« R(omano) sancti Angeli diacono Cardinali Apost. Sedis Legato. » Quum F(ridericus) Romanorum imperator et rex Siciliae postulaverit, ut civitates, castra et alia loca ad imperium pertinentia in partibus Provinciae ac regni Arelatensis et nominatim ea quae quondam Raimundus comes Tolosanus tenuit ab imperio, occasione belli adversus Albigenses occupata; mandat ei quatenus terras ad ipsum imperium pertinentes in sua vel Ecclesiae potestate retineat, faciendo eas per episcopos et alios ecclesiarum praelatos cum diligentia custodiri, ea tamen condictione ut, salvo iure ipsius imperatoris et imperii, et imperii fidelitate servata, custodiant; et cum ex insinuatione sua Apostolicae Sedi constiterit quae terrae ad imperium in partibus illis pertineant, sine periculo pacis et fidei, iura imperatoris praefati nuntiis vel ordinatis suis restitui faciat. Dat. ut supra (Laterani X. Kal. Decembris anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 386. fol. 149; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 33; cf. Potthast l. c.; Horoy H-i opp. omn. V. 141. n. 13 ex mss. du Theil; Rodenberg Ep. Sel. 243. n. 323.* — « Carissimvs in Christo. »

6060. — *Laterani 22 Novembris.*

« N. subdiacono et capellano nostro Rectori Massano, Apostolice Sedis Legato et universo populo Masse. » Reclamante F(riderico) Romanorum imperatore, mandat ut si terras vel castra fidelium imperii detinet restituat, nec eorum infestatores in ipsius imperii praeiudicium receptet. Dat. ut supra (Laterani X. Kal.

Decembris anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 387. fol. 149; Mss. Vall. I. 53; Theiner Cod. dipl. dom. temp. S. Sed. I. 82. n. 136; Potthast 655. n. 7615; Horoy l. c. 142. n. 14; Rodenberg Ep. Sel. 244. n. 324.* — « CARISSIMVS IN CHRISTO. »

6061. — *Laterani 22 Novembris.*

« Eisdem (abbati et conventui monasterii de Brolio Cisterciensis ordinis). » Ius patronatus in ecclesia sancti Petri de Martileio (*al.* Marcilleio) eisdem confirmat. Larani X. Kal. Decembris (anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 423. fol. 154.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

6062. — *Laterani 22 Novembris.*

« (Gerhardo) Bremensi archiepiscopo. » Vt inquisitionem ei a (Conrado) Portuensi episcopo tunc Apostolicae Sedis Legato commissam contra S. quondam praepositum de Repsholt aliosque praelatos et canonicos Bremenses super symonia et aliis diversis criminibus, non obstante exceptione ab hiis facta, quod dicto episcopo legationis suae fines egresso iurisdictio ipsius archiepiscopi in eosdem expiraverit, exequatur. Laterani X. Kal. Decembris (anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 425. (405. Pott.) fol. 154; Ehmck Bremisches UB. I. 679. n. 330; cf. Potthast append. 2098. n. 7615 a-26161.* — « EX PARTE TVA. »

6063. — *Laterani 22 Novembris.*

Abbati et conventui monasterii de Olyva in Prucia Cisterc. ord. Wladislaviens. dioc. indulget « ne legati sedis Apostolicae sine speciali mandato nostro in vos excommunicationis vel suspensionis et in monasterium vestrum interdicti sententias contra ea, quae vobis sunt ab apostolica sede concessa, promulgent. Laterani X. Kal. Decembris anno undecimo. — *Hasselbach Cod. Pomeran. I. 373. n. 158; cf. V. Ledebur Neues Archiv. II. 201; Potthast 655. n. 7613; Horoy H-i opp. omn. V. 139. n. 11.* — « CVM ORDINIS VESTRI. »

6064. — *Laterani 24 Novembris.*

« Abbati et conventui sancti Iohannis de Valeia ordinis beati Augustini. » Quum bon. memoriae R(eginaldus) Carnotensis episcopus eorum monasterio et cuidam villae ad illud pertinenti quae Armentaria villa dicitur quasdam tallias et procurationes indebitas de sui capituli assensu remiserit et quasdam indulserit eis libertates, quod a bo. me. magistro Meliori tit. sanctorum Iohannis et Pauli presbytero Cardinali tunc Apost. Sedis Legato extitit roboratum, hoc idem confirmat. Laterani VIII. Kal. Decembris (anno undecimo). — *Regest. Vat. lib. 11. epist. 390. fol. 149-150.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

6065. — *Laterani 26 Novembris.*

« Abbati et conventui monasterii sancti Michaelis de Siberch Coloniensis diocesis. » Etsi Anno Coloniensis archiepiscopus eorum monasterii fundator statuisset ut abbates qui pro tempore monasterio ipsi praesunt advocatum quemcumque vellent eligerent, tamen quum, vacante advocatia ipsius monasterii bon. mem. Engelbertum Coloniensem archiepiscopum eiusque successores in perpetuos advocatos assumpserunt, ea conditione ut advocatiam ipsam a Coloniensi ecclesia nullo tempore alienare valeant, huiusmodi factum confirmat. Laterani VI. Kal. Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 391. fol. 150; Mss. Vall. I. 53; Rodenberg Ep. Sel. 244. n. 325.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

6066. — *Laterani 26 Novembris.*

« (Henrico) archiepiscopo Coloniensi. » Abbate et conventu monasterii sancti Michaelis de Sib̃g intimantibus, quod, cum advocatia eorum monasterii ad ipsum ac ecclesiam ei commissam pertinere noscatur, ipse vero eos, prout ad ipsum pertinet a pravorum incursibus non defendit, man-

dat eidem ut ipsos et domum suam habens propensius commendatos iura et libertates eorum manuteneat. Laterani VI. Kal. Dec. anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 412. n. 153.* — « AD MANVTENENDA ET. »

In eundem fere modum scriptum est preposito, decano et cantori Bunnensibus Coloniensis diocesis ut dictum archiepiscopum ad id moneant diligentius et inducant.

6067. — *Laterani 26 Novembris.*

Priorem et fratres Eremi de Brictinis tuendos suscipit, specialiter autem ecclesiam s. Blasii cum pertinentiis, possessiones et alia bona eis confirmat. Laterani VI. Kal. Decembris anno undecimo.— *Empoli Bullar. 122; Potthast 655. n. 7616; Horoy H-i opp. omn. V. 143. n. 15.* — «SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

6068. — *Laterani 27 Novembris.*

« Magistro et fratribus militie Christi in Livonia. » Vt retinere possint peregrinos in Livoniam venientium pro fide catholica defendenda in illis partibus aut et dilatanda, qui pro castrorum suorum custodia seu pro aliis servitiis sponte remanere voluerint. Laterani V. Kal. Decembris (anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 393. fol. 150; Mss. Vall. I. 53; Turgenevii Russ. monim. I. 19; Bunge Livl. UB. I. 109. n. 91; Potthast 655. n. 7617; Horoy H-i opp. omn. V. 143. n. 16.* — « VESTRA DEO ET. »

6069. — *Laterani 28 Novembris.*

Civibus Lubecensibus mandat, ut crucisignatos quos ad portum Lubicensem venire contigerit, sive in Terrae sanctae subsidium, sive contra paganos Livoniae ac Prusciae profecturos habeant propensius commendatos et personas atque res ipsorum conservare studeant illaesas, « scientes nos (Brunwardo) Sverinensi, (Henrico) Ratceburgensi et (Bertoldo) Lubecensi episcopis ... mandavisse ut si qui eosdem crucisignatos ... molestare praesumpserint, ipsi eos ... per censuram ecclesiasticam compescant. » Laterani IV Kal. Decembris anno undecimo. — *Michelsen US. f. Schleswig-Holstein I. 30. n. 23. male ad a. 1227; Cod. dipl. Lubec. I. 48, n. 36; Bunge Livl. UB. I. 110. n. 92; Meklenb. UB. I. 325. n. 334; Potthast 655. n. 7618; Horoy H-i opp. omn. V. 144. n. 17.* — « ETSI OMNES CRVCISIGNATI. »

6070. — *Laterani .... Novembris.*

« Abbati Westmonasterii, priori de Wangeford, et archidiacono Subine Londoniensis et Norwicensis diocesum. » In causis quae inter I. de Waltonia et Alexandrum de Alenzun clericos, nec non inter eundem I. ac priorem et conventum Leweñ Cluniacensis ordinis, itemque inter eundem et Radulfum clericum ac Henricum militem Cicestrensis, Eliensis et Norwicensis diocesum, super ecclesia de Walpolia, decimis et rebus aliis pertinentibus ad ipsam ecclesiam agitantur; cum praedictae causae per diversorum iudicum diversos adversosque processus sint quasi inestricabiliter intricatae, et post commissiones alias ad eosdem abbatem, priorem, nec non ad priorem de Bernewell litterae super hoc Apostolicae contra dictum I. impetratae fuerint, mandat eis, ut sententiis omnibus relaxatis, faciant sibi litteras omnes super hoc impetratas et processus omnes exhiberi, causas ipsas audiant, et sufficienter instructas ad Papam remittant, praefigentes partibus terminum ad comparendum coram Pontifice. Laterani (deest dies) Novembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. ep. 392. fol. 150; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « ET LONGVM ET TEDIOSVM. »

6071. — *Laterani 1 Decembris.*

« Abbati monasterii sancte Marie Lucionensis Pictavensis diocesis. » Indulget ei ut monasterii sui monachos qui ob violentam manuum iniectionem in seipsos et clericos saeculares in canonem inciderunt

sententiae promulgatae, nec absoluti divina officia celebrarunt, quidam vero ad sacros ordines sunt promoti, absolvere possit, nisi eorum ita difficilis fuerit et enormis excessus ut propter hoc merito ad Sedem Apostolicam sint mittendi, et cum eis qui taliter celebrarunt et sacros ordines susceperunt faciat prout animarum suarum saluti viderit expedire. Laterani Kal. Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 396. fol. 150; Horoy H-i opp. omn. V. 145. n. 18 ex mss. du Theil.* — « Ex tva fili. »

6072. — *Laterani 1 Decembris.*

« Capitulo Bremensi. » Monet eos et mandat ut in canonicum recipiant L. praepositum de Repesholt canonicum Lubicensem, eique praebendam si aliqua ad praesens vacat vel cum primum facultas se obtulerit conferant, alioquin dat litteris in mandatis episcopo, decano et scolastico Verdensibus ut eos ad id per censuram ecclesiasticam compellant. Laterani Kal. Decembris (anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 398. fol. 151; Ehmck Bremisches UB. I. 679. n. 331; cf. Potthast append. 2098. n. 7618a-26162.* — « Ecclesiarvm vtilitati non. »

Illis scriptum est ut eos ad id per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellant.

6073. — *Laterani 2 Decembris.*

« Episcopo Clugiensi. » Vt absolvat Iohannem dictum Strancarium et quosdam alios civitatis et diocesis Clugensis ab excommunicatione in quam incurrerant pro eo quod lignamina et res alias vetitas in Alexandriam piratis detulerant, recepto prius ab eis iuramento quod incontinenti suis affigent humeris signum crucis in proximo generali passagio in Terrae Sanctae subsidium profecturi. Laterani IIII. Nonas Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 395. fol. 150.* — « Iohannes dictvs Strancarivs. »

6074. — *Laterani 2 Decembris.*

« Eidem (Iohanni clerico de Walmere). » Dispensat cum eo ut, non obstante natalium defectu quem patitur eo quod de soluto et soluta genitus sit, ad sacros ordines et ad ecclesiastica beneficia promoveri possit, exceptis dignitatibus curam animarum habentibus, nisi prius licentiam ab Apostolica Sede obtinuerit. Laterani IIII. Non. Decembris anno undecimo. — « *Reg. Vat. lib. 11. epist. 400[1]. fol. 151.* — « Nec novvm est. »

6075. — *Laterani 3 Decembris.*

Priori monasterii de Capella indulget, ut salvis commissionibus hactenus impetratis per litteras sedis apostolicae, quas de cetero impetrari contigerit, de causis cognoscere non teneatur invitus. Laterani III. Nonas Decembris anno undecimo. — *Meyer V. Knonau Regest. v. Cappel. 2. n. 10; Potthast 656. n. 7619.*

6076. — *Laterani 4 Decembris.*

« (Galtero) episcopo et abbati monasterii sancti Iohannis de Valoia ordinis beati Augustini Carnotensibus. » Vt iniectores manuum in clericos qui non absoluti divina officia celebrarunt, vel ad sacros ordines promoti sunt absolvere possint, nisi eorum excessus adeo difficilis fuerit et enormis propter quod merito sint ad Apost. Sedem mittendi, et cum illis qui rei eiusdem criminis celebrarunt et sacros ordines susceperunt faciant prout eorum animarum saluti viderint expedire. Laterani II. Nonas Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 396[2]. fol. 151.* — « Ex tva fili. »

6077. — *Laterani 4 Decembris.*

« Abbati et conventui sancti Vindentii de Bosco ordinis sancti Augustini. » Eos sub protectione recipit, bona redditus et libertates eorum monasterio a bon. mem. Hugone de Castro Novo et Gervasio filio eius obtentu pietatis indultas, et rationabiles et antiquas consuetudines hactenus

observatas confirmat. Dat. ut supra (Laterani II. Non. Decembris anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 397. fol. 151.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

6078. — *Laterani 4 Decembris.*

« Decano et capitulo Peronensibus. » Causam inter ipsos et fratres militiae Templi super quadam praebenda in ecclesia ipsius capituli existenti, quae abbati sanctae Mariae de Cagia et suis coniudicibus commissa fuit a Pontifice, et ad iudicium Apostolicae Sedis remissa fuit, definit, capitulum ipsum et eorum ecclesiam ab impetitione partis adversae super receptione I. fratris militiae Templi absolvens non obstante donatione regia de ipsa praebenda facta Templariis quam decernit non valere. Laterani II. Non. Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 399. fol. 151.* — « CVM CAVSAM QVE. »

6079. — *Laterani 4 Decembris.*

Abbati et conventui monasterii Zvildensis [Zwiefalten] ius patronatus ecclesiae s. Mariae Cladrubrudensis [Kladrau], possessiones et alia bona, necnon libertates et immunitates confirmat. Laterani II. Nonas Decembris anno undecimo. — *Wirtemberg. UB. III. 207. n. 722; Potthast 656. n. 6620; Horoy H-i opp. omn. V. 146. n. 19.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

6080. — *Laterani 4 Decembris.*

Abbati et priori monasterii Vrsicampi Cisterc. ord. concedit, ut de causis cognoscere et esse iudices in posterum minime teneantur. Laterani II. Nonas Decembris anno undecimo. — *Peigné-Delacourt Cartul. d'Ourscamp 301. n. 480; Potthast 656. n. 7621; Horoy l. c. 147. n. 20.* — « CVM PROPTER RERVM. »

6081. — *Laterani 4 Decembris.*

Monasterium de Capella Cisterc. ord. Constantiens. dioc. protegendum suscipit, specialiter autem bona in Verszlinkon, Sparren et Zürich ei confirmat. Laterani II. Nonas Decembris anno undecimo. — *Meyer v. Knonau Regest. v. Cappel. 2. n. 11; Potthast 656. n. 7622.*

6082. — *Laterani 5 Decembris.*

« Eisdem (abbati et conventui monasterii de Brolio Cisterciensis ordinis). » Indulget eis ut decimas novalium deductorum sic noviter ad culturam de quibus non extat memoria quod culta fuissent temporibus retroactis, in parrochiis illis percipere possint in quibus ex concessione veteres decimas obtinent « cum cui maius conceditur minus quoque non debeat denegari. » Laterani Nonis Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 422. fol. 154.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

6083. — *Laterani 5 Decembris.*

« (Homobono) episcopo Cremonensi. » Declarat quod R. canonicus Cremonensis subdiaconus Papae nuntius et procurator ipsius episcopi in Romana Curia satisfecisse Camerae Apostolicae pro ducentis viginti quatuor libris imperialium quas de pecunia olim penes bonae memoriae Cremonensem episcopum praedecessorem suum nomine eiusdem Camerae depositas ex parte sua solvere tenebatur. Laterani Nonis Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 10. ep. 461. fol. 159.* — « SCIRE TE VOLVMVS. »

6084. — *Laterani 5 Decembris.*

Monasterii de Capella tutelam suscipit et specialiter de Hoiptinchon, de Rossowe et de Herembrettynchon possessiones ac alia bona eidem confirmat. Laterani Nonis Dec. anno undecimo. — *Der Geschichtsfreund XIX. 250; cf. Meyer v. Knonau l. c. n. 12; Potthast 656. n. 7623.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

6085. — *Laterani 8 Decembris.*

« Thesaurario, cantori et officiali Nivernensibus. » Mandat eis ut nisi prior et capitulum Wastignenses Bituricensis dioecesis,

infra quindecim dies post primae citationis edictum probaverint Poncardum clericum fuisse vinculo excommunicationis astrictum quando Apostolicas litteras ad ipsos impetravit, in canonicum et fratrem iuxta mandatum Apostolicum de hoc iam datum recipi faciant in eorum ecclesia, quae, ut asseritur de bonis progenitorum eius est dotata, irritum et inane declarans si quid post appellationem a dicto clerico ad Apostolicam Sedem ab iisdem priore et capitulo Wastignensibus attemptatum fuit. Laterani VI. Idus Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 404. fol. 152; Horoy H-i opp. omn. V. 147. n. 21 ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS PONCARDVS. »

6086. — *Laterani 8 Decembris.*

Monasterio de Capella Cisterc. ord. Constantiens. dioc. domum Turegi in ripa fluvii sitam confirmat. Laterani VI. Idus Decembris anno undecimo. — *Meyer von Knonau l. c. n. 13; Potthast 656. n. 7624.*

6087. — *Laterani 9 Decembris.*

« Iohanni clerico de Walmere. » Concedit ei ut praeter ecclesiam de Siberteswald quam nunc obtinet adhuc unum beneficium curam habens animarum habere possit dummodo sit de legitimo matrimonio editus, vel cum eo super hoc ab Apostolica Sede dispensatum. Laterani V. Idus Decembris (anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 400. fol. 151.* — « TVE DEVOTIONIS PRECIBVS. »

6088. — *Laterani 9 Decembris.*

« F. cantori Gnesnensi. » Mandat ut in provincia Gnesnensi, ubi officium praedicandi crucem ei commissum fuit, absolvere possit eos qui pro iniectione manuum violenta excommunicationis laqueum incurrerunt, ita tamen ut illos, quibus vires et facultates suppetere videt, diligenter inducat ut proficiscantur in Terrae Sanctae subsidium, vel per se mittant idoneos bellatores; illis vero quibus vires non suppetunt compensationem idoneam ipsius Terrae Sanctae subsidio exhibeant, et passis iniuriam satisfaciant. Laterani V. Idus Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 405. fol. 152.* — « PETITIO TVA NOBIS. »

6089. — *Laterani 10 Decembris.*

« Magistro et fratribus militie Christi in Livonia. » Compositionem inter ipsos ex parte una et Lealensem episcopum ex altera, super quibusdam terris, mediantibus (Alberto) Rigensi episcopo et eius collegis, amicabiliter initam confirmat: litteras ipsius episcopi Rigensis dat. in Riga anno 1224. 23 Iulii de verbo ad verbum refert. Laterani IIII. Idus Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 401. fol. 151; Mitth. a. d. Gesch. Liv-,Ehst-u. Kurlands VIII. 131. n. 6; Bunge Livländ UB. III. 15. n. 93a (11 Dec.); cf. Porthan Bullar. access. 20. n. 47; Potthast 656. n. 7628; Horoy H-i opp. omn. V. 151. n. 24; Rodenberg Ep. Sel. 245. n. 326.* — « EA QVE IVDICIO. »

6090. — *Laterani 10 Decembris.*

« Eisdem (magistro et fratribus militie Christi in Livonia). » Sententiam quam tulerat W(ilelmus) episcopus Mutinensis Apostolicae Sedis Legatus pro eis contra (Albertum) episcopum Rigensem, super eo quod in ipsos iurisdictionem se proponebat habere, confirmat, ipsius sententiae tenorem referens, cui praesentes fuerunt multi viri inter quos Lambertus episcopus Semigalliae, quaeque sententia data fuit Rigae anno 1225 mense Aug. decima tertia indictione XIII. Dat. ut supra (Laterani IIII. Idus Dec. anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 402. fol. 151; absque signo chronologico in Mitth. l. c. VIII. 126. dedit v. Goetze; Bunge l. c. n. 92a; Strehlke Tab. 229.*

n. 238; sine signo chronologico ap. Porthan l. c. 20. n. 48; Potthast 656. n. 7626; Horoy H-i opp. omn. V 149. n. 122. — « Ea qve ivdicio. »

6091. — *Laterani 10 Decembris.*

« (Alberto) episcopo Rigensi. » Petentibus magistro et fratribus militiae Christi in Livonia, mandat ei ut sententias excommunicationis et interdicti quas (Lambertus) episcopus Semigalliae in eos seu in eorum loca protulit, requisitus relaxet. Dat. ut supra (Laterani IIII. Idus Decembris anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 403. fol. 151; Strehlke l. c. 230. n. 240; cf. Porthan l. c. 20. n. 49; Bunge l. c. III. Regest. 6. n. 104a; Potthast 656. n. 7627; Horoy H-i l. c. 150. n. 23.* — « Magister et fratres. »

6092. — *Laterani 10 Decembris.*

Hermanni Lealensis episcopi ordinationem, qua fratribus militiae Christi tradit dimidiam fere partem episcopatus sui, terram scilicet Sackele, Normigunde, Mocke, dimidiam partem terrae Waigele salvo sibi iure spirituali (d. d. 22 Iul. 1224), confirmat. — Laterani IV. Idus Decembris anno undecimo. — *Strehlke Tab. 229. n. 237; Potthast 656. n. 7625.* — « Ea qve ivdicio. »

6093. — *Laterani 11 Decembris.*

« Communi civitatis Rigensis. » Ordinationem W(ilelmi) episcopi Mutinensis Apost. Sedis Legati, inter ipsos ex una parte, et episcopum, praepositum et magistrum militiae Christi Rigensem ex altera super terminis Marchiae civitatis Rigensis confirmat. Laterani III. Idus Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 406. fol. 152; W. Arndt. Livländ Chronik II. 21. Anm. 0;* melius ap. *Bunge l. c. I. 111. n. 93; cf. Napiersky Index I. 9. n. 29; Potthast 656. n. 7629; Horoy H-i opp. omn. V. 153. n. 25.* — « Ea qve ivdicio. »

6094. — *Laterani 12 Decembris.*

« Ysidoro subdiacono. » Dispensat cum eo super defectu natalium cuius pater solutus eum genuit de soluta, ita ut ad sacros ordines promoveri et ecclesiastica beneficia obtinere possit. Laterani II. Idus Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 416. fol. 153.* — « Precibvs tvis benignvm. »

6095. — *Laterani 13 Decembris.*

« Thome Filiot rectori ecclesie de Wesbin. » Quum ipse nobilis genere, honestus moribus et litterarum sit scientia eruditus, concedit ei ut praeter beneficium quod obtinet alium beneficium curam habens animarum obtinere possit, dummodo defectus natalium ei non obsistat. Laterani Idibus Decembris anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 376ᵃ. fol. 148.* — « Cvm ad benefaciendvm. »

6096. — *Laterani 13 Decembris.*

« (Hugoni) episcopo Herefordensi. » Ipsi supplicanti concedit, ut cum duobus clericis suis de legitimo matrimonio editis despensare possit, ut praeter beneficia quae nunc obtinent, unicum ecclesiasticum beneficium etiamsi curam animarum habeat, recipere possint. Dat. ut supra (Laterani Idibus Decembris anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 377. fol. 148; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « Fraternitatis tve precibvs. »

6097. — *Laterani 13 Decembris.*

« Vniversis Christi fidelibus in transmarinis partibus constitutis. » Ecclesiam sancti Iohannis Ierosolimitani die quo ipsius sancti festum colitur et infirmos in hospitali eius consistentes visitantibus eisque humanitatis solatium impendentibus indulgentiam viginti dierum concedit. Laterani Idibus Dec. anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 409. fol. 153.* — « Qvoniam vt ait apostolvs. »

6098. — *Laterani 13 Decembris.*
Literae binae ad Humiliatos Braidenses, quarum alteris ieiunii et silentii leges molliores reddit, alteris vetat, ne peculiares quasdam leges, quibus se voto obstrinxerant, servent. Laterani Idibus Decembris anno undecimo *(Bianc.).* — *Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 158; cf. Biancolini Chiese di Verona VI. 194; Potthast 656. n. 7630.*

6099. — *Laterani 14 Decembris.*
« A(lexandro) episcopo Conventrensi. » Indulget ei ut eos, qui in sua dioecesi pro violenta manuum iniectione in clericos excommunicationis vinculum incurrerunt, absolvere possit. Laterani XVIIII. Kal. Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. ep. 406[2]. fol. 152.* — « FRATERNITATIS TVE PRECIBVS. »

6100. — *Laterani 14 Decembris.*
« Eidem (A. episcopo Conventrensi). » Concedit ei ut cum illis monialibus et aliis religiosis personis suae dioecesis quae simoniacum ingressum habuerunt in monasteriis, faciat prout secundum Deum huiusmodi religiosarum personarum saluti viderit expedire. Dat. ut supra (Laterani XVIIII. Kal. Ianuarii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 407. fol. 152; Musaeum Brit. add. mss. 15352.* — « EA QVE AD CVRANDAS. »

6101. — *Laterani 14 Decembris.*
« Episcopo Melfitensi, et archidiacono Brundusino. » Mandat eis ut ad Monopolitanam ecclesiam personaliter accedentes inquirant de meritis abbatis sanctae Mariae Amalfitanae, quem capitulum Monopolitanum in suum elegerunt episcopum concorditer et pastorem, et si personam eius idoneam invenerint, ecclesiae memoratae eum praeficiant, alioquin dent capitulo praedicto in mandatis ut de persona idonea quae tanto congruat oneri et honori per electionem canonicam in episcopum sibi provideant. Dat. Laterani ut supra (XVIIII. Kal. Ianuarii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 408. fol. 153.* — « DILECTI FILII PEREGRINVS. »

6102. — *Laterani 15 Decembris.*
« (Mauritio) episcopo Cenomanensi. » Cum quidam canonici conventus ecclesiae sanctae Mariae Blasensis abbatem eiusdem loci olim interfecerint, et ipse episcopus, una cum Carnotensi et Aurelianensi episcopis de mandato Sedis Apostolicae, quosdam ex ipsis a suis ordinibus degradatos, aliis per saecularem iudicem interemptis, ab ipso monasterio perpetuo amoverunt, et ideo malefactorum consanguinei et amici contra abbatem et conventum praedictum et eorum ecclesiam sint nequitiae spiritu inflammati, mandat ei ut de dicto abbate, conventu et ecclesia tutelam habeat donec ecclesia memorata sit in melius reformata. Laterani XVIII. Kal. Ianuarii (anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. ep. 410. fol. 153; Horoy H-i opp. omn. V. 156. n. 26 ex mss. du Theil.* — « EX PARTE DILECTORVM. »

6103. — *Laterani 15 Decembris.*
« (Waltero) archiepiscopo Eboracensi. » Mandat ei ut, si decanus et capitulum ecclesiae Eboracensis mandatum Apostolicum adimplere neglexerint in satisfaciendo magistrum Laurentium de sancto Nicolao subdiaconum et capellanum ipsius Pontificis quoad praebendam quam ipse archiepiscopus in eadem ecclesia ei donavit, eos ad id per censuram ecclesiasticam compellat. Laterani XVIII. Kal. Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. ep. 505. fol. 165; Musaeum Brit. add. mss. 15352.* — « CVM EBORACENSEM ECCLESIAM. »

6104. — *Laterani 15 Decembris.*
Abbati et conventui b. Mariae Blesensis ord. s. Aug. mandat, ne quem canonicorum illorum,

qui propter mortem H. monasterii praefati quondam abbatis per Carnotensem, Cenomanensem et Aurelianensem episcopos ab ipsa ecclesia amoti sint, in eandem de cetero admittere praesumant. Laterani XVIII. Kal. Ianuarii anno undecimo. — *Gallia christ. VIII. instr. 429; Potthast 656. n. 7631; Horoy H-i opp. omn. V. 157. n. 27.* — « Cvm ex inivncto. »

6105. — *Laterani 16 Decembris.*

« (Ante)radensi, et Valaniensi episcopis, et (cant)ori Valaniensi. » Petentibus magistro et fratribus Hospitalis Ierosolimitani, mandat ut nuntient et nuntiari faciant subiacere maiori excommunicationi participantes in loquela, vel cibo aut potu cum comite Tripolitano, contra quem suosque complices (Pelagius) Albanensis episcopus tunc Apost. Sedis Legatus pro gravibus damnis et iniuriis eisdem magistro et fratribus irrogatis excommunicationis sententiam protulerat. Laterani XVII. Kal. Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 506. fol. 165. Mss. Vall. I. 53.* — « Dilecti filii magister. »

6106. — *Laterani 17 Decembris.*

« Magistro militie Templi. » Indulget eis ut pro utilitate Terrae Sanctae ac domus militiae Templi et Hospitalis quarum personae ac bona sunt Terrae praedictae obsequiis deputata, excommunicatis, cum expedire viderit, dum tamen secum non participet in mensa vel orationibus, loqui possit. Laterani XVI. Kal. Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 418; fol. 154; Mss. Vall. I. 53.* — « Qvia necessitas facit. »

6107. — *Laterani 17 Decembris.*

Monasterium s. Trinitatis de Scona ordinis s. Aug. patrocinandum suscipit, omnesque eius possessiones ac bona nominatim exhibita, iura ac privilegia confirmat. Laterani XVI. Kal. Ianuarii indict. XV. incarn. dom. anno 1226. pont. anno undecimo. — *Liber ecclesie de Scon 66. n. 103; Potthast 656. n. 7633.* — « Qvotiens a nobis. »

6108. — *Laterani 18 Decembris.*

« Conventui sancti Pauli Traiectensi. » Cum Fridericus abbas eorum monasterii, suis culpis exigentibus, a C(onrado) Portuensi episcopo tunc Apost. Sedis Legato a regimine abbatiae amotus fuerit, huiusmodi remotionem confirmans, mandat eis ut ad eligendum alium abbatem procedant, alioquin dat litteris in mandatis sancti Trudonis et de Valle sancti Lamberti abbatibus Leodiensis dioecesis ut eos per censuram ecclesiasticam ad id compellant. Laterani XV. Kal. Ianuarii (anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 411. fol. 153.* — « Cvm venerabilis frater. »

Illis scriptum est in eundem modum.

6109. — *Laterani 18 Decembris.*

« Abbati sancte Genovefe, archidiacono Parisiensi, et Matheo Iohannis Elperini Belvacensi canonico Parisius commoranti. » Mandat eis, ut non obstante iuramento a decano et capitulo Trecensibus firmato super certo canonicorum numero in eorum ecclesia conservando, compellant eos ad recipiendum in canonicum et fratrem Valerianum clericum fratrem Iudicis Morici civis Romani super quo Trecensi episcopo preces direxerat et mandatum. Laterani XV. Kal. Ianuarii (anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 413. fol. 153; Horoy H-i opp. omn. V. 158. n. 29 ex mss. du Theil.* — « Dilectvs filivs Valerianvs. »

6110. — *Laterani 18 Decembris.*

« (Iohanni) Bisuntino archiepiscopo. » Quum in eius dioecesi sexaginta ecclesiae parrochiales et amplius habeantur, et quia quidam clerici et laici decimas et alios proventus percipiunt earundem nulli clerici volunt in eis vicariam vel curam suscipere animarum, cum ibi non habeant unde valeant

sustentari, mandat ei ut nisi praedicti clerici vel laici ab eo moniti congruam assignaverint ad opus clericorum deservientium in eisdem ecclesiis de ipsarum proventibus portionem, ipse super hoc auctoritate Apostolica valeat providere. Laterani XV. Kal. Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 415. fol. 153; Gallia christ. XV. instr. 66; Potthast 657. n. 7654; Horoy l. c. 157. n. 28.* — « Ex tva insinvatione. »

6111. — *Laterani 19 Decembris.*

« Abbati et conventui monasterii de Brolio Cisterciensis ordinis. » Indulget eis ut decimas eorum monasterio pia largitione fidelium de dioecesanorum consensu collatas et etiam conferendas libere retinere possint, inhibens ne quis ad venditionem earum cogere eos praesumat. Laterani XIIII. Kal. Ianuarii (anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 420. fol. 154.* — Vtilitatibvs monasterii vestri. »

6112. — *Laterani 19 Decembris.*

« Abbati sancti Benedicti Floriacensi. » Ne quidam ex monachis suis qui propter manuum iniectionem in canonem latae sententiae incidisse noscuntur seu aliquando inciderunt materiam habeant evagandi si propter hoc ad Sedem Apostolicam personaliter laborarent, dispensandi cum eis super hiis ipsi licentiam concedit. Laterani XIIII. Kal. Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 469. fol. 160.* — « Nobis hvmiliter svpplicasti. »

6113. — *Laterani 20 Decembris.*

« Abbati et conventui sancti Georgii de Nuemburch. » Advocatiam eorum monasterii quam Rodulfus de Saleke in manibus Ludewici (*sic*) Turingiae langravii Saxoniae comitis palatini resignavit, ipseque langravius eam in manibus Engelhardi Nuemburgensis episcopi cessit ea conditione ut idem episcopus advocatiam ipsam cum omnibus iuribus eorum monasterio conferret, ipsis confirmat, inhibens ne dictam advocatiam infeudare seu quomodolibet alienare aliquatenus praesumant. Laterani XIII. Kal. Ianuarii (anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 417. fol. 153.* — « Ivstis petentivm. »

6114. — *Laterani 20 Decembris.*

« (Waltero) archiepiscopo et capitulo Eboracensibus. » Ei interroganti an per constitutionem Apostolicam a se editam quod clericis in theologica facultate studentibus sui ecclesiasitici redditus integre ministrentur, respondet, quod non intendit ut per hoc cotidianae distributiones, quas percipere debent residentes clerici et qui canonicis horis intersunt, absentibus ministrentur. Laterani XIII. Kal. Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 419. fol. 154; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Qvesivistis a nobis. »

6115. — *Laterani 21 Decembris.*

« Iohanni clerico. » Dispensat cum eo super natalium defectu quem patitur de soluto genitus et soluta, ut ad sacros ordines promoveri et ecclesiastica beneficia obtinere possit. Laterani XII. Kal. Ianuarii (anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. ep. 414. fol. 153.* — « Et si geniti. »

6116. — *Laterani 21 Decembris.*

« Barensi capitulo. » Cassatis propter inordinatum processum electionibus de magistro Marino canonico Salernitano et magistro Blandimerio priore sancti Nicolai Barensis ab ipsis celebratis et postulatione facta de episcopo Baionensi, Barensi tamen ecclesiae cupiens consulere ei praedictum Marinum canonicum providet in pastorem, quem ab ipso Pontifice in diaconum ordinatum ad ipsos remittit, eique tamquam archiepiscopo et pastori plene ac humiliter intendant. Laterani XII. Kal. Ianuarii (anno

undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 426. fol. 154.* — « Examinatis diversis electionibvs. »

6117. — *Laterani 22 Decembris.*

«(Hugoni) Lincolniensi episcopo.» Mandat ei ut si qui de illis partibus possessiones et alia iura magistri Laurentii de sancto Nicolao subdiaconi et capellani Pontificis post recessum eius de Anglia turbaverit, eos, quum ab ipso fuerit requisitus, ut super hiis coram se exhibeant iustitiae complementum per censuras ecclesiasticas compellat. Laterani XI. Kal. Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 430. fol. 154–155; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Si qvietos volvmvs. »

In eundem modum scriptum est abbati de Waledeñ, et priori de Bernuwel, Londoniensis et Eliensis diocesum.

In e. m. scriptum est archiepiscopo Eboracensi.

In e. m. scriptum est.....

6118. — *Laterani 22 Decembris.*

« De Fontibus, et de Rivallis abbatibus Cisterciensis ordinis Eboracensis diocesis. » Quoad monasteria monialium Eboracensi archiepiscopo diocesana lege subiecta, in quibus eisdem inquisitionem commisit super statu eorum reddituum et personarum numero in monasteriis ipsis degentium, accepta eorum relatione, mandat ut habito archiepiscopi memorati consilio, quod regulare, honestum et salubre fuerit, statuant. Laterani XI. Kal. Ian. (anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 431. fol. 155; Musaeum Britann. mss. add. 15352; Walbran Memor. of Fountains 175; Potthast 657. n. 7635; Horoy H-i opp. omn. V. 159. n. 30.* — « Exponente nobis olim. »

6119. — *Laterani 22 Decembris.*

«(Waltero) archiepiscopo Eboracensi.» Vt quoad electionem W. Wigorniensis archidiaconi in episcopum Dunelmensem a priore ac conventu Dunelmensis ecclesiae peractam, eique ut loci metropolitano ad examinationem praesentatam, infra duos menses post receptionem praesentium procedat: quod si forte infra praedictum tempus non duxerit procedendum, electionis formam et processum ad Sedem Apostolicam remittat. Laterani XI. Kal. Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 456. fol. 158; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « Significantibvs priore ac. »

6120. — *Laterani 23 Decembris.*

« Eisdem (abbati et conventui monasterii de Brolio Cisterciensis ordinis). » Quum, ipsi, decedente persona ecclesiae de Marcilleio in qua ius patronatus ex concessione illorum ad quos rationabiliter pertinebat iuste et pacifice illud obtinent, et per R(omanum) sancti Angeli diaconum Cardinalem Apost. Sedis Legatum et a Pontifice postmodum confirmatum est, eis liceat ecclesiam ipsam in usus proprios retinere. Laterani X. Kal. Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 421. fol. 154.* — « Solet annvere. »

6121. — *Laterani 23 Decembris.*

« Abbati sancte Marie de Caritate Cisterciensis ordinis. » Mandat ut super postulatione abbatis de Magella ad abbatiam monasterii sancti Iohannis in Venere, testes quos Gentilis eiusdem coenobii monachus usque ad denarium vel duodenarium numerum duxerit nominandos, usque ad unius mensis spatium post susceptionem praesentium coram Papa se praesentent perhibituri testimonium super hiis quae ab eis erunt inquirenda, nihilominus faciat monacho memorato et eius socio Benedicto nec non testibus supradictis in moderatis expensis de bonis monasterii provideri. Laterani X. Kal. Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 424. fol. 154.* — « Cvm svper postvlatione. »

6122. — *Laterani 23 Decembris.*
« (Iohanni) episcopo Florentino. » Dolet quod cives Florentini (Ildeprandinum) episcopum Fesulanum, occupatis episcopii sui et ecclesiarum eiusdem bonis, exulare fecerint, qua in re nec ipse excusare suam potest negligentiam; mandat ei, ut quum in huiusmodi causa ab episcopo Faventino et collegis eius propter civium ipsorum diffugia non est processus habitus, et ad examen Apostolicae Sedis revocata fuerit, iniungat potestati, consiliariis et populo eiusdem civitatis in Kalendis Februarii proximis per procuratores idoneos et sufficienter instructos coram Papa compareant, eidem episcopo super invasione, destructione ac detentione bonorum episcopii sui et ecclesiarum eius, quod ordo poposcerit rationis exhibituri. Laterani X. Kal. Ianuarii (anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 427. fol. 154; Mss. Vall. I. 53; Vghelli Ital. sacra III. 249; Potthast 657. n. 7637; Horoy H-i opp. omn. V. 162. n. 33.* — « GRAVE VALDE GERIMVS. »

6123. — *Laterani 23 Decembris.*
« (Iohanni) archiepiscopo Bisuntino. » Vacante Constantinopolitana ecclesia, quum capitulum et alii ad quos electio pertinet in substitutionem patriarchae futuri concordare nequivissent, in unam personam minime consentientes, aliis episcopum Belvacensem postulantibus, aliis contra eos appellationibus se opponentibus, eligit eum in Constantinopolitanum patriarcham, eique mandat ut Romam veniat: interim magistros Petrum et Ivonem et Iohannem canonicos Constantinopolitanos quos propter hoc ad eum mittit sinceritati suae propensius commendat. Laterani X. Kal. Ianuarii (anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 428. fol. 154; Mss. Vall. I. 53; Notices et extraits XXI. 11. 172; Potthast 657. n. 7636; Horoy H-i opp. omn. V. 163. n. 34.* — « CVM NVPER NOBILI. »

6124. — *Laterani 23 Decembris.*
« Abbati et conventui Florensis monasterii. » Tenimentum Sylae in quo eorum monasterium situm est ab imperiali liberalitate collatum, ipsis prout per triginta fere annos illud libere possident et quiete, confirmat, inhibens ne L. archiepiscopus Cusentinus vel alii de possessionibus infra fines eiusdem tenimenti vel de hiis quae ipsis inde provenerint decimas exigat. Laterani X. Kal. Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 429. fol. 154.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

6125. — *Laterani 23 Decembris.*
« (Lope) episcopo Seguntino. » Indulget ei ut pro solutione debitorum quae propter multa et gravia negotia ecclesiae Seguntinae contraxit, illorum beneficia qui in ecclesia eadem beneficiati residentiam non faciunt per triennium retinere valeat, illis dumtaxat beneficiatis exceptis, qui apud Sedem Apostolicam vel in scolis studiorum gratia commorantur, aut in peregrinatione consistunt, aut alias ex Apostolicae Sedis indulgentia sunt muniti. Laterani X. Kal. Ianuarii (anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 432. fol. 155.* — « NOBIS TVA FRATERNITAS. »

6126. — *Laterani 23 Decembris.*
« Episcopo et capitulo Seguntinis. » Eorum supplicationibus assensum praebens, indulget ut pro constructione ecclesiae Seguntinae, quae in honore beatae et gloriosae Dei genitricis Mariae semper virginis est fundata, et opere miro lapideo rehedificare ceperunt nec ad tantum opus consumandum propriae suppetunt facultates, tertias ecclesiarum Seguntinae dioecesis earundem ecclesiarum fabricis deputatas ad triennium eisdem concedit. Dat. ut supra (Laterani X. Kal. Ianuarii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 433. fol. 155.* — « EX PARTE DEVOTIONIS. »

6127. — *Laterani 23 Decembris.*

« (Rainaldo) episcopo Nivernensi. » Indulget ei ut, non obstante iuramento, quod Apostolicae Sedi praestitit de possessionibus et feudis non alienandis Nivernensis ecclesiae, concedat nobili viro Petro de Barris Nivernensis dioecesis ut in quadam possessione feudi sui quam ab ipso tenet et pro quo etiam ei fecit homagium et fidelitatis exhibuit iuramentum, monasterium Cisterciensis ordinis fundare possit. Dat. ut supra (Laterani X. Kal. Ianuarii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 434. fol. 155; Horoy H-i opp. omn. V. 160. n. 31 ex mss. du Theil.* — « PER TVAS NOBIS. »

6128. — *Laterani 23 Decembris.*

« (Gerhardo) Bremensi archiepiscopo. » Mandat ei ut Ludolfum praepositum de Repshot canonicum Lubicensem commendatum habeat, eundemque super beneficiis suis non patiatur indebite molestari; et si forte in sacra pagina studens vel peregre proficiscens aut Ecclesiae Romanae insistens obsequiis fuerit absens, proventus praepositurae suae de Repsholt (*sic*) sibi vel creditoribus suis quibus eos percipiendos commiserit assignari faciat. Laterani X. Kal. Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat lib. 11 epist. 452. fol. 158; Ehmck Bremisches UB. I. 679. n. 332; cf. Potthast append. 2098. n. 7637a–26163.* — « DILECTVM FILIVM LVDOLFVM. »

6129. — *Laterani 23 Decembris.*

« Abbati et conventui monasterii sancti Laurentii Cremonensis ordinis sancti Benedicti. » Indulget ut tempore quo terra generali subiacet interdicto liceat eis, clausis ianuis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis *etc.* divina officia celebrare, dummodo hoc ipsis non inhibeatur expresse et causam non dederint interdicto. Laterani X. Kal. Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist 460. fol. 159.* — « AVCTORITATE VOBIS PRESENTIVM. »

6130. — *Laterani 23 Decembris.*

« Anteradensi et Valaniensi episcopis et cantori Valaniensi. » Vt excommunicationis sententiam in omnes mercatores qui scienter ad terras quas comes Tripolitanus detinet mercimonia detulerint vel inde retulerint solemniter publicent, eamque, sublato appellationis obstaculo, publicari faciant. Laterani X. Kal. Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 507. fol. 166; Mss. Vall. I. 53.* — « SPERAVIMVS HACTENVS VT. »

6131. — *Laterani 26 Decembris.*

« Monialibus sanctorum Iohannis et Pauli Placentinis. » Indulget ut cum generale terrae fuerit interdictum liceat eis, clausis ianuis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, submissa voce, divina officia celebrare valeant, dummodo causam non dederint interdicto. Laterani VII. Kal. Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 451. fol. 158.* — « VT TANTO LIBENTIVS. »

6132. — *Laterani . . . . .*

« Rectoribus Communitatis Lombardie. » Vt pacem firment cum F(riderico) Romanorum imperatori et regi Sicilie, quum maxime interest ad subsidium Terrae Sanctae promovendum; pro qua idem imperator per suas litteras et Reginum archiepiscopum et magistrum domus Sanctae Mariae Teotonicorum et R. iuris civilis professorem, quos ad Apostolicam Sedem destinavit, Papae beneplacito se supposuit: quare in festo Omnium Sanctorum proximo futuro viros prudentes ad Curiam destinent ut super iam dicta pace facienda mandatum Apostolicum recipiant. Laterani (absque die et mense). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 388. fol. 149; Mss. Vall. I. 53; Rodenberg Ep.*

Sel. 234. n. 309 (mense Sept. - vel. initio Oct.). — « CVM INTER VARIAS. »

6133. — *Laterani* . . . . .

« (Vicedomino) Placentino, (Ottobello) Laudensi, et (Gratiae) Parmensi episcopis. » Vt litteras Apostolicas Rectoribus Communitatis Lombardiae pro concordia inter ipsos et F(ridericum) imperatorem reformanda destinatas, quibus viderint assignandas assignent, eosque moneant, et ante ipsorum oculos ponant malum, quod si discordia non extirpetur toti christianitati poterit provenire. Laterani (absque die et mense). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 389. fol. 149; Mss. Vall. I. 53; Rodenberg Ep. Sel. 235. n. 310 (Sept. - initio Oct.).* — « FRATERNITATI VESTRE TENORE. »

6134. — . . . . .

Episcopis (Iacobo) Astensi et (Reynerio) Albensi concedit, ut possint commutare poenitentiam iniunctam Wilielmo marchioni de Ceva in annuum redditum viginti modiorum frumenti domni de Casotulis Carthusiens. ord. assignandum. Absque nota chronologica. — *Moriondus Mon. Aquens. II. 422; Potthast 657. n. 7639 (in fine anni 1226); Horoy H-i opp. omn. V. 161. n. 32.* — « DILECTI FILII NOBILES. »

[An. 1227]

6135. — *Laterani 2 Ianuarii.*

« (Gaufrido) episcopo Tripolitano. » Quum in ecclesia sua sit duodecimum canonicorum numerum iuramento firmatum et per Sedem Apostolicam confirmatum, et propter interdictum terrae sint ipsius ecclesiae redditus diminuti et magna gravetur multitudine clericorum, indulget ei ne per litteras Apostolicas teneatur alicui providere, nisi de indulgentia huiusmodi fecerint mentionem. Laterani IIII. Non. Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 447. fol. 158.* — « ET SI AD CLERICORVM. »

6136. — *Laterani 2 Ianuarii.*

« Episcopo Tripolitano. » Eo supplicante, indulget, ut quod super collatione vacantium praebendarum et aliorum beneficiorum ecclesiae suae cum maiori et saniori parte capituli duxerit canonice statuendum, robur obtineat firmitatis, nisi a paucioribus aliquid rationabile obiectum fuerit et ostensum quare id fieri non debeat vel possit. Dat. ut supra (Laterani IIII. Nonas Ianuarii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 448. fol. 158.* — « CVM SOLLICITVDO ET. »

6137. — *Laterani 2 Ianuarii.*

« Episcopo Tripolitano. » Eius personam et ecclesiam Tripolitanam cum omnibus bonis suis sub protectione recipit, specialiter autem libertates et immunitates nec non et antiquas et approbatas ipsius ecclesiae consuetudines, si eas iuste et canonice obtinet et quiete, confirmat. Laterani IIII. Nonas Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 453. fol. 158.* — « SACROSANCTA ROMANA ECCLESIA. »

6138. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Abbati sancti Gabrielis de Airola, et decano sancti Fortunati Montis Virgilii Beneventane et Sancteagathensis diocesum. » Mandat eis ut personaliter accedant ad ecclesiam sancti Mennae in sancta Agatha et inquirant de F. electo eiusdem ecclesiae, qui dicitur non esse de legitimo matrimonio ortus, presbyteratus ordinem furtive ab alieno episcopo recipisse, tempore quo electus fuit ad praefatam ecclesiam excommunicationis vinculo pro iniectione manuum violenta fuisse innodatum, et eius electionem per simoniae vitium procuratam fuisse: si de hiis vel eorum aliquo eis constiterit, ipsum a regimine ipsius ecclesiae removentes capitulo ipsius ecclesiae tribuant alium eligendi licentiam, alioquin episcopo Sanctae Agathae iniungant ut sine praeiudicio exemptionis seu libertatis ipsius ecclesiae,

etsi de illa Pontifici non fuerit facta fides, eidem electo munus benedictionis impendat: in inquisitionis autem negotio mandat illas personas excludant quas Egidius sanctorum Cosmae et Damiani diaconus Cardinalis in hac causa auditor litteris suis declaraverit. Laterani II. Nonas Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 446. fol. 158.* — « INTER ALIA QVE. »

6139. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Episcopo Tripolitano. » Indulget ei ut, durante interdicto in civitate et dioecesi Tripolitana cui propter excessus Tripolitani comitis subiacet, liceat ei in capella palatii sui, cum suis clericis, clausis ianuis, interdictis et excommunitatis exclusis, non pulsatis campanis, submissa voce, divina officia celebrare, proviso ut super hoc quidquam in fraudem fieri non contingat. Laterani II. Nonas Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 449. fol. 158; Mss. Vallicell. I. 53.* — « HONESTIS FRATERNITATIS TVE. »

6140. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« Episcopo Tripolitano. » Concedit ei ut pro requirendis iuribus et aliis utilitatibus ecclesiae suae, cum dolore tamen cordis, loqui possit cum comite Tripolitano, qui propter excommunicationis sententiam qua tenetur est evitandus, proviso ne in aliis ipsi communicet. Laterani II. Nonas Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 450. fol. 158.* — « HONESTIS FRATERNITATIS TVE. »

6141. — *Laterani 4 Ianuarii.*

« (Martino?) episcopo Portugalensi. » Ad instar felicis recordationis Innocentii PP. inhibet ne cuiquam liceat sine speciali mandato Sedis Ap. relaxare interdicti et excommunicationis sententias in quoscumque sive clericos sive laicos dioecesana ei lege subiectos ab eo rationabiliter promulgatas ob iniurias quae ei vel ecclesiae suae per regem Portugalensem aut suos fautores fuerint irrogatae, nisi primum ei congrue fuerit satisfactum. Laterani II. Nonas Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 454. fol. 158.* — « CVM A NOBIS PETITVR. »

6142. — *Laterani 5 Ianuarii.*

« Rectoribus Societatis Lombardie Marchie ac Romaniole. » Mittit eis formam concordiae inter ipsos et F(redericum) Romanorum imperatorem iniendae, qui totum negotium providentia Summi Pontificis et Fratrum suorum posuerunt: huius autem concordiae tenor est, quod imperator omnem in eos rancorem remittet et eis faciet firmam pacem, specialiter marchioni Montisferrati, Mediolano, Placentie, Vercellis, Bononie, Faventie, Alexandrie, Taurino, Laude, Pergamo, Brixie, Mantue, Verone, Padue, Vicentie, Tervisio, Creme, Ferrarie et comitibus de Blandrato, aliisque locis et personis Societatis eiusdem: ipsi autem dabunt imperatori pro subsidio Terrae Sanctae per biennium quadrigentos milites et adherentibus imperatori omnem rancorem remittent: mandat eis ut patentes litteras sigillis munitas usque ad proximam dominicam instantis quadragesimae ipsi Pontifici transmittant. Laterani Nonis Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 440. fol. 156; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1226. n. 26; Horoy H-i opp. omn. V. 165. n. 35; Sarti de Archigymn. Bonon. Profess. II. 72; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 703; Potthast 657. n. 7641; Rodenberg Ep. Sel. 246. n. 327.* — « EIVS LOCVM LICET. »

6143. — . . . . .

Forma a Papa praescripta litterarum quas rectores Societatis Lombardie, Marchie et Romaniole mittere debent F(rederico) imperatori et regi Ierusalem atque

Sicilie super concordia inter ipsos rectores et praedictum imperatorem providentia eiusdem Papae facienda. — *Reg. Vat. lib. 11. fol. 157. n. 443; Horoy H-i opp. omn. V. 211. n. 77; Rodenberg Ep. Sel. 248. n. 328.*

In eundem modum debet scribi domino Papae verbis competenter mutatis.

Haec et sequens epistola relatae fuerunt superius inter ea quae in Regestis Vaticanis continentur et Papam auctorem non habent (Tom. I. Prolegomen. LVI. nn. 76. 77); sed quum ex Cancellaria Apostolica emissae fuerunt, inter acta Pontificia referri possunt.

6144. — . . . . .

Forma a Papa praescripta litterarum quas dominus Fred(ericus) imperator debet mittere rectoribus Societatis Lombardie, Marchie et Romaniole super concordia inter ipsos a Papa ordinata.

In eundem modum debet scribi domino Pape verbis competenter mutatis. — *Reg. Vat. lib. 11. fol. 157. n. 444; Rodenberg Ep. Sel. 250. n. 330.*

6145. — *Laterani 5 Ianuarii.*

« Eisdem (Rectoribus Societatis Lombardie Marchie et Romaniole). » Declarat quod si forte Fr(edericus) Romanorum imperator et rex Siciliae non transierit in subsidium Terrae Sanctae, ipsi non teneantur ministrare in eorum expensis per biennium milites quadringentos transituros in ipsius imperatoris passagio, ut in forma concordiae inter ipsos et praedictum imperatorem a Pontifice statutum fuit. Dat. ut supra (Laterani Nonis Ianuarii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 441. fol. 157; Ficker Forschungen IV. 358. n. 328; Potthast App. 2098. 7641 a-26164; Rodenberg Ep. Sel. 250. n. 331.* — « CVM IN FORMA CONCORDIE. »

6146. — *Laterani 5 Ianuarii.*

« Fr(ederico) illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie. » Transmittit ei formam concordiae quam inter ipsum et rectores Societatis Lombardie, Marchie ac Romaniole Pontifex statuit, eumque monet ut supradicta omnia pro parte sua servet, ac super hoc iuxta tenorem quem ei Pontifex transmittit, suas patentes litteras, maiestatis suae typario insignitas, transmittat. Dat. ut supra (Laterani Nonis Ianuarii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 442. fol. 157; Mss. Vallicell. I. 53; Sartius de Archigymn. Bonon. Profess. II. 74; Potthast 657. n. 7640; Horoy H-i opp. omn. V. 208. n. 76; Rodenberg Ep. Sel. 249. n. 329.* — « EIVS LOCVM LICET. »

6147. — *Laterani 5 Ianuarii.*

« Fred(erico) illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie. » Declarat nolle se articulum concordiae inter ipsum imperatorem et Societatem Lombardie Marchie et Romaniole, super eo quod ipse imperator marchionem Montisferrati in gratiam recipiat, iuri ipsius vel eiusdem etiam marchionis in aliis praeiudicium aliquod generari. Laterani Nonis Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 445. fol. 157; Rodenberg Ep. Sel. 251. n. 332.* — « AVCTORITATE PRESENTIVM PROSTESTAMVR. »

6148. — *Laterani 8 Ianuarii.*

« L. preposito de Repesholt (*al.* Repeshot, Repshot). » Non obstante consuetudine Bremensis ecclesiae qua praelaturae Bremensis dioecesis non nisi canonicis eiusdem ecclesiae conferantur, praeposituram de Repesholt ei nondum canonico Bremensi ab archiepiscopo Bremensi collatam, confirmat. Laterani VI. Idus Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 458. fol. 159; cf. Ehmck Bremisches UB. I. 679. n. 334; Potthast Append. 2098. n. 7642 a-26165.* — « ANNVERE CONSVEVIT SEDES. »

6149. — *Laterani 8 Ianuarii.*
« F(riderico) illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie. » Ipse ad liberationem Terrae Sanctae se accingens sub protectione apostolica, cum sua et filii sui personis, cum imperio et regno recipiuntur. Laterani VI. Idus Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 459. fol. 159; Mss. Vall. I. 53; Rodenberg Ep. Sel. 251. n. 333.* — «SINCERA DEVOTIO QVAM.»

6150. — *Laterani 8 Ianuarii.*
Abbati et conventui S. Mariae montis Mirteti, qui cum Hugolinus Ostiensis et Velletrensis episcopus et clerici Nymphae decimas ab eis exigerent de possessionibus acquisitis post concilium generale, illis quasdam possessiones contulerant, de quibus in futurum perciperent decimas supradictas, hoc pactum confirmat. Laterani VI. Idus Ianuarii anno undecimo. — *Spicil. Liber. 717. n. 6; Potthast 657. n. 7642; Horoy H-i opp. omn. V. 168. n. 36.* — « CVM A NOBIS. »

6151. — *Laterani 9 Ianuarii.*
« Abbati et conventui monasterii sancti Stephani protomartiris de Keu. » Eis indulget ut tempore interdicti, excommunicatis et interdictis exclusis, clausis ianuis, non pulsatis campanis, submissa voce, divina officia celebrare valeant. Laterani V. Idus Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 465. fol. 160.* — « VT TANTO LIBENTIVS. »

6152. — *Laterani 9 Ianuarii.*
« Vniversis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. » Elemosinas et grata caritatis subsidia erogantibus abbatissae et conventui Vallis Sanctae Mariae Cisterciensis ordinis Leodiensis dioecesis pro construendo monasterio, quod opere sumptuoso erigere coeperunt, indulgentias viginti dierum concedit. Laterani V. Idus Ian. anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 467. fol. 160; Mss. Vall. I. 53.* — « QVONIAM VT AIT APOSTOLVS. »

6153. — *Laterani 9 Ianuarii.*
Abbati et conventui Sanctae Crucis Pataviens. dioc. ius patronatus ecclesiae de Sulz inferiori a L(eopoldo) duce Austriae monasterio eorum collatum apostolica auctoritate confirmat. Laterani V. Idus Ianuarii anno undecimo. — *Weis Urk. des Cisterc.-Stiftes Heiligenkreuz I. 65; Potthast 658. n. 7643; Horoy H-i opp. omn. V. 169. n. 37.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

6154. — *Laterani 11 Ianuarii.*
« Abbati et conventui Postunacensibus. » Indulget ut cum generale terrae fuerit interdictum liceat eis, excommunicatis et interdictis exclusis, clausis ianuis, submissa voce *etc.* divina officia celebrare. Laterani III. Idus Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 455. fol. 158.* — « VT TANTO LIBENTIVS. »

6155. — *Laterani 11 Ianuarii.*
« V(grino) archiepiscopo Colocensi. » Quum per studium Summi Pontificis pax firmata fuerit inter F(ridericum) imperatorem et Lombardos, et idem imperator ad transfretandum in instanti mense augusto se accingat, multitudinem navium et alia quae tanto negotio congruunt studiosissime praeparando, mandat ei ut crucem praedicet, et crucesignati pro transfretando in ipso passagio se praeparent. Laterani III. Idus Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 457. fol. 159; Mss. Vall. I. 53; Theiner Mon. Hungar. 70. n. 46; Mon. Hung. hist. Dipl. VI. 224; Potthast 658. n. 7647; Horoy H-i opp. omn. V. 173. n. 41; Rodenberg Ep. Sel. 252. n. 334. ubi confunditur haec epist. cum alia data* « Archiepiscopo Strigoniensi » *sub eodem die (n. 6157).* — « BENEDICTVS DEVS QVI. »

6156. — *Laterani 11 Ianuarii.*
« Archiepiscopis et episcopis, et nobilibus viris ducibus, marchionibus, comitibus, et aliis principibus Theutonie tam eccle-

siasticis quam mundanis.» Eos rogat et monet ut instanti mense augusto cum F(riderico) imperatore transfretare in subsidium Terrae Sanctae se praeparent: interim magistrum domus sanctae Mariae Theutonicorum, qui pro magnis arduisque negotiis, tum specialiter ad sedandam discordiam inter ipsum imperatorem et Lombardos exortam a Pontifice retentus fuit, et modo ad dictae Terrae Sanctae succursu procurando ad partes Theutoniae accedit eis commendat. Laterani III. Idus Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 462. fol. 159; Mss. Vallicell. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1227. n. 7; Rodenberg Ep. Sel. 253. n. 335.* — « PRIDEM VOBIS SIGNIFICASSE. »

In eundem modum archiepiscopis et episcopis, ac nobilibus viris comitibus et baronibus per Vngariam constitutis. — *Reg. Vat. l. c.; Theiner Mon. Hung. I. 71; Mon. Hung. Hist. dipl. VI. 224; Raynaldi l. c.; Potthast 658. n. 7646; Horoy H-i opp. omn. V. 171. n. 40.*

In e. m. A(ndreae) illustri regi Vngarie qui ab olim Crucis signaculum iam susceperat. — *Reg. Vat.; Potthast; Horoy ll. cc.*

In e. m. nobili viro Langravio Turingie. — *Reg. Vat.; Potthast; Horoy ll. cc.*

6157. — *(11 Ianuarii).*

« (Roberto) archiepiscopo Strigoniensi. » Pace inter (Fridericum) imperatorem et Lombardos firmata, quum idem imperator ad transfretandum se accingat in instanti augusto, monet eos et hortatur ut crucem praedicent. *Absque signo chronologico, sed quum ibi legatur quod in eundem modum « ut supra scriptum est archiepiscopo Colocensi » puto fuisse eodem die et mense. — Reg. Vat. lib. 11. epist. 463. fol. 159; Theiner Mon. Hungar. I. 70. n. 146; Potthast 658. n. 7647.* — « BENEDICTVS DEVS QVI. »

In eundem modum (Gregorio) episcopo Geuriensi. — *Reg. Vat. l. c.; Potthast l. c.; Horoy H-i opp. omn. V. 173. n. 41.*

In e. m. (Conrado) episcopo Hildesemensi.

In e. m. abbati sancti Trudonis.

In e. m. magistro Conrado de Marborch.

In e. m. magistro Egidio de Braibant predicatori Crucis.

In e. m. abbati de Buierhusen.

In e. m. abbati Morbacensi.

In e. m. abbati de Aldemberch.

In e. m. magistro Arnoldo predicatori Crucis.

In e. m. abbati de Sancta Cruce in Austria.

In e. m. magistro Salomoni.

In e. m. fratri Iohanni Argentinensi ordinis Predicatorum.

In e. m. abbati de Salem.

In e. m. predicatoribus Crucis per Bisuntinam provinciam deputatis.

In e. m. predicatoribus Crucis per Magdeburgensem provinciam deputatis.

In e. m. predicatoribus Crucis per Salzeburgensem provinciam deputatis.

In e. m. predicatoribus Crucis per Coloniensem provinciam deputatis.

In e. m. predicatoribus Crucis in Maguntina provincia deputatis.

In e. m. (Petro) episcopo Wintoniensi — *Reg. Vat. l. c.; Horoy H-i 174. n. 42;* Wilkins. *Conc. I. 559; Potthast l. c.*

6158. — *Laterani 11 Ianuarii.*

« (Vgrino) archiepiscopo et capitulo Colocensibus. » Ipsis supplicantibus castrum de Posega cum pertinentiis suis quod idem archiepiscopus ad opus ecclesiae Colocensis specialiter pro haereticis de finibus illis penitus profligandis, (Andrea) rege Vngarie et B(ela) eius primogenito consentientibus, pro certa summa pecuniae, dato etiam praedio de Erdesumulua, quod ad archiepiscopum ipsum iure haereditario spectabat, comparavit, ipsis et ecclesiae Colocensi confirmat. Laterani III. Idus Ianuarii anno un-

decimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 468. fol. 160; Koller Episc. Quinqueecles. II. 63; Fejér Cod. Dipl. III. 1. 100; Tkalcic Mon. episc. Zagrab. I. 57. n. 46; Potthast 658. n. 7645; Horoy H-i opp. omn. V. 170. n. 39.* — « QVANTO PROPENSIVS ECCLESIARVM. »

6159. — *Laterani 11 Ianuarii.*

« Preposito maioris ecclesie, et eiusdem ecclesiae, et sancti Stephani decanis Maguntinis. » Quum E(ngelbertus) quondam Osemburgensis electus ecclesiastica provisione careret quia ab amministratione fuerat ecclesiae Osemburgensis amotus, significat Apost. Sedem statuisse ut per quosdam ecclesiarum praelatos ac successores eorum nec non capitula provideretur eidem; hinc dat litteris in mandatis ut Osemburgensis episcopus in centum marcis puri argenti, Traiectensis in viginti quinque, Monasteriensis vero in viginti, et Hereveldensis, Wldensis, et Corbeiensis abbates in triginta, capitula vero maioris et sancti Iohannis Osemburgensis, Monasteriensis et Verdensis ecclesiarum ipsum recipiant in canonicum praebendas ei assignaturi: mandat ut praefatos episcopos, abbates ac successores eorum nec non capitula supradicta ad haec si necesse fuerit per censuram ecclesiasticam compellant. Laterani III. Idus Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 480. fol. 161; Würdtwein Nov. subs. IV. 141; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 903; Potthast 658. n. 7644; Horoy l. c. 169. n. 38; Rodenberg Ep. Sel. 254. n. 336.* — « QVIA INDIGNVM ERAT. »

6160. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino et (Ecberto) episcopo Pambergensi. » Significat se F(ridericum) imperatorem, quum divino zelo accensus ad liberationem Terrae Sanctae se accingat, una cum filii sui persona, imperio, regno, iuribus et honoribus sub Apostolica protectione et defensione archiepiscoporum et episcoporum usque ad eius reditum suscipisse, eisque mandat ne ipsius imperatoris honores et iura quae infra fines metropolis ipsius existunt perturbare permittat. Laterani Idibus Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 464. fol. 160; Würdtwein Nov. subs. IV. 138; Huillard-Bréholles Hist. Dipl. II. 707; Potthast 658. n. 7649; Rodenberg Ep. Sel. 255. n. 337.* — « SINCERA DEVOTIO QVAM. »

In eundem modum (Eberhardo) archiepiscopo Salzburgensi, et (Gregorio) episcopo Gurcensi.

In e. m. (Iohanni?) archiepiscopo Bisuntino.

In e. m. (Vitali) archiepiscopo Pisano, et abbati sancti Antimi Clusine diocesis.

In e. m. (Landoni) archiepiscopo Regino, et (Gregorio) episcopo Aquinati, et (Marino) electo Barensi.

In e. m. (Hugoni) Arelatensi, et (Bernardo) Ebredunensi archiepiscopis, excepta illa clausula ubi dicit « infra fines tue metropolis frater archiepiscopi, » quod archiepiscopo Pisano et abbati sancti Antimi dicit in Tuscia. Similiter archiepiscopo Regino, et episcopo Aquinati, et electo Barensi dicit in regno. Et Arelatensi et Ebredunensi archiepiscopis dicit in regno Arelatensi.

In e. m. (Roberto) archiepiscopo Strigoniensi. — *Theiner Mon. Hung. I. 71. n. 148; Mon. Hung. hist. dipl. VI. 227.*

In e. m. (Petro) episcopo Wintoniensi.

In e. m. (Ottoni) archiepiscopo, et preposito Ianuensibus.

In e. m. (Henrico) archiepiscopo Coloniensi, et (Wilbrando) episcopo Parburnensi.

In e. m. (Gerhardo) archiepiscopo Bremensi, et abbati Stadensi. — *Cod. Dipl. Lubec. I. 52. n. 40; Huillard-Bréholles Hist. Dipl. II. 707; Potthast 658. n. 7649; Horoy H-i opp. omn. V. 174. n. 43.*

In e. m. (Theodorico) archiepiscopo Treverensi et (Iohanni) episcopo Metensi.

In e. m. (Simeoni) archiepiscopo Ravennati et (Gratiae) episcopo Parmensi.

In e. m. (Henrico) archiepiscopo Mediolanensi et (Odelberto) episcopo Novariensi.

In e. m. (Bertholdo) patriarche Aquilegensi et (Iordano) episcopo Paduano.

6161. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« Magistro Scambio scriptori nostro. » Si vera sunt exposita procuratoris et conventus monasterii sancti Salvatoris Montis Amiati, quod Ranerius Ranucii Manni de Corneto Tuscanensis diocesis qui pro clerico se procuravit intrudi in eorum ecclesia regulari sancti Fortunati Cornetana, et praepositis et fratribus inobedientem semper se exhibuit et molestum, quosdam oblatos eiusdem graviter vulneravit, et nuper in ipsum praepositum quia eundem caritative monebat manus violentas iniecit tria ei vulnera infligendo, ac deinde ad Apost. Sedem accedens, tacito quod sic in ipsum praepositum desevisset, suppliciter asserens se pro iniectione manuum violenta in canonem incidisse, a Poenitentiario Pape absolutus fuit; mandat ut ipsum clericum ab eadem ecclesia omnino removeat et, absolutione quam praedicto modo subripuit non obstante, excommunicatum denunciet et faciat artius evitari donec passo iniuriam satisfecerit. Laterani Idibus Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 471. fol. 160.* — « Dilecti filii procvrator. »

6162. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« Eisdem (Lope sive Lupo episcopo Conchensi et M. Maieritensi et R. Segontino archidiaconis). » Vt possessiones et redditus ad mensam Segobiensis episcopii pertinentes, a diversis qui per tempora curam gesserunt eiusdem pro praestimoniis sive beneficiis assignata sunt in ipsius mensae gravissimam laesionem, ad ius et proprietatem praedictae mensae revocent. Laterani Idibus Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 477. fol. 161.* — « Ad avdientiam nostram. »

6163. — *Laterani 13 Ianuarii.*

« (Iohanni) episcopo Calagurritano. » Vt canonicos ecclesiae Calagurritanae non residentes, si primo, secundo et tertio a se canonice moniti residere contempserint, beneficiis quae tenent privare possit personis idoneis conferendis, ita tamen quod per hoc clericis in Romana Ecclesia existentibus ac etiam studentibus in theologica facultate praeiudicium non generetur. Laterani Idibus Ianuarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib 11. epist. 519. fol. 167; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Qvoniam qvi non. »

6164. — *Laterani 14 Ianuarii.*

« (Homobono) episcopo et capitulo Cremonensibus. » Vt in canonicum recipiant Aimericum clericum filium Henrici Capra nobilis Cremonensis, quamquam de aliorum receptione indulgentiae quam de certo canonicorum numero eis Apostolica Sedes concessit, opponitur; alioquin episcopo Placentino dat litteris in mandatis ut eos ad id per censuram ecclesiasticam compellat, non obstantibus litteris super hoc contra eum ad praepositum Parmensem et eius coniudices impetratis. Laterani XVIIII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 493. fol. 163.* — « Et si vestram gravasse. »

In eundem modum scribitur (Vicedomino) episcopo Placentino verbis competenter mutatis.

6165. — *Laterani 14 Ianuarii.*

« Eidem (episcopo Calagurritano). » Concedit ut eos absolvere possit qui pro violenta manuum iniectione in clericos vel religiosos alios in laqueum excommunicationis inciderunt. Laterani XVIIII. Kal.

Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 520. fol. 167.* — « DEVOTIONIS TVE PRECIBVS. »

6166. — *Laterani 14 Ianuarii.*

« Eidem (episcopo Calagurritano). » Concedit ei facultatem ut super monachis et monialibus suae dioecesis qui per ingressum monasterii vel religionis aliqua illicite contulerunt, iuxta formam concilii generalis prout animarum eorum saluti viderit expedire provideat. Dat. ut supra (XVIIII. Kal. Februarii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 521. fol. 167.* — « FRATERNITATIS TVE PRECIBVS. »

6167. — *Laterani 15 Ianuarii.*

« Nobili viro Iohanni nato nobilis mulieris Margarite quondam imperatricis Constantinopolitane. » Eum rogat et monet ut contra haereticos de Bossina una cum archiepiscopo Colocensi viriliter et potenter procedat, contra quos ab eodem archiepiscopo, ducentis marcis receptis, Crucis se signaculo insignivit; alioquin dat litteris in mandatis praeposito et magistro Ipolito canonico Albensi Vesprimiensis dioecesis ut ipsum ad promissionem complendam per censuram ecclesiasticam cogant. Laterani XVIII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 466. fol. 160; Mss. Vallicell. I. 53; Pray Hierarch. II. 407; Katona Hist. crit. V. 501; Fejér Cod. dipl. III. 1. 101; Theiner Mon. Hungar. I. 72. n. 149; Potthast 658. n. 7650; Horoy H-i opp. omn. V. 175. n. 44.* — « SIGNIFICAVIT NOBIS VENERABILIS. »

Et super hoc scribitur illis executoribus.

6168. — *Laterani 15 Ianuarii.*

« Capitulo Famagustano. » Quum C(aesarium de Alagno) eorum episcopum ad Salernitanam metropolim transtulerit ipsique nihilominus eorum ecclesiam commendatam habuit quia non poterat ibi pacifice commorari inhibens ne ad electionem futuri pontificis procederent sine Sedis Apost. licentia; nunc vero quum praedictus archiepiscopus pace sibi reddita in ecclesia Salernitana quiete moratur, mandat eis ut ad electionem canonicam procedant de persona idonea providentes sibi in pastorem. Laterani XVIII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 470. fol. 160.* — « CVM VENERABILEM FRATREM. »

6169. — *Laterani 16 Ianuarii.*

« Magistro Bernardo Secobiensi (*al.* Segobiensi) electo. » Concedit ei, ut cum iis qui pro iniectione manuum violenta vel etiam alias innodati excommunicationis vinculo vel suspensi sacros ordines et divina officia celebrarunt valeat dispensari, ita tamen quod ad casus postquam episcopatus sui pacificam possessionem adeptus est huiusmodi licentia limitetur. Laterani XVII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 472. fol. 161.* — « DE SVBDITORVM TVORVM. »

6170. — *Laterani 16 Ianuarii.*

« (Roderico) archiepiscopo Toletano et universis episcopis per regnum Castelle constitutis. » Mandat eis, quatenus si B(ernardus) Segobiensis electus in clericos et laicos Segobiensis dioecesis eo quod eidem ut convenit non intendunt, vel per alias rationabiles causas excommunicationis sententiam protulerit, eos, postquam ipsis archiepiscopo et episcopis a praedicto electo denuntiatum fuerit, usque ad satisfactionem condignam artius evitent et ab eorum subditis evitari faciant. Laterani XVII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 473. fol. 161.* — « CVM NONNVLLI CLERICI. »

6171. — *Laterani 16 Ianuarii.*

« Archiepiscopo Toletano et episcopo Conchensi, et archidiacono Segontino. » Supplicante B(ernardo) Segobiensi electo,

quum Segobiensis ecclesia debito quinquemilium aureorum a tempore praedecessoris sui sit sub usuris gravissimis obligata, mandat ut praestimonia non residentium in ipsa ecclesia, nisi causa peregrinationis abfuerint, aut morentur apud Sedem Apostolicam vel in scolis, in extenuationem debitorum ad triennium converti faciant. Dat. ut supra (Laterani XVII. Kal. Febr. anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 474. fol. 161.* — « DILECTVS FILIVS MAGISTER. »

6172. — *Laterani 16 Ianuarii.*

« Magistro W. de Wisebech archidiacono Estridhing. » Concedit ei ut una cum archidiaconatu de Estridhing qui est unus de quinque Eboracensis ecclesiae archidiaconatibus, de Esigtoñ et quasdam alias ecclesias quas nunc ex dispensatione obtinet, retinere possit, et in praedictis ecclesiis sic obtentis possit per ministros idoneos deservire. Laterani XVII. Kal. Febr. anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 479. fol. 161; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « TVA NOBIS DEVOTIO. »

6173. — *Laterani 16 Ianuarii.*

« Magistro Henrico de Tocco imperialis aule iudici. » Fundum in territorio Tocci in loco qui Follaris dicitur ab eo Romanae Ecclesiae oblatum, ubi ipse ecclesiam fundare et dotare cupit, cum omnibus pertinentiis suis in ius et proprietatem Sedis Apostolicae assumit, eique ad fundandam ecclesiam primarium lapidem concedit, statuens ut locus ipse ab omni episcopali iure liber penitus et exemptus nonnisi Summo Pontifici teneatur in aliquo respondere. Laterani XVII. Kal. Febr. anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 481. fol. 161; Mss. Vallicell. I. 53.* — « DESIDERIA DEVOTORVM QVE. »

6174. — *Laterani 16 Ianuarii.*

« De Bevenhusen, et de Ogulenbron, et de Alba abbatibus Spirensis et Constantiensis diocesum. » Vt legitime citent abbatem de Hirsaugia, qui, exponente (Conrado) Portuensi episcopo olim in partibus Alamannie Ap. Sedis Legato, super variis et horrendis criminibus accusatur, quorum aliqua ex inquisitione quam ipsi una cum abbate Novo castro peregerunt probantur, et si praedictum abbatem reum invenerint criminum obiectorum a regimine abbatiae amoveant. Dat. ut supra (Laterani XVII. Kal. Februarii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 482. fol. 162; Mss. Vallicell. I. 53.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

6175. — *Laterani 16 Ianuarii.*

« Episcopo Ferentinati. » Super petitione R. de Sopino qui exposuit se quandam nobilem mulierem Neapolitanam in ecclesiae faciem desponsatam et per triennium detentam, quin cum ea carnaliter commisceretur, tandem ab invicem abeuntes, se quandam mulierem Fundanam huiusmodi facti nesciam in facie ecclesiae sibi carnaliter copulasse eamque gravidavisse, sed hac demum recedente, eundem nobilem virum primam recepisse ex qua prolem generasse: nunc quum prima sit defuncta, et desideret cum secunda de novo contrahere, mandat ut inquisita veritate, si ita res erit dispensative concedat eidem licentiam postulatam. Laterani XVII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 490. fol. 162.* — « EXHIBITA NOBIS DILECTI. »

6176. — *Laterani 16 Ianuarii.*

Tancredo archidiacono mandat, ut causam Cerviensium, qui legem nemini ex sua civitate licere testimonium in iudicio dicere contra commune Cerviensium, sanxerant, probe instructam ad sedem Apostolicam remittat. Laterani XVII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Sartius De Archigymn. Bonon. professor. II. 35; Potthast Append. 2098. n. 7650 a-26166.*

6177. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« (Lupo) episcopo Conchensi, et priori, et archidiacono Seguntinis. » Ne permittant molestari B(ernardum) Segobiensem electum super archidiaconatu Talaverensi (*al.* Thalaverie) et aliis beneficiis quae ante suam electionem adeptus fuit eaque Pontifex indulsit retinere, quousque Segobiensis episcopatus plenam et pacificam possessionem non fuerit assecutus. Laterani XVI. Kal. Febr. anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 475. fol. 161.* — « CVM DILECTO FILIO. »

6178. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Episcopo Conchensi et M. Maieritensi et R. Segontino archidiaconis. » Mandat ut excommunicatos publice denuntient clericos illos et laicos qui domos, villas sive maneria ad B(ernardum) electum Segobiensem et ad Segobiensem ecclesiam pertinentia, praetextu donationis sive concessionis per manum regiam vel etiam per alios clericos vel laicos minus canonice sibi factae contra iustitiam detinere praesumunt si infra terminum competentem eisdem praefigendum non resignaverint. Dat. ut supra (Laterani XVI. Kal. Februarii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 476. fol. 161.* — « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

6179. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Episcopo Esculano. » Quum populus Esculanus, contempto statuto Ecclesiae Romanae ut nullus extraneus absque Apostolicae Sedis licentia in aliqua civitate seu loco Ecclesiae ad potestariam sive aliam rectoriam reciperetur, nobilem virum Bertholdum in potestatem assumere attemptaverint, Pontifex in eundem nobilem et electores, officiales et consiliarios eius excommunicationis sententiam publicari fecit: nunc vero ipsum Bertholdum poenitentem absolvit, ea conditione ut potestariam civitatis Esculanae omnino dimittat, salarium quod ipse vel alius nomine suo recepit ex ipsa restituat, et decetero nullam in terra Ecclesiae potestariam vel rectoriam recipiat absque Sedis Apostolicae licentia: sententias ab iisdem nobili viro, vicario, officialibus et consiliariis eius prolatas nullius esse momenti declarat. Laterani XVI. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 478. fol. 161; Mss. Vall. I. 53; Theiner Cod. Dipl. Dominii Temp. I. 82. n. 137; Potthast 659. n. 7653; Horoy H-i opp. omn. V. 177. n. 46.* — « IAM DVDVM ECCLESIA ROMANA. »

6180. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Vniversis regibus Rusie. » Gaudet quod per suos nuntios rogaverint (Guillelmum) Mutinensem episcopum Apostolicae Sedis Leg. ut partes eorum personaliter visitaret cupientes sana doctrina salubriter instrui et paratos esse omnes errores penitus abnegare: rogat eos et hortatur ut per litteras et fideles nuntios voluntatem eorum Apostolicae Sedi intiment; interim pacem cum christianis de Livonia et Estonia firmam habeant. Laterani XVI. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 483. fol. 162; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1227. n. 7; Gruber Orig. Livon. 266; Script. rer. Livon. I. 394. n. 44; Bunge UB. I. 114. n. 95; Turgenevius Russ. Monim. I. 20. n. 21; Potthast 658. n. 7652; Horoy H-i opp. omn. V. 178. n. 47.* — « GAVDEMVS IN DOMINO. »

6181. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Teutonicis civibus de Wisbu inhabitatoribus Gotlandie. » Recipit eos, nec non civitatem et portum eorum sub protectione beati Petri, eo quod noviter conversos ad fidem in partibus Livonie et Estonie a persecutoribus sollicite defendunt, tam paganis quam Rutenis viriliter obsistendo, inhibens ne quis pro eo quod ad Osilianorum et aliorum gentium conversionem intendunt eis molestiam inferat. Dat. ut

supra (Laterani XVI. Kal. Fabruarii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 484. fol. 162; Mss. Vall. I. 53; Turgenevius Russiae Monim. I. 20. n. 20; Bunge Livl. UB. I. 114. n. 94; Potthast 658. n. 7651; Horoy l. c. 176. n. 45.* — « ET SI CVNCTOS CHRISTI. »

6182. — *Laterani 17 Ianuarii.*

« Vniversis Christi fidelibus per Toletanam provinciam constitutis. » Quum christiani in archidiaconatu Thalaverie et vicinis partibus commorantes gravia incurrunt saepius detrimenta ex eo, quod cum Mauri quibus vicini extant insultum faciunt in eosdem, non potest eis propter Tagi fluminis magnitudinem a christianis citra ipsum fluvium commorantibus facile subveniri, quare quidam de novo coeperint ibi pontem construere, et ad id eis propriae non suppetunt facultates, elemosinas pro huiusmodi opere perficiendo erogantibus indulgentias viginti dierum concedit. Laterani XVI. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 488. fol. 162; Mss. Vallicell. I. 53.* — « QVONIAM VT AIT APOSTOLVS. »

6183. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« (Eccardo) episcopo Marsburgensi. » Declarat, quod licet abbas Pigaviensis tunc electus apud Apostolicam Sedem constitutus munus confirmationis et benedictionis acceperit, nolle tamen exinde, ut in causa quae inter ipsum episcopum ac monasterium eius super subiectione vertitur, aliquid ei praeiudicium generetur. Laterani XV. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 485. fol. 162.* — « LICET DILECTO FILIO. »

6184. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« (Iohanni) episcopo Metensi. » Vt Iuvenali filio quondam Mandicti (Manecti?) civi Romano satisfaciat de quadam pecuniae quantitate eidem mutuata, alioquin usque ad festum Pentecostes primo venturum per idoneum responsalem se Apostolico conspectui repraesentet pro iustitiae complemento, significans se dedisse litteris in mandatis decano et archidiacono Cathalaunensibus ut ipsum ad alterum praedictorum si necesse fuerit compellat. Laterani XV. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 486. fol. 162; Horoy H-i opp. omn. V. 180. n. 50 ex mss. du Theil.* — « DILECTVS FILIVS IVVENALIS. »

Scriptum est illis.

6185. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« (Henrico) archiepiscopo Coloniensi. » Vt Iuvenali filio quondam Mandicti (Manecti?) civi Romano satisfaciat de quadam pecuniae quantitate quam ille praedecessori suo vita functo mutuaverat, cum in onere succedere debeat cui in honore succedit; alioquin usque ad festum Pentecostes per idoneum responsalem Apost. Sedi se repraesentet pro iustitiae complemento: eumque monet se dedisse litteris in mandatis episcopo Cameracensi ut ipsum ad alterum praedictorum si necesse fuerit compellat. Dat. ut supra (Laterani XV. Kal. Februarii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 487. fol. 162.* — « DILECTVS FILIVS IVVENALIS. »

Scriptum est illi.

6186. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« Archipresbytero et clericis de Graniano. » Quoniam inter ipsos ex una parte et bonae memoriae P. episcopum Litterensem ex altera, causa suborta fuerit super obedientia, reverentia, iuribus episcopalibus et rebus aliis quae ab ipsis petebat; quae causa a fel. rec. I(nnocentio III) Papa archiepiscopo Surrentino commissa fuit, quo postmodum mediante, amicabilis inter partes compositio intercessit, compositionem ipsam ab utraque parte sponte receptam et hactenus observatam confirmat. Laterani XV. Kal. Febr. anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 489. fol. 162.* — « IVSTIS PETENTIVM. »

6187. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« (Martino) episcopo, decano et cantori Zamorensibus. » Causam inter regem Portugalensem ex una parte et episcopum Portugalensem ex altera super iurisdictione civitatis Portugalensis, decimis, et aliis diversis articulis, eisdem committit: mandans quatenus si forte eundem episcopum occasione causae huiusmodi extra regnum Portugalie contigerit commorari, omnes redditus suos extra ipsum regnum ministrari faciant eidem, ac inhibeant hominibus regiis ne quid iurisdictionis aut potestatis seu baliae in civitate Portugalensi exercere praesumant quae ad Portugalensem ecclesiam ex donatione cl. mem. reginae Tarasiae dicitur pertinere. Laterani XV. Kal. Feb. anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 491. fol. 163; Mss. Vallicell. I. 53.* — « Cvm cavsam qve. »

6188. — *Laterani 18 Ianuarii.*

« Episcopo, decano et cantori Zamorensibus. » Scribit de excessibus regis Portugalie in episcopum et ecclesiam Portugalensem qui ipsius iurisdictionem in civitate Portugalensi invadebat aliaque facinora contra ecclesiasticam libertatem perpetrabat: mandat, ut, episcopo et capitulo Portugalensibus restitutis ad omnia quibus spoliati fuerant, audiant quae partes super hiis proponent eorumque sententiam per censuram ecclesiasticam observari faciant. Laterani XV. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 492. fol. 163; Mss. Vallicell. I. 53; fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1227. n. 10; Potthast 659. n. 7656; Horoy H-i opp. omn. V. 181. n. 51.* — « Carissimvs in Christo. »

In e. m. scribitur regi verbis competenter mutatis.

6189. — *Laterani 18 Ianuarii.*

Abbati et priori de Los Cisterc. ord. Tornacens. dioc. indulget, ne de cetero ex causis aliquibus auctoritate apostolica cognoscere inviti cogantur, nisi litterae apostolicae aliter ordinantes expresse declaraverint ita ordinatum fuisse, non obstante praesente immunitatis charta. Laterani XV. Kal. Februarii anno undecimo. — *Miraei Opp. dipl. II. 851; Buzelinus Gallo-Flandria 384; Potthast 659. n. 7655; Horoy l. c. 180. n. 49.* — « Cvm saepe contingat. »

6190. — *Laterani 19 Ianuarii.*

« (Roderico) archiepiscopo Toletano. » Vt episcopo Calagurritano persecutiones varias propter iustitiam patienti consilium, auxilium et favorem impendat, ne persecutores ipsius sibi tamquam penuriam patienti valeant insultare, vel idem inclinari ad aliquam minus idoneam pactionem cogatur. Laterani XIIII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 514. fol. 167; Mss. Vall. I. 53.* — « Certantibvs pro ivstitia. »

In eundem modum scriptum est (Mauritio) Burgensi episcopo.

In e. m. (Tello) Palentino episcopo.

In e. m. (Petro) Oxomensi episcopo.

6191. — *Laterani 19 Ianuarii.*

« (Waltero) archiepiscopo Eboracensi. » Vt magistro Alexandro Nolano in praebendali beneficio Eboracensis ecclesiae provideat, prout olim in praesentia bo. mem. (Pandulfi) Norwicensis episcopi tunc Apostolicae Sedi Legati firmiter promiserat: vult tamen ne assecutione praebendae Nicolao nepoti (Hugolini) Ostiensis episcopi praeferatur pro quo iam dudum pluries scripsit. Laterani XIIII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 546. fol. 170; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « Honesta promissio qvam. »

6192. — *Laterani 20 Ianuarii.*

« . . . . Reginaldo de Radeno . . . . clerico. » Indulget ut cum ipse de legitimo matrimonio fuerit procreatus, praeter illa quae nunc obtinet, adhuc unum beneficium curam habens animarum recipere et reti-

nere valeat. Laterani XIII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 511. fol. 166.* — « TVE DEVOTIONIS PRECIBVS. »

6193. — *Laterani 20 Ianuarii.*

« Burgensi, et Oxomensi episcopis. » Cum Calagurritanus episcopus nequeat per varias persecutorum instantias in ecclesia sua sine gravi confusione libertatis ecclesiasticae residere, mandat eis ut totius Calagurritani episcopatus curam et custodiam assumentes, iura, libertates, et alia bona eius sollicite defendant, et proventus eius facientes colligi, illos dicto episcopo vel nuntio eius assignent. Laterani XIII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 523. fol. 167.* — « VT LEX CHRISTI. »

6194. — *Laterani 21 Ianuarii.*

« Archiepiscopo Toletano et suffraganeis eius. » Vt excommunicationis et interdicti sententias quas Calagurritanus episcopus in nobilem virum L(upum) Didaci de Faro aliosque tam clericos quam laicos suae dioecesis persecutores suos promulgaverit observari faciant. Laterani XII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 515. fol. 167.* — « CVM VENERABILIS FRATER. »

In eundem modum scriptum est archiepiscopo Terraconensi et suffraganeis eius.

In e. m. episcopo Burgensi.

6195. — *Laterani 21 Ianuarii.*

« Burgensi, et Palentino episcopis. » Miratur quod iuxta mandatum Apostolicum iam eisdem transmissum ut ad episcopatum Calagurritanum personaliter accedentes tam clero quam populo, tam religiosis quam saecularibus et aliis personis ad obediendum episcopo Calagurritano iniungerent, et quae viderent corrigenda corrigerent, totum praedictum episcopatum ad normam canonicam reducentes, nihil exinde hactenus Apostolicae Sedi intimarunt; quare mandat eis ut infra duos menses post susceptionem praesentium rescribant quidquid exinde duxerint facienda. Laterani XII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat.. lib. 11. epist. 522. fol. 167.* — « CVM AMOR IVSTITIE. »

6196. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Priori, archidiacono, et decano Dunelmensibus. » Si quid invenerint attemptatum in praeiudicium magistri Alexandri Nolani super bonis suis ex mora quam fecit apud Sedem Apostolicam pro suis quibusdam negotiis procurandis legitime revocent. Laterani X. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 494. fol. 163; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « NE DILECTVS FILIVS. »

6197. — *Laterani 23 Ianuarii.*

« Nobilibus viris baronibus, milit(ibus) et populo constitutis in partibus transmarinis. » Vt comiti Tripolitano dum in excommunicatione perstiterit nullum impendant consilium, auxilium vel favorem, quin potius contra ipsum magistro et fratribus Ierosolimitani Hospitalis assistant: alioquin dat litteris in mandatis Anteradensi et Valaniensi episcopis et cantori Valaniensi ut eos per censuram ecclesiasticam compellant. Laterani X. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 508. fol. 166; Mss. Vall. I. 53.* — « PERTINACEM DVRITIAM ET. »

Illis scriptum est verbis competenter mutatis.

6198. — *Laterani 25 Ianuarii.*

« (Gregorio?) episcopo Narniensi. » Reclamantibus abbate et conventu sancti Victoris de Vtriculo super exemptione eorum monasterii in quo iurisdictionem sibi usurpare praetendebat, mandat ut usque ad quintum decimum diem post susceptionem praesentium, ipse episcopus, et abbas et

conventus coram Papa compareant recepturi quod ordo iuris postulaverit. Laterani VIII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 495. fol. 163.* — « Dilecti filii abbas. »

6199. — *Laterani 26 Ianuarii.*

« Scolastico sancti Pauli Treverensis et Hugoni Burguñ. (*Horoy* Burgen.) et magistro G. Goyn canonicis Remensibus. » Causam de praepositura ecclesiae sanctae Mariae Magdalenae Virdunensis inter G(uillelmum) de Tirangulo et R. Virdunensem canonicum, quorum primus a praeposito et capitulo fuit electus, alter vero iussu archiepiscopi Treverensis in possessionem inductus fuit, audiant et terminent. Laterani VII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 510. fol. 166; Horoy H-i opp. omn. V. 183. n. 53 ex mss. du Theil.* — « Ex parte dilecti filii. »

6200. — *Laterani 26 Ianuarii.*

« Bremensi archiepiscopo. » Cum iam Pontifex mandaverit capitulo Bremensi ut in canonicum reciperent Ludolfum praepositum de Repesholt, episcopo, decano et scolastico Verdensibus executoribus deputatis, mandat ei, quatenus si forte vel capitulum se difficile vel executores exhibuerint se remissos, ipse, non obstante aliqua consuetudine vel statuto, eidem Ludolfo stallum in choro et vocem in capitulo conferat, et praebendam primo vacaturam ei assignet. Laterani VII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 573. fol. 173; Ehmek Bremisches UB. I. 379. n. 336; Potthast App. 2098. n. 7657 a-26167.* — « Si nolumus effectum. »

6201. — *Laterani 26 Ianuarii.*

Abbati monasterii de Sancta Cruce indulget, ut salvis commissionibus hactenus impetratis per litteras sedis apostolicae, quas de cetero impetrari contigerit, de causis cognoscere minime teneatur invitus, nisi plenam de hac indulgentia fecerint mentionem. Laterani VII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Pez Thesaur. VI. 11. (Cod. epistol. II.) 78. n. 132; Weis Urk. des Cisterc.-Stiftes Heiligenkreuz I. 65; Potthast 659. n. 7657; Horoy H-i opp. omn. V. 185. n. 54.* — « Cum sepe contingat. »

6202. — *Laterani 27 Ianuarii.*

« F(riderico) illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie. » Eum hortatur ut Iohannem regem Ierosolimitanum, ipsi affinitate coniunctum (socerum suum), in imperialis gratiae plenitudinem reassumat, quum ei valde proficiat ut tantae prudentiae et strenuitatis virum et tanto ei vinculo copulatum, maxime pro negotio Terrae Sanctae non sit ei alienatum: et absurdum est ut idem rex occasione affinitatis suae, unde multi eum promovendum sperabant, deprimatur; ad reconciliationem vero obtinendam mittit ei abbatem sancti Martini Viterbiensis ordinis Cisterciensis latorem praesentium quem audire et exaudire curet. Laterani VI. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 496. fol. 164; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1227. n. 1. 2; Huillard-Bréholles Hist. Dipl. II. 708; Potthast 659. n. 7659; Horoy H-i opp. omn. V. 185. n. 55.* — « Non dubitat sicut. »

6203. — *Laterani 27 Ianuarii.*

« Vniversis fidelibus nostris (in patri)monio ecclesie per Tusciam constitutis. » Significat eis se patrimonium quod habet Romana Ecclesia a Radicofano usque Romam, excepta Marchia Anconitana, ducatu Spoleti, Reate ac Sabinia, regimini commisisse Iohannis regis Ierosolimitani, nominatim Radicofanum, Precenam, Aquapendentem, Montemflasconem, Martam, Valentanum, Insulam Martanam cum aliis locis quae ab olim consueverunt iurisdictioni castellani Montisflasconis subesse, Verallam (*sic*),

Petronianum, salvis proventibus R(ainerio) sanctae Mariae in Cosmedin diacono Cardinali concessis; Orcle, Montaltum, Centumcellas, Cornetum, Perusium, Vrbevetum, Tudertum, Balneoregium, Viterbium, Narniam, Sanctumgeminum, Stounconem, salvis proventibus Petro Caputio consanguineo et Hostiario ipsius Pontificis concessis; Tuscanam, Ortum, Ameliam, Nepe, Civitatem Castellanam, Gallesium, salvis proventibus concessis Egidio sanctorum Cosmae et Damiani diacono Cardinali, et alia quae Ecclesia Romana habet infra terminos praenotatos; eos hortatur ut ipsum ilariter recipiant eique obediant, et ut condigna honorificentia recipiatur mittit ad eos cum ipso rege Alatrinum subdiaconum et capellanum Apostolicum. Laterani VI. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 497. fol. 164; Mss. Vallicell. I. 53; fragm. apud Raynaldi Ann. Eccl. 1227. n. 4; Potthast 659. n. 7658; cf. Horoy l. c. 187. n. 56; Rodenberg Ep. Sel. 257. n. 339 (absque intestatione).* — « Sedis apostolice circvmspectio. »

6204. — *Laterani 27 Ianuarii.*

« (Iohanni) regi Ierosolimitano illustri. » Regimen patrimonii quod Ecclesia Romana habet (in Tuscia a Radicofano usque Romam) quibusdam exceptis ut in superiori epistola ei committit. Dat. ut supra (Laterani VI. Kal. Februarii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 498. fol. 164; Mss. Vall. I. 53; meminit Richardus de S. Germano chron. ad an. 1226 apud Muratori Scr. Rer. Ital. VII. 1001; Potthast 659.* — « Sedis apostolice circvmspectio. ».

6205. — *Laterani 27 Ianuarii.*

« Archidiacono de Estriding Eboracensis ecclesie. » Ne ex eius absentia Eboracensis ecclesia et archidiaconatus suus grave dispendium patiatur, indulget ei ut ex dioecesi Eboracensi vel ultra duas dietas a domicilio suo trahi non possit in causam per commissiones Apostolicas nisi expressam de huiusmodi indulgentia fecerint mentionem. Laterani VI. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 512. fol. 166.* — « Cvm sicvt ex tva. »

6206. — *Laterani 27 Ianuarii.*

« Capitulo Tranensi. » Super electionibus et postulationibus quas ipsi fecerunt, auditis quae eorum nuntii proposuerunt coram (Pelagio) Albanensi episcopo, S(tephano) Basilicae duodecim Apostolorum presbytero et E(gidio) sanctorum Cosmae et Damiani diacono cardinalibus, processus electionis de magistris Rogerio, et Gaufrido canonico Tranensi cassat, et postulationes de episcopo Melfitensi, abbate de Columpna, et decano Regino (in Calabria) repellit: administrationem tamen eorum ecclesiae decano Regino qui ob aetatis defectum promoveri non potest in episcopum concedit. Laterani VI. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 570. fol. 173.* — « Avditis et intellectis. »

6207. — *Laterani 28 Ianuarii.*

« (Petro) Oxomensi et (Remigio) Pampilonensi episcopis. » Vt eos qui in Calagurritana dioecesi ecclesiastica beneficia contra canonicas sanctiones recipiunt vel receperunt de manibus laicorum, ab officio beneficioque suspendant, et publice per totam dioecesim suspensos nuntiari faciant, donec in manu Calagurritani episcopi beneficia taliter adepta resignent. Laterani V. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 518. fol. 167; Mss. Vall. I. 53.* — « Qvia nonnvlle svnt. »

6208. — *Laterani 28 Ianuarii.*

« . . . . . et aliis ecclesiarum prelatis (presentem pa)ginam inspecturis. » Vt Alatrinum subdiaconum et capellanum Aposto-

licum quem ad partes Tusciae pro ecclesiae Romanae negotiis destinat benigne recipiant eique in necessariis liberaliter provideant. Laterani V. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 499. fol. 164; Mss. Vall. I. 53.* — « DILECTVM FILIVM ALATRINVM. »

6209. — *Laterani 28 Ianuarii.*

« Potestati et populo Vrbevetanis. » Significat eis se magnam partem patrimonii ecclesiae in Tuscia curae et regimini commisisse Iohannis regis Ierosolimitani, eisque praecipit ut secundum eorum potentiae magnitudinem ipsi regi magnifice obsequi studeant. Laterani V. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 501. fol. 165; Mss. Vallicell. I. 53; Theiner Cod. Dipl. Dominii Tempor. I. 82. n. 138; Potthast 659. n. 7654. (sub die XV. Kal. Februarii), recte in Apppend. 2098-766 a; Horoy H-i opp. omn. V. 179. n. 48.* — « VOLENTES CARISSIMI IN. »

In eundem modum scriptum est potestati et populo Vetrallensibus.

In e. m. populo Perusino.

In e. m. potestati et populo Narniensibus.

In e. m. potestati et populo Tudertinis.

In e. m. potestati et populo Balneoregiensibus.

In e. m. potestati et populo Tuscanensibus.

In e. m. potestati et pop. Ameliensibus.

In e. m. potestati et populo Cornetanis.

In e. m. potestati et pop. Viterbiensibus.

In e. m. potestati et populo Ortanis.

In e. m. potestati et populo Nepesinis.

In e. m. potestati et populo Sutrinis.

In e. m. potestati et populo Civitatis Castellane. — *Reg. Vat. l. c.*

6210. — *Laterani 28 Ianuarii.*

« Priori et conventui de Buti . . . . . Norwicensis diocesis. » Reprehendit eos quod promissiones non adimpleverint providendi in competenti ecclesiastico beneficio Trasmundo clerico Ferentini licet in ecclesia de Terlinges ad Papae donationem spectante ipsis obtulerit se facultas: mandat eis ut praedicto clerico in eadem ecclesia si vacat vel in alia quae ad Papae donationem pertineat provideant, alioquin dat litteris in mandatis archiepiscopo Cantuariensi sanctae Romanae Eccl. Cardinali, abbati sancte Oside Londoniensis dioecesis et archidiacono Cantuariensi ut eos per censuram ecclesiasticam ad id compellat. Laterani V. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 502. fol. 165.* — « CVM IVXTA SAPIENTIS. »

Illis scriptum est ut eos ad id per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellant.

6211. — *Laterani 28 Ianuarii.*

« Abbati quondam sancti Salvatoris de Magella. » Audita relatione E(gidii) sanctorum Cosme et Damiani diaconi Cardinalis super postulationis processu de eo habito, eum ab ecclesia sancti Salvatoris de Magella ad monasterium sancti Iohannis in Venere transfert; eique mandat ut infra octo dies post receptionem praesentium se Apostolicae Sedi repraesentet exhibiturus iuxta morem fidelitatis corporaliter iuramentum, et interim decano et conventui eiusdem monasterii dat litteris in mandatis ut ei tamquam abbati suo intendant. Laterani V. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 504. fol. 165.* — « INTELLECTO PER RELATIONEM. »

Illis scriptum est verbis competenter mutatis.

6212. — *Laterani 28 Ianuarii.*

« (Roderico) archiepiscopo Toletano et suffraganeis eius. » Vt excommunicatos denuntient clericos Calagurritanae et Burgensis dioecesum et vicinarum partium, qui nobili

viro Lupo Didaci de Faro Calagurritanae dioecesis contra ecclesiam et episcopum Calagurritanum et libertatem ecclesiasticam consilium vel auxilium impenderint, nec non clericos Calagurritanae dioecesis qui ab eodem nobili vel ab aliis terrae nobilibus defensionis praesidium contra episcopum imploraverint nisi post trinam monitionem resipuerint. Laterani V. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 513. fol. 166; Mss. Vallicell. I. 53.* — « CVM CLERICI PRECIPVE. »

In eundem modum scriptum est archiepiscopo Terraconensi et suffraganeis eius.

In e. m. episcopo Burgensi.

6213. — *Laterani 28 Ianuarii.*

« Archiepiscopo Toletano et suffraganeis eius. » Mandat eis, si Lupus Didaci de Faro Calagurritanae dioecesis vel alius potens adeo se permiserint obstinari in persequendo episcopum Calagurritanum ut memoratus episcopus in eos excommunicationis sententiam promulget, ipsi illorum excommunicatorum milites et alios vassallos eorum dioecesum a iuramento vel homagio quo tenentur eisdem, absolvant. Laterani V. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 516. fol. 167; Mss. Vall. I. 53.* — « SI EQVA LEX. »

In e. m. scriptum est episcopo Burgensi.

In e. m. episcopo Pampilonensi.

6214. — *Laterani 28 Ianuarii.*

« (Mauritio) episcopo, decano et archidiacono Burgensibus. » Moneant L(upum) Didaci de Faro Calagurritanae dioecesis ut restituat Calagurritano episcopo villam sancti Dominici de Calciata dioecesis supradictae cum omnibus ibidem perceptis, et dictum L(upum) et alios potentes efficaciter inducant, ut a monasteriorum et aliarum ecclesiarum nec non praelatorum et aliorum clericorum molestationibus desistant, quominus eidem episcopo subditi sui ut teneatur obediant, et ut de suis iuribus sibi respondeant nullatenus se opponant. Laterani V. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 525. fol. 168.* — « VENERABILIS FRATER NOSTER. »

6215. — *Laterani 28 Ianuarii.*

Consulibus et populo Tiburtinis mandat ut ab infestatione Sublacensis monasterii penitus desistant. Laterani V. Kal. Februarii anno undecimo. — *Spicil. Liber. 718. n. 7; Potthast 659. n. 7660; Horoy H-i opp. omn. V. 188. n. 57.* — « EXPERIMENTO IN VOBIS. »

6216. — *Laterani 29 Ianuarii.*

« (Alatrino) subdiacono et capellano nostro. » Dat ei potestatem, ut si quis eorum, quos regimini Iohannis regis Ierosolimitani Apost. Sedes commisit, eidem regi intendere vel de Curiae iustitiis respondere, aut ipsi subdiacono obedire detrectaverit, in hiis quae circa huiusmodi negotium viderit facienda, eorum praesumptionem temporali et ecclesiastica districtione compescat. Laterani IIII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 500. fol. 164; Mss. Vall. I. 53.* — « DE FIDE ET PRVDENTIA. »

Forma iuramenti quod (praedictus Alatrinus) praestare debet absistendi personam Iohannis regis Ierosolimitani.

6217. — *Laterani 29 Ianuarii.*

« Capitulo Brundusino. » Processibus electionum quas fecerunt cassatis, quoniam vitiosas eas in modo electionis reperiit, decernit, eligendi potestate eos hac vice esse privatos eorumque ecclesiae ordinationem provisioni Sedis Apostolicae reservat. Laterani IIII. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 503. fol. 165.* — « DIVERSARVM ELECTIONVM PROCESSIBVS. »

6218. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« (Remigio) Pampilonensi episcopo. » Vt clericos sancti Vincentii Pampilonensis

dioecesis, qui tam per vicarios quam per iudices delegatos Calagurritani episcopi excommunicationis vinculo adstricti divina celebrare praesumunt, singulis diebus dominicis et festivis excommunicatos publice nuntiet, et moneat regem Navarre ut ipsos ad obediendum ecclesiae compellat. Laterani III. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 517. fol. 167; Mss. Vall. I. 53.* — « Venerabilis frater noster. »

6219. — *Laterani 30 Ianuarii.*

« (Iohanni) episcopo Calagurritano. » Eo exponente, quod quamplures clerici suae dioecesis spurii vel alias illegitimi ecclesiastica obtinent beneficia, et alii vinculo excommunicationis adstricti se fecerunt ad sacros ordnes promoveri, et alii excommunicati praesumpserunt divina officia celebrare, indulget ei ut secundum Dominum honestati ecclesiasticae et ipsorum saluti viderit expedire provideat. Laterani III. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 524. fol. 168.* — « Cvm sicvt in nostra. »

6220. — *Laterani 31 Ianuarii.*

« Archipresbitero Pergamensi. » Compellat potestatem et commune Mediolanenses ut restituant M. et consortibus suis capitaneis de Arzaco pontem et portum de Pontirolo, quos ab archiepiscopo et ecclesia Mediolanensi in feudum obtinebant, eosque contra mandatum episcopi Paduani, Bellunensis electi et A. capellani Apostolici quos Mediolanum propter hoc destinavit spoliarunt; et licet dictus A. subdiaconus et capellanus Pontificis adhuc in partibus ipsis existens mandaret ut ea restituerent, nondum tamen mandatum adimplerunt in ipsius archiepiscopi et ecclesiae Mediolanensis detrimentum. Laterani II. Kal. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 509. fol. 166; Mss. Vall. I. 53.* — « Venerabilis frater noster. ».

6221. — *Mense Ianuario.*

In eos invehens qui frumentum malitiose occultant Fridericum Romanorum imperatorem rogat, ut mittat frumentum ad Vrbem tempore famis, exemplumque memorat Paparum Alexandri et Lucii, qui in simili casu ad reges Siciliae habuere recursum et benignum responsum acceperunt. Absque nota chronol. — *Huillard-Bréholles l. c. II. 710; non integra ap. Baerwald Baumgartenb. Formelb. 171; Potthast 659. n. 7661; Horoy H-i opp. omn. V. 189. n. 58.* — « Celestis altitvdo consilii. »

Mense Ianuario Honorius papa suos ad imperatorem in Siciliam nuncios mittit, ut sibi et Romanae curiae in victualibus [nam carestia frumenti tanto in urbe Roma facta est, ut rubus tritici pro 20 solidis denariorum senatus habere vix posset] subveniret, qui per Henricum de Morra magistrum iustitiarum hoc fieri mandat. — *Richardi de S. Germ. Chron. apud Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1002. ap. Ughelli Ital. sac. (ed. 1647) III. 989; Potthast 659.*

6222. — *Laterani 2 Februarii.*

« (Petro) episcopo Wintoniensi. » Cum crucem assumpserit transfretaturus in subsidium Terrae Sanctae, sub protectione una cum omnibus bonis suis recipitur, indulgens quoque ut redditus ad mensam suam spectantes percipere et obligari possit usque ad tempus in generali crucesignatorum indulgentia comprehensum. Laterani IIII. Non. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 529. fol. 169; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « Tve fraternitatis devotio. »

Scriptum est super hoc (Richardo) Saresbiriensi et (Alexandro) Conventrensi episcopis conservatoribus suis ut eundem episcopum Wintoniensem non permittant ab aliquibus molestari, proviso tamen ut idem episcopus interim faciat episcopatum Wintoniensem per idoneum vicarium deserviri. — *Reg. Vat. l. c.*

6223. — *Laterani 4 Februarii.*

« Archiepiscopo Lundensi. » Concedit ei ut suos subditos tam clericos quam laicos qui ad nefarios coitus prolabuntur non solum personis sibi consanguinitate coniunctis verum etiam brutis animalibus se nefarie commiscendo, et quidam ob verecundiam mori potius eligant in peccatis huiusmodi quam propter hoc se ad Apostolicam Sedem praesentare, peccatores praedictos arguens et increpans in omni patientia et doctrina eis poenitentiam salutarem iniungat, eo adhibito moderamine, quod nec facilitas nimia peccandi audaciam tribuat, nec immoderata severitas desperationem inducat. Laterani II. Non. Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 530. fol. 169; Suhm Hist. af Danmark IX. 767; Liljegren Svenskt dipl. I. 248. n. 242; cf. Porthan Bull. access. 21. n. 50; Potthast 659. n. 7662; Horoy H-i opp. omn. V. 191. n. 59.* — « Petitio tua nobis. »

6224. — *Laterani 4 Februarii.*

«Eidem (archiepiscopo Lundensi).» Concedit ei licentiam dispensandi illos qui vinculo excommunicationis adstricti sacros ordines susceperunt et divina officia celebrarunt, ita tamen quod ad casus futuros huiusmodi licentiam non extendat. Dat. ut supra (Laterani II. Nonas Februarii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 531. fol. 169; Suhm l. c. IX. 766; Liljegren l. c. 249. n. 243; Porthan l. c. n. 51; Potthast 659. n. 7663; Horoy l. c. 192. n. 60.* — « De svbditorvm tvorvm. »

6225. — *Laterani 5 Februarii.*

« Primicerio et capitulo Fundanis. » Discordantibus ipsis super electione futuri pastoris, et a P(etro) sancti Georgii ad velum aureum diacono Cardinali electionum processibus plenius intellectis, electionem Thomasii irritat, eisque mandat ut id quod ab ipsis tunc omissum extitit nunc supplere curent. Laterani Nonis Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 534. fol. 169.* — « Divisis in dvas. »

6226. — *Laterani 5 Februarii.*

Brixinensi, de Nova Cella et de Wilten praepositis causam abbatissae conventusque S. Georgii contra Henricum de Welfesberc bona illarum quaedam iniuste detinentem et occupantem committit inquirendam et terminandam. Laterani Non. Febr. anno undecimo. — *Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXVII. 171. n. 826; Potthast 660. n. 7664.*

6227. — *Laterani 6 Februarii.*

« (Ottoni) archiepiscopo Ianuensi. » Super controversia inter ipsum archiepiscopum ex una parte et capitulum Ianuense ex altera, quoad electionem magistri Iohannis Ianuensis canonici in archidiaconum a dicto archiepiscopo factam, quam praepositus et capitulum asserunt ad se spectare; quae primum Laudensi episcopo et eius collegis commissa fuit, demum Albinganensi episcopo et eius collegis de utriusque partis assensu pro amicabili inter partes ipsas compositione scripserat Pontifex: compositione non obtenta, P(elagium) Albanensem episcopum auditorem concessit, qui processum episcopi Albinganensis et ipsius collegarum nullum esse decernens, salvam utrique parti questionem super iure eligendi archidiaconum tam super petitorio quam possessorio reliquit; huiusmodi sententiam episcopi Albanensis confirmat. Laterani VIII. Idus Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 527. fol. 168.* — « Ex parte prepositi. »

6228. — *Laterani 8 Februarii.*

« Abbati et conventui monasterii sancti Benedicti Floriacensis. » Ne episcopus Aurelianensis et alii ecclesiarnm praelati Aurelianensis dioecesis, in qua eorum monasterium consistit, contra Sedis Apostolicae pri-

vilegia in eorum terram seu homines eorum praesumat ferre sententias excommunicationis et interdicti sine mandato Sedis Apostolicae speciali. Laterani VI. Idus Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 126. fol. 168; Horoy H-i opp. omn. V. 526. n. 61 (sub die 7 Febr.) ex mss. du Theil.* — « Debitvm pastoralis officii. »

6229. — *Laterani 9 Februarii.*

« Episcopo, et preposito Placentinis et abbati de Columba Cisterciensis ordinis Placentine diocesis. » Causam inter archiepiscopum Ianuensem ex una parte et praepositum et capitulum Ianuenses ex altera, relato libello ab utraque parte oblato P(elagio) Albanensi episcopo quem Pontifex partibus auditorem dederat, conciliandam committit; quod si forsan compositio per eorum studium nequiverit obtineri, recipiant probationes, ipsamque causam dirimant, alioquin sufficienter instructam eam ad Pontificem transmittant. Laterani V. Idus Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 528. fol. 168.* — « Coram venerabili fratre. »

6230. — *Laterani 9 Februarii.*

Papst H. bestätigt dem Nonnenkloster Eibingen den Besitz aller seiner Güter, insonderheit den der Kapelle zu Eibingen, welche dem Kloster vom Erzbischof Siegfried von Mainz mit Zustimmung des Propstes (Wilhelm) und des Convents vom Mauritiusstifte (i J. 1226) geschenkt worden ist. Laterani V. Id. Februarii anno undecimo. — *In archivo Idsteinensi; Potthast App. 2098. n. 7664a-26168.* — « Ivstis petentivm desideriis. »

6231. — *Laterani 11 Februarii.*

« W(altero) archiepiscopo Eboracensi. » Concedit ei ne occasione litterarum Apostolicarum ad personas vel canonicos Eboracensis ecclesiae directarum aliquibus respondere teneatur invitus, nisi forsan impetratae litterae plenam de praesentibus faciant mentionem. Laterani III. Idus Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 532. fol. 169; Musaeum Britan. add. mss. 15352.* — « Ex parte fraternitatis. »

6232. — *Laterani 12 Februarii.*

« A. preposito Orodiensi. » Compositionem inter ipsum et Iohannem Caputium (Romanum) super praepositura Orodiensis ecclesiae, mediante P(etro) sancti Georgii ad Velum aureum diacono Cardinali initam confirmat. Laterani II. Idus Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 535. fol. 169; Fejér Cod. dipl. III. 1. 102; Theiner Mon. Hungar. I. 72. n. 150; Potthast 660. n. 7665; Horoy H-i opp. omn. V. 193. n. 62.* — « Cvm nvper ad Sedem. »

6233. — *Laterani 13 Februarii.*

« Segobiensi electo. » Vt durante persecutione quam contra ipsum et ecclesiam suam livor malignitatis exagitat habere possit personas quae causam ecclesiae cum eo ferant, concedit ei licentiam ut decanatum nunc vacantem de persona idonea ordinare valeat. Laterani Idibus Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 536. fol. 169.* — « Cvm dvrante persecvtionis. »

6234. — *Laterani 13 Februarii.*

« Episcopo Calagurritano. » Vt durante persecutione quam contra ipsum et ecclesiam suam livor malignitatis exagitat, personas quae ei compatientes ex animo causam ecclesiae cum eo ferant, concedit ut decanatum in eadem ecclesia de persona idonea ordinare valeat. *Absque signo chronologico sed cum clausola* « ut in alia per totum. » — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 536 a. fol. 169.* — « Cvm dvrante persecvtionis. »

6235. — *Laterani 13 Februarii.*

« Preposito, decano, et subdecano Coloniensibus. » Contendentibus abbate et con-

ventu monasterii de Valle sancti Petri Cisterciensis ordinis ex una parte, et nobilibus viris C. de Dika et C. nato eius Coloniensis dioecesis ex altera, super allodio de Castre, decanus sancti Petri Maguntini et eius collegae ab Apostolica Sedė iudices deputati allodium ipsum per diffinitivam sententiam monasterio adiudicarunt, quam sententiam abbas sancti Trudonis et unus ex eius collegis, mortuo tertio, confirmarunt: verum quum partibus ipsis apud Sedem Apostolicam constitutis (Oliverium) Sabinensem episcopum auditorem Pontifex concesserit, qui mandatum a procuratore dictorum nobilium exhibitum insufficiens ad litigandum inveniens non processerit; mandat ut citent supradictos nobiles eisque usque ad festum Inventionis Sanctae Crucis proximo futurum terminum peremptorium adsignent ut compareant coram Pontifice propositurí quidquid contra praedictam sententiam de iure duxerint proponenda. Laterani Idibus Februarii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 541. fol. 170.* — « Dilecti filii abbas. »

6236. — *Laterani 15 Februarii.*

« Episcopo Pergamensi. » Quoad statutum de unione ecclesiarum sancti Alexandri et sancti Vincentii, quae ipsae duae constituunt cathedralem ecclesiam Pergamensem, videlicet, ut ipsarum ecclesiarum canonicos vicissim de una in aliam infra certum tempus faceret transire, mandat ut exequatur quod utriusque utilitati ecclesiae cognoverit expedire. Laterani XV. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. ep. 537. fol. 169.* — « Dilecti filii Pergamenses. »

6237. — *Laterani 15 Februarii.*

« Episcopo Calagurritano. » Domum de Lacunellis cum pertinentiis suis in Secobiensi dioecesi positam, quam electionis suae tempore obtinebat eique electo Pontifex ad beneplacitum concessit et nunc Bernardus Secobiensis electus perpetuo eidem concessit, eam confirmat. Laterani XV. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 542. fol. 170.* — « Cvm domvm de. »

6238. — *Laterani 15 Februarii.*

« Episcopo Morinensi. » Vt subditos suos, qui pro violenta manuum iniectione in personas religiosas et clericos saeculares in canonem inciderunt sententiae promulgatae, ac alias pro incendiis et rapinis ipso facto excommunicationis sententiam incurrerunt, regulares qui simoniace in suis ecclesiis sunt recepti, et eos qui excommunicati divina celebrarunt et sacros ordines susceperunt, absolvere valeat. Laterani XV. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 562. fol. 172; Horoy H-i opp. omn. V. 194. n. 63 ex mss. du Theil.* — « Ex parte tva. »

6239. — *Laterani 15 Februarii.*

Lanterio Scacabarotio ordinario ecclesiae Mediolanensis, archipresbytero Decumanorum Mediolani et praeposito de Rondenario causam inter commune Vercellense et monasterium s. Sillani de Romagnano super damnis, vastationibus vinearum etc. vertentem committit terminandum. Laterani XV. Kal. Martii anno undecimo. — *Caccianottius Summ. monum. Vercell. 197; Potthast Append. 2098. n. 7665 a-26169.*

6240. — *Laterani 16 Februarii.*

« Conventui monasterii sancte Marie Vallis Pontis Perusine diocesis. » Electionem M. monachi in abbatem eorum monasterii confirmat, eisque mandat ut eum honore debito recipiant eique obedientiam et reverentiam impendant. Laterani XIIII. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 539. fol. 170.* — « Presentata nobis electione. »

6241. — *Laterani 17 Februarii.*

« Episcopo Calagurritano. » Committit ei visitationem monasteriorum quae ad Ro-

manam Ecclesiam nullo pertinent mediante, in Toletana, Compostellana, Bracarensi et Terraconensi provinciis, ibique corrigat et reformet quae correctionis et reformationis officio indigent. Laterani XIII. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 538. fol. 170; Mss. Vall. I. 53.* — « NE VIRGE VIGILANTIS. »

6242. — *Laterani 17 Februarii.*

« Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint. » Commendat eis B(ernardum) Segobiensem electum a Sede Apostolica redeuntem, eique securo conductu in redeundo et veniendo ad Curiam cum oportuerit pro iuris sui defensione et Segobiensis ecclesiae libertate curent providere. Laterani XIII. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 540. fol. 170; Mss. Vall. I. 53.* — « DILECTVS FILIVS B. »

6243. — *Laterani 17 Februarii.*

« Anteradensi, et Valaniensi episcopis, et cantori Valaniensi. » Mandatum Apostolicum, ad petitionem magistri et fratrum Hospitalis Ierosolimitani, eisdem transmissum, ut omnes communicantes in loquela comiti Tripolitano maioris excommunicationis sententiae subiacerent, moderatur, mandans, ut contra illos dumtaxat exequatur qui in crimine vel oratione aut mensa comiti memorato communicant. Laterani XIII. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 543. fol. 170; Mss. Vallicell. I. 53.* — « AD PETITIONEM DILECTORVM. »

6244. — *Laterani 17 Februarii.*

« Priori sancti Fridiani Lucani. » Quum prior sanctae Mariae foris portam Lucanam mandatum Apostolicum circa provisionem Vberti diaconi Lucani pro libito violenter inflectens ipsum Vbertum ecclesiae sancti Petri de Vico rectorem nisus fuerit designare, in qua rector ab eiusdem ecclesiae clericis eligi consuevit, excommunicationem nihilominus proferens in rebelles; mandat ut tam institutionem huiusmodi de praedicto Vberto, quam excommunicationis sententiam denuntiet non tenere. Laterani XIII. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 578. fol. 174.* — « CVM OLIM DILECTO. »

6245. — *Laterani 18 Februarii.*

« Episcopo Ovetensi. » Conquerentibus S. F. et G. archidiaconis Orvetensibus quod ipse sine cognitione causae ac aliqua satisfactione relaxat sententias excommunicationis quas iidem in laicos et clericos suorum archidiaconatuum culpis eorum exigentibus promulgant, mandat ut ab huiusmodi archidiaconorum ipsorum gravamine de cetero conquiescat. Laterani XII. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 548. fol. 171.* — « DILECTI FILII S. »

6246. — *Laterani 19 Februarii.*

« Abbati et conventui monasterii Casinensis. » Statuit ut ecclesia sancti Pauli de Foresta ad eorum monasterium pertinens, quae magistro Maximo subdiacono et notario Apostolico idem monasterium de mandato Innocentii PP. (III) in duodecim auri unciis annis singulis et ab ipso Pontifice (Honorio III) ad instantiam Octonis monachi Casinensis ab eodem abbate ad Sedem Apostolicam destinati collata fuit, quum vacare contigerit ad monasterium praedictum libere revertatur. Laterani XI. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 547. fol. 170; Gattula Hist. Abbatiae Cassinensis 295; Potthast 660. n. 7666.* — « SEDIS APOSTOLICE CIRCVMSPECTIO. »

6247. — *Laterani 19 Februarii.*

« Archipresbytero, Iacobo presbytero, et Teodino canonicis sancti Cosme Reatine

diocesis. » Iniungant capitulo Furconensi, et eos per censuram ecclesiasticam si necesse fuerit compellant, ut P. de Lavareto clericum iuxta tenorem prioris mandati Apostolici in canonicum recipiant, quem Furconensis episcopus tamquam obedientiae filius recepit, illi vero canonici, qui ab executoribus super hoc datis a Pontifice excommunicati fuerant et excommunicationis vinculo astricti divina celebrarunt ad Curiam accedant iuxta suorum meritorum exigentiam recepturi. Laterani XI. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 545. fol. 170.* — « DILECTVS FILIVS P. »

6248. — *Laterani 20 Martii.*

« Abbati de Lapide sancti Michaelis Cisterciensis ordinis Halberstadensis diocesis, preposito et decano Halberstadensibus. » Vt electionem praepositae conventus monasterii Quideliburgensis in abbatissam eiusdem monasterii celebratam examinent, et si de persona idonea canonice facta fuerit confirment et faciant electae vice Pontificis munus benedictionis impendi. Laterani X. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 544. fol. 170.* — « CVM SICVT EX PARTE. »

6249. — *Laterani 21 Februarii.*

F(ridericum) Romanorum imperatorem et regem Siciliae hortatur ad relaxandum bannum imperiale, cui civitas Massilia subiecta fuit, cum cives excommunicationis vinculo, quo propter iniuras episcopo ipsorum illatas tenebantur, fuerint absoluti, et ad dimittendos Petrum de S. Iacobo et Guillelmum Vivaldum concives eorum crucesignatos, quos ob eandem rem cepit et detinebat. Laterani IX. Kal. Martii anno undecimo. — *Méry et Guindon Hist. de la municipalité de Marseille I. 433; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 714; Potthast 660. n. 7667; Horoy H-i opp. omn. V. 194. n. 64.* — « DILECTVS FILIVS NOSTER. »

6250. — *Laterani 23 Februarii.*

« Archiepiscopo Appamiensi. » Indulget ei ut homines sui super rebus quas ab ecclesia sua tenent in feudum non possint nisi sub suo examine conveniri quandiu paratus sit de illis iustitiam exhibere conquerentibus. Laterani VII. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 565. fol. 173.* — « IVSTIS PRECIBVS TVIS. »

6251. — *Laterani 23 Februarii.*

Monasterio Vrsicampi concedit, ne a cellariis vel grangiis eius indebitae procurationes exigantur. Laterani VII. Kal. Martii anno undecimo. — *Peigné-Delacourt Cartul. d'Ourscamp 301. n. 481; Potthast 660. n. 7668; Horoy l. c. 195. n. 65.* — « MONASTERII VRSICAMPI PROFECTIBVS. »

6252. — *Laterani 24 Februarii.*

« (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino. » Eius postulationibus benigne annuens concedit ut eos in sua dioecesi, qui per violentam manuum iniectionem in clericos vel alios religiosos nec non pro incendio excommunicationis sententiam incurrerunt, absolvere possit. Laterani VI. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 568. fol. 173; Würdtwein Nova subs. IV. 143; Potthast 660. n. 7669; Horoy H-i opp. omn. V. 196. n. 66.* — « SVPER HIIS QVE. »

6253. — *Laterani 25 Februarii.*

« Sancti Stephani, et sancti Siri abbatibus Ianuensibus. » Petente abbate sancti Columbani Bobiensis, mandat ut visitent et reforment idem monasterium, ac ea quae in ipsius reformatione duxerint statuenda faciant firmiter observari. Laterani V. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 549. fol. 171.* — « DILECTVS FILIVS ABBAS. »

6254. — *Laterani 25 Februarii.*

« Abbati et conventui sancte Marie Eboracensis. » Vt Eboracensem archiepisco-

pum cui ipse Pontifex commisit ut semel in anno vel bis, si urgens necessitas exigit, in eorum monasterio visitationis officium impendat, ad monasterium ipsum causa visitationis accedentem humiliter recipiant correcturum et reformaturum ibidem cum consilio religiosorum eorum et quinque vel sex de melioribus canonicis Eboracensis ecclesiae quae correctionis et reformationis officio secundum Dominum et beati Benedicti regulam viderit indigere. Laterani V. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 556. fol. 171; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « EX PARTE VENERABILIS. »

6255. — *Laterani 25 Februarii.*

« Vniversis Christi fidelibus per Maguntinam provinciam constitutis. » Subsidia de eorum bonis ad reparationem ecclesiae de Northusen conferentibus quae pro nimia vetustate, ut praepositus et capitulum Northusenses exponunt, ruinam minatur, viginti dierum indulgentias concedit. Laterani V. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 558. fol. 171; Würdtwein Nova subs. IV. 140; Potthast 660. n. 7670; Horoy H-i opp. omn. V. 196. n. 67.* — « QVONIAM VT AIT APOSTOLVS. »

6256. — *Laterani 25 Februarii.*

« (Ottoni) episcopo Tullensi. » Facultatem ei concedit ut presbyteros et clericos suae dioecesis qui in ecclesiis et aliis beneficiis ecclesiasticis immediate patribus suis contra sanctiones canonicas successerunt ab iisdem beneficiis amovere, et in clericos et sacerdotes concubinarios libere officii sui debitum exercere valeat. Dat. ut supra (Laterani V. Kal. Martii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 559. fol. 172; Mss. Vall. I. 53; Horoy l. c. 182. n. 52 ex mss. du Theil (male ad diem 25 Ianuarii).* — « EX TVA INSINVATIONE. »

6257. — *Laterani 25 Februarii.*

« Abbati de Derã, et de Westacre, et de Derã prioribus Norwicensis diocesis. » Causam inter abbatem et conventum de Karkested Cisterciensis ordinis et W. rectorem ecclesiae de Benigwrd Lincolniensis diocesis super decimis de suorum animalium nutrimentis, in qua prior de Osenee et coniudices sui contra dictos abbatem et conventum diffinitivam sententiam tulerunt, eamque abbas de Wellebech et eius coniudices infirmarunt, et praedicto W. Pontificem appellante, ad episcopum Lincolniensem et eius coniudices commissa fuit, et iterum ad Apostolicam Sedem remissa, mandat ut eam audiant et terminent. Laterani V. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 563. fol. 172; Musaeum Britann. add. mss. 15352.* — « EX PARTE ABBATIS. »

6258. — *Laterani 26 Februarii.*

« Potestati et populo Camerinensibus. » Mandat eis sub poena mille librarum ut Hugolinum Hugolini, qui in civitate Perusina seditiones excitavit et nunc ad eorum civitatem se transtulit, ex civitate ipsa eiiciant eum in civem et potestatem nullatenus admittentes, et quum a I(ohanne) tit. sanctae Praxedis presbytero Cardinali rectore ducatus Spoleti vel ab eius nuntio requisiti fuerint, eum hostiliter impugnantes vivam guerram faciant eidem. Laterani IIII. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 551. fol. 171; Mss. Vall. I. 53; Theiner Cod. Dipl. Dom. Tempor. I. 83. n. 139; Potthast 660. n. 7671; Horoy H-i opp. omn. V. 197. n. 68.* — « INTELLEXIMVS QVOD ILLE. »

In eundem modum scriptum est potestati et populo Fulginatensibus.

6259. — *Laterani 26 Februarii.*

« Conventui sancti Antimi Clusine diocesis. » Admissa cessione Hugonis abbatis eorum, per cuius incuriam monasterium multis dicitur debitis oneratum, mandat ut infra

mensem post susceptionem praesentium conveniant in unum et per electionem canonicam de persona idonea in abbatem sibi provideant. Laterani IIII. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 553. fol. 171.* — « Cvm Hvgo qvondam. »

6260. — *Laterani 26 Februarii.*

« Priori sancti Viti de Furca Pennensi, et sacriste sancti Clementis de Piscaria Valvensis et Pennensis dioc. » Mandat eis ut si Ber. praepositus Sulmonensis, cuius electio in ecclesia Valvensi cassata fuit, in eadem ecclesia ministrare et electionem de alio, ut nunc nititur, praesumserit impedire, ipsum omni ecclesiastico beneficio privent. Dat. ut supra (Laterani IIII. Kal. Martii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 554. fol. 171.* — « Vsqve adeo Ber. »

6261. — *Laterani 26 Februarii.*

« Capitulo Valvensi.. » Cassata electione de Ber. praeposito Sulmonensi, mandat ut hac vice Sulmonensi convocato capitulo sine praeiudicio tamen alterutrius partium, infra mensem post receptionem praesentium de persona idonea per electionem canonicam in pastorem sibi provideant, alioquin ex tunc tres de ipsis ad Apostolicam Sedem destinent quem ipsis praefecerit recepturi. Dat. ut supra (Laterani IIII. Kal. Martii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 555. fol. 171.* — « Electione de Ber̄. »

6262. — *Laterani 26 Februarii.*

« (Gregorio) episcopo Narniensi. » Licentiam ei concedit ut cum capituli sui consilio et consensu quasdam possessiones ecclesiae suae vendere, et eorum praetio, alio addito, alias emere meliores et utiliores ecclesiae suae valeat. Laterani IIII. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 557. fol. 171.* — « Tva nobis fraternitas. »

6263. — *Laterani 27 Februarii.*

« Potestati et comuni Ariminensibus. » Vt I(nghiramo) de Macerata civi Mutinensi quondam eorum rectori iustitiam faciant contra Ariminum de Bonfilecto et Bucca de Ferro ac quosdam alios cives Ariminenses, qui eum occidere machinaverant pro eo quod quasdam eorum filias, sorores et consanguineas haereticas manifestas caeperat et imperatori tradiderat comburendas, ac imperialem legem nuper contra haereticos editam volebat in statuario eiusdem ponere civitatis; alioquin dat litteris in mandatis episcopo, praeposito et primicerio Aretinis ut tam ipsos quam praesumptores iam dictos ad satisfactionem impendendam compellant. Laterani III. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 550. fol. 171; Mss. Vallicell. I. 53; Tonini Rimini 442; Theiner Cod. Dipl. Dom. Temp. Sanctae Sedis I. 83. n. 140; Potthast 660. n. 7672; Horoy H-i opp. omn. V. 198. n. 69; Rodenberg Ep. Sel. 258. n. 341.* — « Gravem dilecti filii. »

Illis scriptum est constitutione de duabus dietis in generali concilio edita non obstante.

6264. — *Laterani 27 Februarii.*

« Conventui monasterii sancti Salvatoris Montis Amiati. » Quod factum est per P(elagium) episcopum Albanensem et R(ainerium) sanctae Mariae in Cosmedin diaconum Cardinales circa provisionem pro sustentatione Rollandi monachi fratris eorum ratum habet eamque observari mandat. Laterani III. Kal. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 552. fol. 171.* — « Volentes a monasterio. »

In eundem modum scriptum est predicto Rollando verbis competenter mutatis.

6265. — *Laterani 1 Martii.*

« (Rainaldo? – Odoni?) episcopo, Berardo subdiacono nostro, et Signedulfo canonicis Reatinis. » Quum capitulum Nar-

niense de eorum episcopi assensu sexdenarium canonicorum numerum in ecclesia ipsa taxaverint, mandat ne T. clericus qui litteras Apostolicas de receptione sua in eadem ecclesia impetravit, supradicto capitulo, donec ad praetaxatum numerum veniant, molestiam inferat. Laterani Kalendis Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 572. fol. 173; Vghelli It. Sac. I. 1016; Bucciarellus Cathedr. Narniens. eccles. 22; Potthast 660. n. 7673; Horoy H-i opp. omn. V. 199. n. 70.* — « Dilecti filii capitvlvm. »

6266. — *Laterani 2 Martii.*

« Priori, cantori et succentori sancte Radegundis Pictavensibus. » Vt episcopo Aquensi terminum usque ad primo venturum festum Omnium Sanctorum praefigant coram Papa personaliter comparendi, ut causae, quae inter ipsum et magistrum P. de Orrau (*Horoy*, de Orran) super electione ipsius et rebus aliis vertitur, quaeque decano Xanctonensi et collegis suis alias commissa fuit, finis imponatur. Laterani VI. Non. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 560. fol. 172; Horoy H-i opp. omn. V. 200. n. 71 ex mss. du Theil.* — « Dilectvs filivs magister. »

6267. — *Laterani 2 Martii.*

« Priori et conventui Dunelmensibus. » Libertates quas bo. me. Thomas Eboracensis archiepiscopus eorum ecclesiis per Eboracensem provinciam constitutis concessit et quas quondam Turstinus et Rogerius successores eius approbarunt, confirmat. Dat. ut supra (Later. VI. Non. Martii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 561. fol. 172; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « Sacrosancta Romana Ecclesia. »

6268. — *Laterani 2 Martii.*

« C(hristiano) decano Maguntino. » Indulget ei ut praepositurам sancti Victoris, et de Vndenhem (*Pott.* Vndenheim) et de Gensem ecclesias una cum decanatu, prout C(onradus) Portuensis episcopus tunc Apost. Sedis Legatus ei concessit, retinere possit. Laterani VI. Non. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 567. fol. 173; Würdtwein Nova subs. IV. 144; Potthast 660. n. 7674; Horoy H-i opp. omn. V. 201. n. 72.* — « Qvi bene meritos. »

6269. — *Laterani 3 Martii.*

« (Gregorio) episcopo Narniensi. » Ecclesias sanctae Mariae in Monte sancti Petri, sancti Andreae in Laia et sancti Vrbani, olim ad episcopatum suum pertinentes et per suos praedecessores clericis in beneficium in ipsius episcopi laesionem assignatas, quum ipse eas ad ius et proprietatem mensae episcopalis revocaverit, quod ab eo super hoc factum fuit, confirmat. Laterani V. Non. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 566. fol. 173.* — « Cvm a nobis petitvr. »

6270. — *Laterani 4 Martii.*

« (Waltero) Eboracensi archiepiscopo. » Vt ad ordinandam ecclesiam Dunelmensem, quae iam diu vacat et est multis debitis onerata eique iure metropolitico subiecta est, se interponat ut de persona idonea infra mensem post susceptionem praesentium ordinetur; quod si non poterit infra praescriptum tempus ordinari, ipse ex tunc proventus eius colligat pro satisfaciendis quibusdam Romanis civibus convertendos. Laterani IIII. Non. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 574. fol. 173; Musaeum Britann. Add. mss. 15352.* — « Cvm ecclesiis vacantibvs. »

6271. — *Laterani 5 Martii.*

« Nicosiensi archiepiscopo. » Quoad negotium inter reginam Cipri et B. filium comitis Tripolitani qui in quarto, ut dicitur, consanguinitatis gradu contra interdictum

ecclesiae matrimonialiter iuncti erant eidem iamdiu commissum, ipsum archiepiscopum, quem partes suspectum habent, attentis etiam postulationibus F(riderici) Romanorum imperatoris et regis Siciliae, a prosecutione dicti negotii exonerat, « in quo famam tuam intendimus conservare, » idemque negotium patriarchae Ierosolimitano et episcopo Acconensi committit. Laterani III. Non. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 564. fol. 172; Mss. Vallicell. I. 53; cf. Mas Latrie Hist. de Chypre II. 48; Potthast 660. n. 7675; Horoy H-i opp. omn. V. 208. n. 74.* — « Cvm olim nobis. »

6272. — *Laterani 5 Martii.*

« Patriarche Ierosolimitano, et episcopo Acconensi. » Negotium reginae Cipri et B. filii comitis Tripolitani qui in quarto consanguinitatis gradu contra interdictum ecclesiae matrimonialiter coniuncti erant, auditis quae magister scolarum Antiochenus et W. de Rivetta miles ipsorum nuntii ad Apostolicam Sedem proposuerunt, eisdem, vice archiepiscopi Nicosiensis examinandum committit, revocato in statu debito quicquid post appellationem attemptatum invenerint. Laterani III. Non. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 571. fol. 173; Mss. Vall. I. 53; cf. Mas Latrie l. c. 48; Potthast 660. n. 7676; cf. Horoy l. c. 208. n. 75.* — « Cvm venerabilis frater. »

6273. — *Laterani 5 Martii.*

« (Vicedomino) episcopo Placentino. » Moneat capitulum Cumanum ut in canonicum recipiant magistrum Egidium scriptorem Apostolicum pro quo primo monitorie ac postmodum praeceptorie capitulo eidem scripsit Pontifex, ipsos si necesse fuerit per censuram ecclesiasticam compellens. Laterani III. Non. Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 581. fol. 174.* — « De solite benignitatis. »

6274. — *Laterani 7 Martii.*

« Abbati sancti Martini in Montibus Viterbiensi. » Vt ad monasterium sancti Leuci Tuderti personaliter accedat, ibique visitationis officium impendat, et quod regulare fuerit et honestum statuat. Laterani Nonis Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 569. fol. 173.* — « Dilectvs filivs abbas. »

6275. — *Laterani 7 Martii.*

« Palmerio Rainaldi civi Spoletano. » Ei supplicanti indulget, ne pro eo quod in sex solidis Lucensis monetae fuerit condemnatus quia in dorso cuiusdam concivis sui dicebatur pulverem proiecisse, aliqua nota infamiae respergatur. Laterani Nonis Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 576. fol. 174.* — « Svpplicasti nobis vt. »

6276. — *Laterani 7 Martii.*

« Episcopo Capudaquensi. » Ad augmentandam eius mensam episcopalem, ut habeat unde necessitatem patientibus largiatur, concedit ei, ut totam quartamdecimam parrochiae suae quae de iure ad episcopalem mensam pertinet et est clericis in beneficium a suis praedecessoribus in grave praeiudicium ipsius concessam, cum ad manus suas pervenire contigerit, ad mensam ipsam revocare liceat. Dat. ut supra (Laterani Nonis Martii anno undecimo). — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 577. fol. 174.* — « Cvm episcopalem mensam. »

6277. — *Laterani 8 Martii.*

« S(igfrido) archiepiscopo Maguntino. » Vt ex clericis concubinariis qui in sententiam excommunicationis tam ab eo quam a Legatis Sedis Apostolicae promulgatam inciderunt, et absolutionis beneficio non obtento divina celebrarunt, eos hac vice absolvere possit qui beneficium absolutionis postulaverint. Laterani VIII. Idus Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11.*

epist. 580. fol. 174. — « TVE FRATERNITATIS DEVOTIO. »

6278. — *Laterani 9 Martii.*

« G. et B. canonicis Liberdunensibus Tullensis diocesis. » Causam inter magistrum T. Tullensem clericum et T. clericum super quadam praebenda ecclesiae beati Gengulfi Tullensis audiant et definiant. Laterani VII. Idus Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 575. fol. 173.* — « INNOTVIT NOBIS MAGISTRO. »

6279. — *Laterani 10 Martii.*

« Abbati et conventui sancti Prosperi Reginis. » Indulget eis ut tempore generalis interdicti, clausis ianuis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, submissa voce divina officia possint celebrare. Laterani VI. Idus Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 579. fol. 174; Affarosi Monast. di S. Prospero I. 188; Potthast 661. n. 7677.* — « VT EO LIBENTIVS. »

6280. — *Laterani 10 Martii.*

« Rectoribus societatis Lombardie. » Vt decisionem a Papa factam inter ipsos et Fr(idericum) imperatorem acceptent, et super acceptatione eiusdem decisionis celeriter tam ad imperatorem quam ad Papam litteras eorum nec non marchionis Montisferrati et aliarum civitatum de eorum societate sigillis munitas transmittant, et interim quae pro Terrae Sanctae succursu facere tenentur praeparent, ne eidem imperatori occasio praebeatur eundem succursum differendi, propter quod mittit ad eos Gualam ordinis Praedicatorum latorem praesentium. Laterani VI. Idus Martii anno undecimo. — *Reg. Vat. lib. 11. epist. 580ª. fol. 174; Mss. Vall. I. 53; Raynaldi Ann. Eccl. 1227. n. 6; Savioli Ann. Bolognesi III. 11. 72; Huillard-Bréholles Hist. dipl. II. 715; Potthast 661. n. 7679; Rodenberg Ep. Sel. 259. n. 342.* — « MIRAMVR NEC SATIS. »

N. B. Societas ipsa concordiae capitula iuxta mandatum Apostolicum acceptavit et litteras super hac re ad Honorium Papam transmisit. — *Horoy H-i opp. omn. V. 211. n. 77.*

6281. — *Laterani 10 Martii.*

Compositionem inter abbatissam et conventum in Ramosa (Ramsen) ex parte una et abbatem de Nigra Silva Constantiensis dioc. ex altera super iure proprietatis monasterii illarum, mediantibus W(ernero) praeposito S. Andreae ac eius collegis, factam confirmat. Laterani VI. Id. Martii anno undecimo. — *Remling Gesch. d. ehem. Abteien I. 335; Potthast 661. n. 7678.* — « IVSTIS PETENTIVM DESIDERIIS. »

6282. — *Laterani 17 Martii.*

Fratri Guallae ord. Praedicatorum mandat, sollicitet rectores societatis Lombardorum incessanter, ut litteras imperiali celsitudini dirigendas per manum publicam scribi faciant iterato ac ad faciendum inter se divisionem militum in Terrae Sanctae subsidium mittendorum cessante dilatione procedant. Laterani XVI. Kal. Apr. (anno undecimo). — *Savioli l. c. 73; Potthast 661. n. 7680.* — « RECEPIMVS LITTERAS QVAS. »

6283. — . . . . .

Honorius PP. III. committit episcopo Clusino controversiam inter Rainerium episcopum Vrbevetanum et abbatem sancti Sepulcri Aquaependentis qui se cum sua ecclesia et cum ecclesiis sancti Petri Cryptarum, sancti Blasii de Compillone, sancti Stephani et sancti Angeli de Mercato iactans ab Vrbevetana ecclesiastica ditione exemptum, episcopalibus insigniis in contemptum utebatur: quam controversiam Gregorius Papa IX. anno insequente Egidio sancti Cosmae et Damiani Card. (de Torres Hispano) definiendam tradidit. — *Della Corgna episc. Vrbevet. Constitutiones editae in dioecesana Sinodo 1666. pag. 13.*

6284. — *1219-1220.*
Episcopo Vulterano mandat ut procuratores magistri Widonis archidiaconi ecclesiae Vulteranae in eis quae iure scripto vel approbata consuetudine ad eius archidiaconatus officium spectant benivolo favore faveat. — Decretal. H-i lib. 1. tit. 13 *De offic. archidiac,* c. 2 ed. Cironius 56; Potthast 664. n. 7724 *absque signo chronologico:* sed hoc regestum ponitur a nobis sub annis 1219-1220, quia hoc tempore magister Wido provisus fuit archidiaconatu ecclesiae Vulteranae (vid. T. I. n. 2382).

6285. — *1226-1227.*
Magistro Tancredo archidiacono Bononiensi epistolas decretales, quas compilari fecit, sub bulla sua transmittit, eique mandat, ut eis solemniter publicatis absque ullo scrupulo utatur et ab aliis tam in iudiciis quam in scholis recipi faciat. *Absque signo chronol. — Decr. H-i lib. 1.* De constit. *tit. 1. c. 1 ed. Cironius 7; Potthast 661. n. 7684 et Append. pag. 2098.* — « NOVAE CAVSARVM EMERGENTIVM. »

6286. — *1216-1227.*
Abbati et priori s. Proiecti et I. de villa Vuade canonico s. Quintini Noviomensibus (episcopo et archidiacono Legionensibus *Decr. Gr.*) mandat, ut Raevardo clerico Noviomensi in ecclesia s. Crucis Cameracensi beneficium praebendale assignent et sententias suspensionis quas I. archidiaconus Tornacensis et eius collegae in capitulum dictae ecclesiae promulgaverunt, relaxent. *Absque signo chronologico. — Decr. H-i lib. 1. tit. 2* De rescrip. *c. 1. ed. Cironius 18; int. Decr. Greg. IX. lib. 1. tit. 3* De rescrip. *c. 30; Boehmer Corp. II. 24, (ad ann. 1220); Richter Corp. II. 31; Friedberg lib. 1. tit. III. c. XXX. pag. 32; Potthast 663. n. 7711.* — « CAPITVLI (Capitulum *Decr. Greg.*) S. CRVCIS. »

6287. — *1216-1227.*
Abbati s. Eugenii, archidiacono et magistro Bono subdiacono suo canonico Senensibus in causa capituli ex parte una et episcopi Vulterani ex altera mandata dat. *Absque nota chronologica. — Decret. H-i lib. 2. tit. 13* De testib. cog. *c. 2 ed. Cironius 136; int. Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 21* De testib. cog. *c. 10; Boehmer Corp. II. 318 ad anno 1222; Richter Corp. II. 332; Friedberg lib. II. tit. XXI. c. X. pag. 343; Potthast 668. n. 7761.* — « DILECTORVM FILIORVM CAPITVLI. »

6288. — *1216-1227.*
Decano, praeposito maioris ecclesiae et magistro Michaeli canonico s. Nicolai Ambianensibus mandato dat in causa canonicorum s. Opportunae Parisiensis contra Nicolaum Rufum civem Parisiensem, qui in quadam platea ecclesiae dictorum canonicorum infra claustrum ipsorum sita eis prohibentibus aedificabat. *Absque nota chronologica. — Decr. H-i lib. 5. tit. 11* De novi op. nuntiat. *c. 1 ed. Cironius 287; int. Decr. Greg. IX. lib. 5. tit. 32* De n. o. rem. *c. 3; Boehmer Corp. II. 807; Reichter Corp. II. 817; Friedberg lib. V. tit. III. c. XXXII. p. 848; Potthast 675. n. 7846.* — « SIGNIFICANTIBVS CANONICIS SANCTAE. »

Romae 1216-1227.
Atrium aedis sancti Laurentii in agro Varano exornavit. — *Ciacconius, Vitae et Res gestae Rom. Pontif. ed. Rom. 1677. II. p. 48.*

Romae 1216-1227.
Consecravit ecclesiam s. Mariae in Campitello de Vrbe. — *Ciacconius l. c. p. 55.*

Romae 18 Martii 1227.
MORITVR. — « Honorio pp. praedecessore nostro XV Kal. April. soluto debito carnis de presenti seculo nequam erepto, et in crastino (crastinum *Hugo*) iuxta morem eius celebratis exequiis et ipsius corpore ad tumulum deportato, una cum fratribus nostris ad eligendum convenimus successorem. » — *Gregorii IX Epist. ad Frideric. imp. d. d. 23 Mart. 1227 ap. Raynaldi Ann. ad a. 1227 § 17; ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. III. 1. (ead. ep. ad* Archiepiscopum Remensem *sine nota chron. ap. Hugo Sacrae antiq. monum. I. 118).*

« XV Kal. April., hoc est quinta feria ante *Laetare Ierusalem* dominus papa Honorius decessit. » — *Alberici Trium. Font. Chron. ap. Leibnit. Access. II. 523.*

« 1227 mense Martio Honorius pp. obiit XV Kal. April. » — *Richardi de S. Germ. Chron. ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1002 (ap. Vghelli Ital. sacr. (ed. 1647) III. 989; ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XIX. 347).*

« Moritur XV. Kal. April. » — *Guil. de Nangiaco Chron. ed. Géraud I. 176.*

« A. 1227 XV Kalend. April. migravit Honorius pp. III. » — *Emonis Chron. ed. Feith (1866.) 117.*

« Die Iovis XIV (*falso! legas* XV) Kal. Apr. obiit. » — *Ann. Placent. Guelf. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 443 (Chronica tria Placent. 78. 80).*

« XIV Kal. Aprilis a. D. 1226 obiit Honorius pp. III. » — *Annal. Senen. ap. Pertz l. c. scr. XIX. 228.*

« Hobiit Rome XII. Kal. Apr. Sepultus est in ecclesia s. Mariae in concha porphiretica. » — *Catal. pontif. Roman. Viterb. ap. Pertz l. c. XXII. 352.*

« XVII Kal. April. obiit. » — *Cartul. de Lausanne in Mém. de la Suisse rom. VI. 541.*

« Quinta feria post *Laetare Ierusalem* (*i. e.* Mart. 26) obiit. » — *Ann. de Dunstaplia in Annal. monast. III. 102.*

« IV Kal. Mart. (*i. e.* 26 Febr.) moritur sepultusque fuit Romae in ecclesia s. Mariae maioris. » — *(Petrus Lodovens.) Tractat. pro extirp. haeres. Albigens. ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 775.*

« Anno D.[i] 1226. IV Kal. Mart. — in Speculo vero Vincentii scribitur XVI Kal. April. — Honorius pp. III moritur pontificatus sui a. 11°, sepultusque est Romae in ecclesia s. Mariae maioris. » — *Vita H-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 1. 570. B.*

« Moritur et in s. Mariae maioris ecclesia sepelitur. » — *Nic. Triveti Chron. ap. Achery Spicil. III. 189 (ed. Hog 215); Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 707; Potthast 677.*

APPENDIX.

ADDENDA ET CORRIGENDA

VOL. I.

(Anno 1216).

Perusii 7 Augusti.

N. 14. — *Pro* In e. m. Gual(terio) de Arenis *legas* In e. m. Gual(terio) de Avenis.

Narniae 23 Augusti.

24. — *Pro* Nobilibus viris Napoleoni de *legas* Nobilibus viris Nepoleoni de.

Laterani 21 Septembris.

37. — *Pro* Guafridi de Mandevila *legas* Gaufridi de Mandevilla.

Laterani 30 Septembris.

44. — *Post* 26[a] fol. 7 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 12 *De testibus* c. 1. ed. Cironius 128; Inter Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 20 *De testibus* c. 48; Boehmer Corp. II. 311 (an. 1220); Richter Corp. II. 326; Friedberg Corp. II. lib. 2. tit. 20. c. 48. pag. 337; Potthast 668. n. 7757 *absque signo chronologico et pro* Malisii *legit* Molisu.

Laterani 14 Octobris.

56. — *Post* du Theil *addas:* Decretal. H-i lib. 5. tit. 6 *De homicid.* c. 2 ed. Cironius 277; Potthast 675. n. 7838 *absque signo chronologico,*

Laterani 18 Octobris.

61. — *Post* lib. II. tit. XXII *addas:* c. XI. p. 352.

Laterani 24 Octobris.

71. — *Post* epistol. 69. fol. 17 *addas:* Horoy H-i opp. omn. II. 85. n. 62 (IX Kal. Decembris).

Laterani 29 Octobris.

75. — *Post* (cum titulo Pargamensi episc.) *addas:* et lib. 3. tit. 10. c. 2 *De rebus eccl. alien. vel non.*

Laterani 8 Novembris.

92. — *Pro* Falcus Pesel *legas* Fulco Pesel, et *pro* de Dumoyn *legas* de Domoyn.

Laterani 12 Novembris.

102. — *Pro* « Cvm dilectvs filivs » *legas* « Cvm dilecto filio. »

Romae apud Sanctum Petrum 15 Novembris.

106. — *Post* n. 60 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 3 *De cler. non resident.* c. 2 ed. Cironius 184; Inter Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 4 *De cler. non resident.* c. 14; Boehmer Corp. II. 430 (an. 1220); Richter Corp. II. 447; Friedberg Corp. II. lib. 3. tit. 4. c. 14. pag. 463; Potthast 670. n. 7785 *absque signo chronologico, et initium pro* « Etsi Apostolica Sedes » *legit* « Cvm dilectvs filivs. »

Romae ap. Sanctum Petrum 21 Novembris.

111. — (pag. 19) *Pro* et diacono, archidiacono et cantori Militensibus *legas* et archidiacono et cantori Militensibus.

(Ib. pag. 19) *Pro* et diacono et archidiacono Cusentinis *legas* et decano et archidiacono Cusentinis.

(Ib. pag. 20) *Pro* Idrontino archiepiscopo etc. et eisdem Magistris etc. *legas* Idrontino Archiepiscopo etc. et magistris etc.

Romae ap. Sanctum Petrum 1 Decembris.

132. — *Post* fol. 22 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 16 *De decim.* c. 2 ed. Cironius 211; Potthast 672. n. 7806 *absque signo chronologico.*

Romae ap. Sanctum Petrum 1 Decembris.

134. — *Pro* Sancti Anniani canonici Aurelianensibus *legas* Sancti Anniani canonicis Aurelianensibus.

Ib. *Pro* I. sacerdotem iam expulsum *legas* I. sacerdotem iam egressum.

Romae ap. Sanctum Petrum 8 Decembris.
163. — *Pro* Rogerio de Cammengia *legas* Rogerio de Carmegia.

Romae ap. Sanctum Petrum 17 Decembris.
180. — *Post* n. 104. *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 3 *De cler. non resident.* c. 3 ed. Cironius 185; Inter Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 4 *De cler. non resident.* c. 15; Boehmer Corp. II. 430 (an. 1220); Richter Corp. II. 448; Friedberg Corp. II. lib. 3. tit. 4. c. 15. p. 465; Potthast 670. n. 7786 *absque signo chronologico et initium pro* « Ex parte tva » *legit* « Ad avdientiam nostram. »

Laterani 30 Decembris.
203. — *Pro* canonico sancte Aredii *legas* canonico sancti Aredii.

(Anno 1217).

Laterani 4 Ianuarii.
212. — *Hoc Reg. transferas ad annum 1221 4 Ianuarii n. 2945ª et pro* II. Non. Ian. anno primo *legas* II. Non. Ian. anno quinto.

Laterani 10 Ianuarii.
222. — *Pro* sanctae Mariae de Letronolio *legas* sanctae Mariae de Latrolio.

Laterani 12 Ianuarii.
229. — *Pro* Reg. Vat. lib. 1. ep. 50, *legas* ep. 150.

Laterani 14 Ianuarii.
234. — *Post initium* « Sicvt dilectvs » *addas:* Illis scriptum est super hoc.

Laterani 18 Ianuarii.
255. — *Pro* universis Suppariis etc. *legas* universis Supparibus etc.

Laterani 19 Ianuarii.
258. — *Post initium* « Vestris piis postvlationibvs » *addas:* In e. m. scriptum est magistro et fratribus Ierosolimitani Hospitalis.

Laterani 19 Ianuarii.
264. — *Initium* « Olim » *legas* « Olim in partibvs. »

Laterani 23 Ianuarii.
274. — *Pro* Mallodiensis *legas* Malbodiensis.

Laterani 9 Februarii.
318. — *Pro* Vallymbrosanae Congregationis *legas* Vallynerosanae Congregationis.

Laterani 10 Februarii.
327. — *Pro* Castelbanc̄ *legas* Castelblanc̄.

Laterani 15 Februarii.
345. — *Pro* Priori de Cordanicis *legas* Priori de Gordanicis.

Laterani 25 Februarii.
373. — *Pro* episcopo Senonensi *legas* archiepiscopo Senonensi.

Laterani 10 Martii.
410. — *Hoc regest. ita legas:* N. cancellario Ambianensi petente, cum ad eligendum decanum in Ambianensi ecclesia electores in duas partes abiisseut, quarum una abbatem de Abbatisvilla regentem in Theologia Parisius, altera vero Erardum de Roia Ambianensem canonicnm elegerit, mandat ut partes convocent etc.

Laterani 14 Martii.
419. — *Pro* de Infirmitates *legas* de Firmitate.

Laterani 20 Martii.
443. — *Post* f. 108 *addas*: Decretal. H-i lib. 2. tit. 102. *De testibus* c. 2. ed. Cironius 129; Inter Decret. Greg. IX lib. 2. tit. 20. *De testibus* c. 49. Boehmer Corp. II. 312 (an. 1223); Richter Corp. II. 326; Friedberg lib. 2. tit. 20. c. 49. pag. 338; Potthast 668. n. 7758 *absque signo chronologico et initium pro* « Ortam dvdvm » *legit* « Licet dilectvs filivs. »

Laterani 30 Martii.
461. — *Pro* ut decentibus *legas* ut decedentibus.

(31 Martii).
467. — *Pro* Anconitano Estensi marchioni *legas* Anconitano et Estensi marchioni etc.

Laterani 4 Aprilis.
473. — *Pro* « Cvm per reformationem » *legas* « Cvm pro reformatione. »

Laterani 8 Aprilis.
485. — *Pro* « Qvvm inter vos » *legas* « Cvm inter vos. »

Laterani 24 Aprilis.
532. — *Pro* « Apostolice Sedis benignitas » *legas* « Apostolice Sedis ampla benignitas. »

Laterani 2 Maii.
554. — *Pro* Reg. Vat. lib. 1. ep. 229 *legas* ep. 429.

Laterani 9 Maii.
567. — In *initio pro* « venerabili fratri nostro » *legas* « Venerabili fratre nostro. »

Laterani 11 Maii.
574. — *Pro* subdiacono sancti Hilarii *legas* decano Sancti Ilarii.

(Anagniae 22 Maii).
587 *a*. — Honorio III nel 22 Maggio (dell'anno secondo del suo Pontificato?) con bolla data in questa città (Anagni) confermò tutti i privilegi della chiesa d'Atina. — De Magistris *Memorie storiche della città d'Anagni p. 108.*

Anagniae 26 Maii.
593. — *Pro* VIII. Kal. Iunii *legas* VII. Kal. Iunii.

Anagniae 29 Maii.

600. — *Pro* Burgi Novi Forniariorum *legas* Burgi Novi Fornariorum.

Anagniae 3 Iulii.

644. — *Pro* sancti Martini de Urbe *legas* sancte Martine de Urbe.

Anagniae 4 Iulii.

648. — *Post* Decretal. H-i III. *sic addas et corrigas:* lib. III. tit. 24 *De celebrat. Miss.* c. 2. ed. Ciron. 239; Decr. Greg. IX. lib. III. tit. 41 *De celebrat. Miss.* c. 11. ap. Boehmer Corp. II. 604 (ann. 1220); Richter Corp. II. 617; Friedberg Corp. Iur. Canon. II; Pottast 634. n. 7822 *absque signo chronologico.*

Anagniae 14 Iulii.

661. — *Pro* Reg. Vat. fol. 23 *legas* fol. 123.

Post n. 668 *addas:* Honorius PP. III. consecravit ecclesiam monasterii ordinis S. Benedicti de Villamagna dioecesis Anagninae. — De Magistris *Memorie Historiche della città d'Anagni p. 108.*

Ferentini 22 Iulii.

669 *a.* — « Venerabilis fratri Ioanni episcopo et dilectis filiis capitulo Anagninis salutem et apostolicam benedictionem. » Confirmat bullam Vrbani PP. II. Petro episcopo Anagnino datam Anagniae Kalendis Septembris anno MLXXXVIII, in qua confirmantur ei possessiones et loca suae dioecesis, videlicet Anagniae civitatem, oppidum Anticuli, Porcianum, Acutum, Pilleum, Pullianum, Vicum Moricinum, Carpinetam, Prumium, Montem Longum, Gorgam, Villam Magnam, Scurgolam, Vitalinum, Murolum et Montem de Gravi: praeterea Trevensem ecclesiam..... Item et Vallem Petrarum, Fillitinum, Gennam, Collaltulum. Ferentini XI. Kal. Augusti anno primo. — *Archiv. Capit. Anagnin. Bull. T. I. n. 126; Marangoni Acta Passionis atque Translationis Sancti Magni episcopi Tranensis p. 145.* — « CVM CHRISTVS SIT. »

Ferentini 28 Iulii.

683. — *Pro* de aetate praeficienda *legas* de aetate praeficiendorum.

Ferentini 11 Augusti.

725. — *Pro* ducis Diviocensibus *legas* ducis Divionensibus.

Ferentini 25 Augusti.

743. — *Pro* Episcopo F. et P. Bertrandi archidiaconis Caesaraugustanis *scribas* Episcopo, F. et P. Bertrandi archidiaconis Cesaraugustanis.

Ferentini 31 Augusti.

758. — *Post* Vallicell. I. 53 *addas;* Decretal. H-i lib. 3. tit. 26. *De censibus* c. 4 ed. Cironius 251; Potthast 674. n. 7828 *absque signo chronologico et titulum pro* Prioribus Seguntino et Molinensi Seguntine diocesis et Seguntino archidiacono *legit* Priori Segobricensi et archidiacono Seguntino.

Ferentini 20 Septembris.

797. — *Post* fol. 203 *addas:* Decretal. H-i lib. 5. tit. 19 *De verbor. significat,* c. 2 ed. Cironius 315; Inter Decret. Greg. IX. (*ubi in titulo pro:* Abbati et conventui monasterii sancte Flore Aretini *legitur* Episcopo, F. et P. Bertrandi archidiaconis Caesaraugustanis) lib. 5. tit. 40 *De verbor. significat.* c. 30 Boehmer Corp. II. 877 (an. 1222); Richter Corp. II. 888; Friedberg lib. 5. tit. 40. c. 30. p. 925; Potthast 677. n. 7859 *absque signo chronologico.*

Ferentini 25 Septembris.

810. — *Pro* Eidem episcopo etc., *legas:* Eisdem episcopo, F. et P. Bertrandi archidiaconis Cesaraugustanis.

Ferentini 26 Septembris.

813. — *Pro* et magistro Bonoamico et Girardo *legas* et magistris Bonoamico et Girardo.

Laterani 9 Octobris.

830. — *Post* n. 97 *addas:* Decretal. lib. 5. tit. 7 *De cler. pugnant.* c. 1 ed. Cironius 279; Potthast 675. n. 7841 *absque signo chronologico.*

Laterani 10 Octobris.

831. — *Post* n. 5608 *addas: In Bull. Congregat. Vallumbrosanae hoc reg. datur sub die 10 Octob. 1216.*

Laterani 17 Novembris.

884. — *Post* fol. n. 64 *addas:* Decretal. H-i lib. 1. tit. 25 *De iuramen. calum.* c. 1 ed. Cironius 91; Inter Decretal. Greg. IX. lib. 2. tit. 24 *De Iureiurando* c. 32 Boehemer Corp. II. 348 (1220); Richter Corp. II. 360; Friedberg Corp. II. lib. 2. tit. 24. c. 32. pag. 372; Potthast 666. n. 7740 *absque signo chronologico et pro* L. de Espinal *legit* E. de Espinal.

Laterani 17 Novembris.

890. — *Post* Vallicell. I. 53 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 24 *De celebrat. miss.* c. 4 ed. Cironius 240; Potthast 674. n. 7823 *absque signo chronologico et in titulo pro* Capitulo Bruiatensi *legit* Capitulo Brivatensi.

Laterani 29 Novembris.

894. — *Pro* sancti Wilheradi *legas* sancti Wilechadi.

Laterani 21 Decembris.

936. — *Post* fol. 184 *addas:* Decretal. H-i lib. 1. tit. 16 *De off. iud. ordin.* c. 3 ed. Cironius 66; Potthast 665. n. 7729 *absque signo chronologico.*

(Anno 1218).

Laterani 9 Ianuarii.

985. — *Pro* episcopo Pamphilonensi *legas* episcopo Pampilonensi.

Laterani 27 Martii.

1184. — *Post* fol. 235 *addas:* Decretal. H-i lib. 1. tit. 4 *De postul. praelat.* c. 1 ed. Cironius 30; Inter

Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 5 *De postul. praelat.* c. 6 Boehmer Corp. II. 38 (an. 1220); Richter Corp. II. 46; Friedberg Corp. II. lib. 1. tit. 5. c. 6. p. 48; Potthast 663. n. 7714 *absque signo chronologico.*

Laterani 27 Martii.

1185. — *Post* n. 172 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 13 *De testib. cog.* c. 1 ed. Cironius 135; Potthast 668. n. 7760 *absque signo chronologico.*

Laterani 3 Aprilis.

1211. — *Pro* Reg. Vat. ep. 997. fol. 240 *legas* ep. 992. fol. 239.

Laterani 4 Aprilis.

1213. — *Pro* 3 Aprilis *legas* 4 Aprilis, *et pro* Reg. Vat. ep. 992. fol. 239 *legas* ep. 997. fol. 240.

Laterani 4 Aprilis.

1216. — *Pro* « QVVM LONGINQVITATE » *legas* « QVONIAM LONGINQVITATE. »

Laterani 10 Aprilis.

1231 *a.* — « De Iosaphat et sancti Petri abbatibus et priori sancti Petri Carnotensibus. » Praecipit eis ut, si Berengaria quondam Anglorum regina contra episcopum, decanum, archidiaconum et capitulum Cenomanenses, qui eam indebite molestabant, recurret, ipsi eidem iustitiam exhibeant. Laterani IIII. Idus Aprilis anno secundo. — *Reg. Vat. lib. 2. ep. 1020. fol. 243; Mss. Vall. I. 53; Musaeum Britt. Add. Mss. 15351; Horoy H-i opp. omn. II. 701. n. 195; Presutti Reg. d'Onorio III ed. 1884. pag. 307.* — « CVM OLIM. »

Laterani 12 Aprilis.

1242. — *Pro* « QVVM IVXTA SANCTIONES » *legas* « CVM IVXTA SANCTIONES. »

Romae apud Sanctum Petrum 6 Maii.

1288. — *Post* Honorii III *addas* lib. 5. tit. 5. c. 2. *De apostat. et schism.*

Romae ap. S. Petrum 1 Iunii.

1402. — *Pro* filiis nobilis *legas* filius nobilis.

Romae ap. Sanctum Petrum 6 Iunii.

1414. — *Post* fol. 264 *addas:* Decretal. H-i lib. 1. tit. 16 *De offic. iud. ordin.* c. 4 ed. Cironius 67; Inter Decretal. Greg. IX. lib. 1. tit. 31 *De offic. iud. ordin.* c. 18; Boehmer Corp. II. 176 (an. 1220); Richter Corp. II. 187; Friedberg Corp. II. lib. 1. tit. 31. c. 18. p. 193; Potthast 665. n. 7730 *absque signo chronologico et in titulo pro* abbati de Savigneio et archidiacono Redonensi *legit* abbati de Sagenio et archidiacono Recomensi.

Laterani 31 Iulii.

1561. — *Pro* Reg. Vat. ep. 13 *legas* ep. 11.

Laterani 25 Augusti.

1597. — *Pro* VIII. Kal. Augusti *legas* VIII. Kal. Septembris.

Laterani 10 Decembris.

1738. — *Post* fol. 36 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 26 *De censibus* c. 1 ed. Cironius 248; Inter Decret. Greg. IX. lib. 3. tit 39 *De censibus* c. 24 Boehmer Corp. II. 593 (an. 1224); Richter Corp. II. 607; Friedberg Corp. II. lib. 3. tit. 39. c. 24. pag. 632; Potthast 674. n. 7826 *absque signo chronologico et in titulo omittit:* et G. de Alneolo canonico Carnotensi.

Laterani 15 Decembris.

1746. — *Post (7 Maii 1222) addas:* et 7280 (4 Iulii 1224): *post (18 Dec. 1218); addas:* et eam repet. IV. 682. n. 251 (4 Iulii 1224).

Laterani 19 Decembris.

1754. — *Post (21 Maii 1222) addas:* et 7279 (4 Iulii 1224): *Post (2 Dec. 1218) addas:* et IV. 681. n. 250 (4 Iulii 1224); et Append. 2091. n. 6724*a*-26076 (2 Dec. 1221) ex Lang Regesta IV. 742.

Laterani 22 Decembris.

1763. — *Post (10 Iunii 1222) addas:* n. 7282 (4 Iulii 1224), et n. 7632 (15 Dec. 1226).

Laterani 23 Decembris.

1767. — *Post (7 Maii 1222) addas:* et n. 7281 (4 Iulii 1224); *post 81. n. 80 addas: a quo repetitur* sub die 4 Iulii 1224 (IV. 683. n. 252); cf. Merlet Cartul. de l'abb. des Vaux de Cernay T. 239. n. 249.

Laterani 31 Decembris.

1775. — *Post (17 Maii 1222) addas:* [cf. in Append. 2091. n. 6724*b*- 26077 (3 Dec. 1221) ex Lang Regesta IV. 742], et 7495 (6 Nov. 1225).

Post n. 1776 *addas:* Absidem basilicae s. Pauli de Vrbe musivo opere construi fecit. — *Ciacconius Vitae et res gestae Pontificum Romanorum (ed. Rom. 1677) tom. II. p. 48. — Vide sup. in hoc Reg. epistolam missam Duci Venetorum die 23 Ian. 1218 (n. 1019).*

— Consecravit ecclesiam sancti Sebastiani de Vrbe. — *Ciacconius l. c. p. 54.*

(Anno 1219).

Laterani 7 Ianuarii.

1791. — *Pro* sit observare paratus *legas* sis observare paratus.

Laterani 10 Ianuarii.

1796. — *Post* Honorii III *addas:* lib. 1. tit. 16. c. 3 *De officio et potest. iud. ordin.*

Laterani 12 Februarii.

1870. — *Post* du Theil *addas:* Decretal. H-i lib. I. tit. 10 *De corp. vitiat.* c. 2 ed. Cironius 50; Inter Decretal. Greg. IX. lib. 1. tit. 20 *De corp. vitiat.* c. 7 Boehmer Corp. II. 129 (an. 1218); Richter Corp. II. 140; Friedberg Corp. II. lib. 1. tit. 20. c. 7. p. 146; Potthast 664. n. 7721 *absque signo chronologico.*

Laterani 28 Februarii.

1899. — *Post* fol. 67 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 2 *De cler. coni.* c. 4 ed. Cironius 183; Inter Decret. Greg. IX. lib. 3. tit 3 *De cler. coni.* c. 10 Boehmer Corp. II. 426 (an. 1222); Richter Corp. II. 444; Friedberg Corp. II. lib. 3. tit. 3. c. 10. p. 460; Potthast 670. n. 7783 *absque signo chronologico et in titulo pro* Attrebatensi episcopo *legit* Lingonensi episcopo.

Laterani 28 Februarii.

1901. — *Post* n. 53 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 2 *De cler. coniug.* c. 3 ed. Cironius 181; Potthast 670. n. 7781 *absque signo chronologico.*

Laterani 28 Martii.

1965. — *Post* n. 53 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 20 *De conf. ut.* c. 3 ed. Cironius 172; Potthast 670, n. 7778 *absque signo chronologico.*

Romae ap. Sanctum Petrum 24 Aprilis.

2030. — *Pro* L(amberto) abbati etc., *legas* B.... abbati etc.

Romae ap. Sanctum Petrum 26 Aprilis.

2034. — *Post* n. 22 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 15 *De iureiur.* c. 1. ed. Cironius 141; Inter Decretal. Greg. IX. lib. 2. tit. 24 *De iureiur.* c. 31 Boehmer Corp. II. 347 (an. 1222); Richter Corp. II. 360; Friedberg Corp. II. lib. 2. tit. 24. c. 31. p. 372; Potthast 669. n. 7766 *absque signo chronologico.*

Romae ap. Sanctum Petrum 31 Maii.

2100. — *Post* fol. 101 *addas:* Decretal. lib. 3. tit. 8 *De his quae fiunt* c. 2 ed. Cironius 190; Potthast 671. n. 7797 *absque signo chronologico et pro* Nifo (abbate), *legit* Rufo.

Reate 17 Iulii.

2151. — *Post hoc regestum addas:* Scriptum est super hoc eisdem usque in finem, verbis competenter mutatis. — *Reg. Vat. l. c.*

Reate 6 Septembris.

2192 *a.* — « Nobili viro Malabrance civi Romano. » Vt « contenter existat » quod ecclesia Sanctae Mariae de Monasterio (Romae) episcopo Tusculano concedatur. Reate VIII. Idus Septembris anno quarto. — *Archiv. Capit. Anagn. Armad. I. n. 52.* — Cf. in hoc Reg. n. 2261. — « ILLVM TE CREDIMVS. »

2193. — *Pro* Reate 6 Septembris *legas:* Reate 7 Septembris.

Reate 7 Septembris.

2194. — *Pro* Warmiensis diocesis *legas* Warmaciensis diocesis.

Reate 10 Septembris.

2196. — *Pro* Sancti Aumberti *legas* Sancti Auberti

Ib. *Pro* « EX PARTE VESTRA » *legendum* « EX PARTE DECANI. »

Reate 26 Septembris.

2202. — *Pro* Iohannem de Alberonia *legas* Iohannem de Albernia etc.

(Reate?) 5 Octobris.

2208. — *Post n. addas:* Die V. Octobris MCCXVIIII Sanctissimus Dominus papa Honorius III. cum venerabilibus dñis Conrado Portuensi et Nicolao Tusculanensi episcopis et domino Stephano tit. XII. Apostolorum presbytero Cardinali et magistro Petro Capuano diacono Cardinali, astantibus etiam Interampnensi episcopo, fratre Rainaldo Casemarii oblato et fratre Petro hospitalario seu cubiculariis Dñi Papae et aliis multis in Curia, Petrum priorem et canonicos Interampnenses ad suam iussit vocari praesentiam praecipiens eidem priori quatenus ad ecclesiam sancti Valentini sitam inter Perticariam et Interampnam cum domino Rainerio episcopo Interampnensi accederet et in possessionem ipsius ecclesiae corporaliter cum capellis, possessionibus, castellis et omni iure et pertinentiis omnibus tam spiritualibus quam temporalibus ad eandem ecclesiam sancti Valentini pertinentibus, de auctoritate Apostolica mitteret et induceret. — *Angeloni, Storia di Terni (Pisa 1878) p. 605.*

Viterbii 12 Novembris.

2235. — *Hoc regestum positum sub die 4 Novemb. transferatur ad diem 12 Novemb. post n.* 2251 *ubi pro* II. Non. Novemb. anno quarto *sic corrigas datum:* Viterbii II. Idus Novemb. anno quarto. *Nota delenda est.*

Viterbii 16 Novembris.

2257. — *Initium* « DE TE NIMIVM » *corrigas:* « NE TE NIMIVM. »

Viterbii 16 Novembris.

2259. — *In titulo, pro* et canonico Zamorensibus *legas* et cantori Zamorensibus.

Viterbii 18 Novembris.

2262. — *Hoc regestum transferatur ad diem 18 Novembris post n.* 2259, *et datum pro* Viterbii XIII. Kal. Dec. anno quarto *corrigas* XIIII. Kal. Dec. anno quarto.

— *Sub eodem numero in nota consecrationis Ranerii in patriarcham Antiochenum, pro* de comitato Tudentino *legas* de comitatu Tudertino.

Viterbii 22 Novembris.

2267. — *Post* et in App. p. 2089, *addas:* Friedberg Corp. Iur. Can. II. lib. III. tit. L. c. 10, et lib. V. tit. V. c. 5, et lib. V. tit. XXXIII. c. 28.

Laterani 22 Novembris.

2268. — *Initium, pro* EXPECTAVIMVS HACTENVS SPECTANTES *legas:* « EXPECTAVIMVS HACTENVS EXPECTANTES. »

(Anno 1220).

Viterbii 15 Februarii.

2332. — *Post* fol. 160 *addas*: Decretal. H-i lib. 4. tit. 1 *De sponsal.* c. 1 ed. Cironius 256; Potthast 674. n. 7830 *absque signo chronologico.*

Viterbii 22 Februarii.

2337. — *Post* n. 85 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 19 *De appellat.* c. 3 ed. Cironius 164; inter Decretal. Greg. IX. lib. 2. tit. 28 *De appellat.* c. 64. Boehmer Corp. II. 406 (an. 1214!); Richter Corp. II. 423; Friedberg Corp. II. lib. 2. tit. 28. c. 64. p. 440; Potthast 669. n. 7774 *absque signo chronologico et in titulo pro:* Sancti Andree et Dunkeldensi archidiaconis *legit* Divichesdensi archidiaconis *Fried.* de Melten.

Viterbii 26 Februarii.

2341 - 2342 - 2343. — *Haec regesta ponantur sub die 26 Februarii.*

Viterbii 27 Februarii.

2345. — *Pro* VII. Kal. Martii anno quarto *legas* IIII. Kal. Martii anno quarto: *ponatur ante n. 2344 ad diem 27 Februarii.*

Viterbii 11 Maii.

2427. — *Post* n. 15352 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 4 *De praebendis* c. 2 ed. Cironius 187; Potthast 671. n. 7788 *absque signo chronologico et pro* P(andulfo) Norwicensi electo *legit* Priori Norwicensi.

Viterbii 18 Maii.

2439. — *Post* fol. 187 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 3 *De cler. non residen.* c. 1 ed. Cironius 183; Decretal. Greg. IX. lib. 3. tit. 4 *De cler. non resident.* c. 13 Boehmer Corp. II. 430; Reichter Corp. II. 447; Friedberg Corp. II. lib. 3. tit. 4. c. 13. pag. 463; Potthast 670. n. 7784 *absque signo chronologico.*

Viterbii 28 Maii.

2458. — *Post* fol. 191 *addas:* Decretal. H-i lib. 4 tit. 1 *De sponsal.* c. 3 ed. Cironius 258; Potthast 674. n. 7831 *absque signo chronologico.*

Viterbii 1 Iunii.

2472. — *Post.* fol 189 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 19 *De appell.* c. 4. ed. Cironius 165; Inter Decretal. Greg. IX. lib. 2. tit. 28 *De appellat.* c. 65 Boehmer Corp. II. 406 (an. 1214!); Richter Corp. II. 423; Friedberg lib. 2. tit. 28. c. 65. p. 440; Potthast 669. n. 7775 *absque signo chronologico et mendose legit in titulo:* Episcopo Mantino et P. canonico Tuscanensi, et pro Romeus *legit* Rainerius.

Apud Vrbemveterem 8 Iulii.

2534. — *Pro* Nobili viro Salingerre *legas* Nobili viro Salinguerre.

Apud Vrbemveterem 8 Iulii.

2537. — *Initium pro* « REVERENTIA IVRIS » *legas* « REVERENDA IVRIS. »

Apud Vrbemveterem 28 Iulii.

2581. — *Datum, pro* V. Kal. Augusti *legas* VI. Kal. Augusti.

Apud Vrbemveterem (mense Iulii).

2593. — *Dele hoc reg. Cf. Vol. II. p. 350. n. 5560.*

Apud Vrbemveterem 9 Augusti.

2608. — *Post* n. 129 *addas:* Decretal. H-i lib. 5. tit. 18 *De sententia excommun.* c. 2 ed. Cironius 306; Inter Decretal. Greg. IX. lib. 5. tit. 39 *De senten. excommun.* c. 51. Boehmer Corp. II. 862 (an. 1224); Richter Corp. II. 875; Friedberg Corp. II. lib. 5. tit. 39. c. 51. pag. 910; Potthast 676. n. 7855 *absque signo chronologico, et initium pro* « QVID STATVI » *legit* « SVPER EO QVOD. »

Apud Vrbemveterem 12 Augusti.

2616. — *Datum pro* III. Idus Augusti *legas* II. Idus Augusti.

Apud Vrbemveterem 19 Augusti.

2627. — *Datum pro* XIII. Kal. Septembris *legas* XIIII. Kal. Septembris.

Apud Vrbemveterem 26 Augusti.

2647. — *Post* n. 37 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 6 *De concess. praeb.* c. 1 ed. Cironius 193; Inter Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 8 *De concess. praeb.* c. 16. Boehmer Corp. II. 462 (an. 1222); Richter Corp. II 482; Friedberg Corp. II. lib. 3. tit. 8. c. 16. pag. 500; Potthast 671. n. 7772 *absque signo chronologico.*

Apud Vrbemveterem 1 Septembris.

2666. — *Post* fol. 17 *addas:* Decretal. H-i lib. 5. tit. 6 *De homicid.* c. 1 ed. Cironius 276; Inter Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 12 *De homicid.* c. 22 Boehmer Corp. II. 766. (an. 1214!) Richter Corp. II. 773; Friedberg Corp. II. lib. 5. tit. 12. c. 22. pag. 803; Potthast 675. n. 7837 *absque signo chronologico.*

Apud Vrbemveterem 3 Septembris.

2676. — *Post* fol. 19 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 24 *De celebr. miss.* c. 5 ed. Cironius 242; Inter Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 41 *De celebr. missar.* c. 12. Boehmer Corp. II. 605; Richter Corp. II. 618; Friedberg Corp. II. lib. 3. tit. 41. c. 12. pag. 643; Potthast 674. n. 7824 *absque signo chronologico.*

Apud Vrbemveterem 1 Octobris.

2733. — *Post* 556. n. 6371 *addas:* et 654 n. 7595 (27 Iunii 1226).

Laterani 3 Decembris.

2811. — *Post* fol. 40 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 14 *De fide instr.* c. 1. ed. Cironius 138; Potthast 668. n. 7763 *absque signo chronologico.*

Laterani 6 Decembris.

2839a. — « Dilectis filiis capitulo Anagnino salutem et apostolicam benedictionem. » Pendente inter eos ex parte una et alios clericos Anagninos ex altera, coram T. tituli Sanctae Sabinae presbytero Cardinali, quaestione super iure eligendi episcopum, ne ecclesia pro defectu pastoris interim irreparabile sustineat detrimentum, mandat hiis ut, sine praeiudicio utriusque partis, sex ex eisdem clericis, quos ipsi maluerint, evocatis, infra octo dies post susceptionem praesentium per electionem canonicam de persona idonea ipsis provideant

in pastorem. Laterani VIII. Id. Decembris anno quinto. — *Archiv. Capit. Anagn. Armad. I. fasc. 1. n. 51.* — « Licet inter vos. »

Laterani 11 Decembris.

2854. — *Post* n. 131 *addas:* Decretal. H-i lib. 1. tit. 2 *De rescriptis* c. 2 ed. Cironius 21; Potthast 663. n. 7712 *absque signo chronologico et in titulo pro:* Canonicis Virdunensibus *legit* Canonicis Morinensibus; *et initium pro* « Dilectus filius I. » *habet* « Referente dilecto filio », *aliaeque mendae, praeter ea in huiusmodi Decret. reperiuntur.*

Laterani 23 Decembris.

2921. — *Post* fol. 60 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 26 *De censib.* c. 5 ed. Cironius 252; Potthast 674. n. 7829 *absque signo chronologico.*

Laterani 23 Decembris.

2923. — *Post* fol. 63 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 2 *De cleric. coniugat.* c. 3 ed. Cironius 181; Potthast 670. n. 7782 *absque signo chronologico.*

Laterani 23 Decembris.

2925. — *Post* fol. 67 *addas:* Decretal. H-i lib. 1. tit. 11 *De filiis presbyter.* c. 1 ed. Cironius 51; Inter Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 17 *De filiis presbyter* c. 17. Boehmer Corp. II. 123; Richter Corp. II. 135; Friedberg Corp. II. lib. 1. tit. 17. c. 17. pag. 140; Potthast 664. n. 7722 *absque signo chronologico.*

(Anno 1221).

Laterani 4 Ianuarii.

2945 *a.* — *Hic ponas Reg. n. 212* Bonfilio episcopo et dilectis *(sic)* Senensibus.

Laterani 9 Ianuarii.

2962. — *Post* 565. n. 6473 *addas:* et repetitur 654. n. 7596 (1 Iulii 1226).

Laterani 11 Ianuarii.

2969. — *Initium, pro* « Quum ut ait » *legas* « Quoniam ut ait. »

Laterani 11 Ianuarii.

2971. — *Post* fol. 68 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 20 *De conf. ut.* c. 4 ed. Cironius 173; Potthast 670. n. 7779 *absque signo chronologico.*

Laterani 15 Ianuarii.

2981. — *Post* 565. n. 6486 *addas:* repetitur 639. n. 7418 (30 Maii 1225).

Laterani 16 Ianuarii.

2986. — *Post* 566. n. 6489 *addas:* repetitur 654. n. 7597 (2 Iulii 1226).

Laterani 16 Ianuarii.

2994. — *Post* 566. n. 6497 *addas:* repetitur 639. n. 7419 (30 Maii 1225).

Laterani 18 Ianuarii.

3006. — *Post* 567. n. 6504 *addas:* repetitur 627. n. 7274 (22 Iunii 1224), et 639 n. 7415 (30 Maii 1225), n. 7420 (2 Iunii 1225).

Laterani 29 Ianuarii.

3045. — *Post* n. 233 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 14 *De fide instr.* c. 2 ed. Cironius 139; Potthast 668. n. 7764 *absque signo chronologico.*

Laterani 27 Februarii.

3123. — *Post* 572. n. 6570 *addas:* Potthast hanc epistolam male repetit sub die 27 Februarii 1222 (cf. 589. n. 6795), quam temporis indicationem sequuntur Manrique in Ann. Cisterc. IV. 240, et Horoy in H-i opp. omn. IV. 102. n. 124.

1 Aprilis.

Post n. 3221 *in nota ubi loquitur de consacratione ecclesiae sanctorum Vincentii et Anastasii addas:* Ciacconius Vitae et res gestae Rom. Pontificum (ed. Rom. 1677) tom. II. p. 50.

Laterani 24 Aprilis.

3281. — *Post* n. 341 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 9 *De his quae fiunt a mai. part.* c. 1 ed. Cironius 201; Potthast 672. n. 7799 *absque signo chronologico, et pro* « Dilecti filii capitulum » *legit* « Dilecti filii canonici. »

Laterani 27 Aprilis.

3293. — *In titulo pro* Norwicensi electo Camerasio nostro *legas* Camerario nostro.

Laterani 29 Aprilis.

3314. — *Post* 1221. n. 50 *addas:* Verci St. degli Ecel. III. 183 (fragm.); cf. Potthast 586. n. 6752 (in fine anni 1221, sine nota diei et loci); Horoy H-i opp. omn. IV. 64. n. 77 (30 Dec. 1221).

Laterani 27 Maii.

3400. — *Pro:* « Cum sic viveris » *legas:* « Cum sic iuveris. »

Laterani 28 Maii.

3404. — *Pro* Reg. Vat. ep. 761, *legas* ep. 661.

Laterani 29 Maii.

3410. — *Pro* s. Petri de Aquantico *legas* s. Petri de Aguantico.

Laterani 31 Maii.

3418. — *Pro* Decano Guidoni de Lageri *legas* Decano, Guidoni de Lageri.

Laterani 3 Iunii.

3428. — *Datum pro* II. Non. Iunii *legas* III. Non. Iunii.

Laterani 14 Iunii.

3466. — *Post* n. 432, *legas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 20 *De stat. mon.* c. 3 ed. Cironius 225; Potthast

673. n. 7816 *ubi pro* Withuho *legit* Viterbi? *et absque signo chronologico.*

Laterani 15 Iunii.

3471. — *Post hoc regestum addas:* Scriptum est super hoc eisdem executoribus. — *Reg. Vat. l. c.*

Laterani 5 Iulii.

3490. — *Pro* sancte Catherine in Witgenstof *legas* sancte Catherine in Witgenstorf. *In initio pro* « LICEAT IS DE CVIVS » *legas* « LICET IS DE CVIVS. »

VOL. II.

Laterani 23 Augusti.

3523. — *Post* fol. 156 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 17 *De regular.* c. 1 ed. Cironius 215; Potthast 672. n. 7809 *absque signo chronologico.*

Laterani 17 Novembris.

3578. — *Post* 27. n. 71 *addas:* Decretal. H-i lib. 5. tit. 12 *De privil. et excess. privileg.* c. 5 ed. Cironius 294; Inter Decret. Greg. IX. lib. 5. tit. 33 *De privil. et excess. privil.* c. 29 Boehmer Corp. II. 821 (an. 1222); Richter Corp. II. 833; Friedberg lib. 5. tit. 33. c. 29. pag. 868; Potthast 676. n. 7849 *absque signo chronologico, et initium pro* « SVPPLICANTIBVS NOBIS » *habetur* « CVM INTENTIONIS NOSTRE. »

Laterani 26 Novembris.

3584. — *Post* n. 34 *addas:* Decretal. H-i lib. 1. tit. 1 *De constit.* c. 6 ed. Cironius 13; Potthast 663. n. 7709 *absque signo chronologico.*

Laterani 29 Novembris.

3588. — *Post* fol. 167 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 16 *De decim.* c. 3 ed. Cironius 213; Potthast 672. n. 7807 *absque signo chronologico, et pro* ecclesiae sanctae Mariae de Nibiola *legit* de Rubiol.

Laterani 2 Decembris.

3593. — *Deleatur hoc regestum: idem est n. 1754 (19 Dec. 1218). Cf. hic in Appen. n. 1754.*

Laterani 3 Decembris.

3595. — *Deleatur hoc regestum: idem est n. 1755 (31 Dec. 1218). Cf. hic in Appen. n. 1755.*

Laterani 15 Decembris.

3620. — *Post* fol. 171 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 5 *De ordin. cognit.* c. 2 ed. Cironius 114; Potthast 667. n. 7749 *absque signo chronologico.*

Laterani 18 Decembris.

3634. — *Post* fol. 188 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 11 *De locato* c. 1 ed. Cironius 204; Inter Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 18 *De locato* c. 2. Boehmer Corp. II. 481; Richter Corp. II. 502; Friedberg Corp. II. lib. 3. tit. 18. c. 2. p. 521; Potthast 672. n. 7802 *absque signo chronologico.*

Laterani 22 Decembris.

3655 *a.* — « Dilectis filiis potestati et populo Pistoriensibus salutem et apostolicam benedictionem. » Mandat, ut Fossatum, Turrem et Monticellum, castra de terra comitissae Mathildis existentia, abbati de Septimo nomine ecclesiae Romanae usque ad proximum festum Purificationis (Febr. 2) resignent, vel si de iure suo confidant, procuratores ad Sedem Apostolicam mittant. — Laterani XI. kal. Ian. anno sexto. — *Rodenberg Ep. Sel. addilamentum 729. n. 829.* — « CVM NON DVBITETIS. »

Laterani 31 Decembris.

3667. — *Post* n. 76 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 6. *De conc. praeb.* c. 2 ed. Cironius 194; Potthast 671. n. 7793 *absque signo chronologico.*

Laterani — Decembris.

3668. — *Hoc regestum trasferendum est ad annum 1222 mense Aprilis-Iulii, et post* patraverint *addas:* praesertim in Raynerium diaconum Cardinalem ducatus Spoletani rectorem.

Laterani — Decembris.

3669. — *Hoc regestum transferendum est ut aliud n. 3668 ad annum 1222 mense Aprilis-Iulii.*

In fine anni 1221.

3672. — *Post* 332. n. 400 *addas:* cf. Potthast 662. n. 7691 (1216, Iul. 24 — 1227, Mart. 18).

3673. — *Post* 332. n. 401 *addas*: Potthast loc. cit. n. 7692.

3674. — *Post* 333. n. 402 *addas:* Potthast loc. cit. n. 7693.

3675. — *Post* 333. n. 403 *addas:* Potthast loc. cit. n. 7694.

3676. — *Post* 334. n. 404 *addas:* Potthast loc. cit. n. 7695.

3677. — *Post* 335. n. 406 *addas:* Potthast loc. cit. n. 7697.

3678. — *Post* 336. n. 408 *addas:* Potthast loc. cit. n. 7699.

3679. — *Post* 336. n. 409 *addas:* Potthast loc. cit. n. 7700.

3680. — *Post* 337. n. 410 *addas:* Potthast loc. cit. n. 7701.

3681. — *Post* 337. n. 411 *addas:* Potthast 663. n. 7702.

3682. — *Post* 338. n. 412 *addas*: Potthast loc. cit. n. 7703.

3683. — *Post* 338. n. 413 *addas:* Potthast loc. cit. n. 7704.

3684. — *Post* 339. n. 414 *addas:* Potthast loc. cit. n. 7705.

3685. — *Post* 340. n. 415 *addas:* Potthast loc. cit. n. 7706.

(Anno 1222).

Laterani 15 Ianuarii.
3730. — *Post* fol. 186 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 14 *De fide instrum.* c. 3 ed. Cironius 140; Potthast 668. n. 7765 *absque signo chronologico.*

Laterani 21 Ianuarii.
3752. — *Post* fol. 189 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 2 *De foro competenti* c. 3 ed. Cironius 103; Potthast 667. n. 7745 *absque signo chronologico, et initium pro* « IOANNES DE CREMONA » *legit* « DISCRETIONI VESTRAE MANDAMVS. »

Laterani 23 Ianuarii.
3758. — *Post* (1 Febr.) *addas:* Decretal. H-i lib. 1. tit. 3 *De consuetudine* c. 2 ed. Cironius 25; Potthast 663. n. 7713 *absque signo chronologico et initium pro* « CVM ECCLESIA VESTRA » *legit* « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

Laterani 21 Februarii.
3814. — *Pro* Reg. Vat. lib. 7, *legas* Reg. Vat. lib. 6.

Anagniae 14 Martii.
3853. — *Post* n. 135 *addas:* Decretal. H-i lib. 1. tit. 23 *De in integ. restitutione* c. 2 ed. Cironius 87; Potthast 666. n. 7738 *absque signo chronologico et initium pro* « QVESTIONE INTER » *legit* « A PROCVRATORE MONASTERII. »

Laterani 26 Iunii.
4057. — *Post* fol. 201 *addas:* Decretal. H-i lib. 1. tit. 17 *De tregua* c. 2 ed. Cironius 71; Potthast 665. n. 7731 *ubi pro:* Halberstadensi (episcopo) *legit* Stadensi abbati, *et absque signo chronologico.*

Laterani 14 Iulii.
4087. — *Pro* petita verebatur *legas* petita vertebatur.

Laterani 16 Iulii.
4089 *a.* — « (Vitali) archiepiscopo Pisano et (Iohanni) episcopo Florentino. » Causam de Fossato, Turre et Monticello castris inter ecclesiam Romanam et Pistorienses vertentem terminandam committit. — Laterani XVII. kal. August. anno sexto. — *Rodenberg Ep. Sel. additamentum 730. n. 830.* — « CVM OLIM POTESTATI. »

Aprilis-Iulii.
4100 *a.* — *Hic transferas reg. n. 3668.*

4100 *b.* — *Hic transferas reg. n. 3669.*

(Anno 1223).

Laterani 31 Ianuarii.
4236 *a.* — Archiepiscopis, episcopis etc. mandat et praecipit, ut litteras quae pro fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. a Sede Apostolica diriguntur, recipiant humiliter et fideliter exponant, subiectos suos ad elemosinas et beneficia solita exhortantes. — Laterani II. kal. Febr. anno septimo. — *Strehlke I. c. 326. n. 383; de Geer Archieven I. 42. n. 37; Potthast 602, n. 6956.* — « SI DISCRIMINA QVAE. »

Laterani 13 Februarii.
4254. — *Post* fol. 29 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 15 *De iureiurando* c. 2 ed. Cironius 142; Potthast 661. n. 7685 *a absque signo chronologico.*

Martii....
Post n. 4272 *addas hanc notam.* Consecrat ecclesiam s. Bibianae ad Vrsum Pileatum de Vrbe in aniversario huius consecrationis indulgentias trium annorum et trium quadragenarum concedens. Effigies ipsius Pontificis Honorii III in eadem Aede osservabatur. — *Ciacconius Vitae et res gestae Rom. Pont. ed. Rom. 1677 II. p. 50.*

Signiae 20 Iunii.
4401. — *Post* n. 53 *addas:* Decretal. H-i lib. 5. tit. 1 *De Simon.* c. 2 ed. Cironius 265; Potthast 674. n. 7833 *absque signo chronologico.*

Signiae 12 Iulii.
4432. — *Post* fol. 70 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 16 *De except.* c. 3 ed. Cironius 153; Potthast 669. n. 7768 *absque signo chronologico.*

Signiae 16 Iulii.
Post n. 4437 *addas:* Honorius PP. III. consecrat altare sancti Brunonis in ecclesia Signina, et Christi fidelibus ad huiusmodi dedicationem adstantibus et per totam octavam intervenientibus indulgentiam unius anni concedit. *St. mss. di Segni cap. V. Bibl. Casan. E. III. 23.*

Anagniae 13 Septembris.
4494. — *Post* n. 53 *addas:* Decretal. H-i lib. 5. tit. 5 *De apostat.* c. 1 ed. Cironius 273; Potthast 675. n. 7856 *absque signo chronologico.*

Laterani 23 Novembris.
4574. — *Post* du Theil *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 11 *De locat.* c. 2 ed. Cironius 205; Potthast 672. n. 7803 *absque signo chronologico.*

(Anno 1224).

Laterani 9 Ianuarii.
4657. — *Titulum ita legas:* Sancti Galgani et sancti Eugenii abbatibus et preposito de Casulis Senensis et Wulterane diocesum.

Laterani 15 Ianuarii.
4675. — *Post* n. 97 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 8 *De his quae fiunt* c. 3 ed. Cironius 200; Potthast 672. n. 7798 *absque signo chronologico.*

Laterani 15 Ianuarii.

4680. — *Post* 510. n. 98 *addas:* Boletin de la Real Academia de la Historia. Madrid 1891. T. XVIII. Quaterno V. pag. 445. *ubi initium pro* « QVONIAM A NOBIS » *legitur* « QVOTIENS A NOBIS. » *(Cf. II. n. 4719. pag. 200).*

Laterani 7 Maii.

4972. — *Post* epist. 472. fol. 200 *addas:* Decretal. H-i lib. 1. tit. 19 *De pactis* c. 1 ed. Cironius 77; Potthast 666. n. 7734 *absque signo chronologico.*

Laterani 29 Iunii.

5070. — *Post* fol. 207 *addas:* Decretal. H-i lib. 1. tit. 5 *De electione* c. 4 ed. Cironius 35; Potthast 665. n. 7716 *absque signo chronologico.*

Laterani 10 Iulii.

5081. — *Post* n. 256 *addas;* Decretal. H-i lib. 1. tit. 15 *De offic. iud. deleg.* c. 2 ed. Cironius 60; Potthast 665. n. 7726 *absque signo chronologico.*

Laterani 9 Septembris.

5113. — *Post* du Theil *addas:* Decretal. H-i lib. 1. tit. 2 *De rescriptis* c. 3 ed. Cironius 23; Potthast 661. n. 7686 *absque signo chronologico.*

Laterani 15 Octobris.

5128. — *Post* fol. 6 *addas:* Decretal. H-i lib. 1. tit. 18 *De maior. et obedien.* c. 2 ed. Cironius 74; Potthast 666. n. 7733 *absque signo chronologico, sine titulo, et alio initio.*

Laterani 6 Novembris.

5155. — *Post* fol. 10 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 26 *De censib.* c. 2 ed. Cironius 249; Potthast 674. n. 7827 *absque signo chronologico.*

Laterani 27 Novembris.

5181. — *Post* du Theil *addas:* Decretal. H-i lib. 1. tit. 7 *De renuntiat.* c. 2 ed. Cironius 43; Inter Decret. Greg. IX. lib. 1. tit. 9 *De renuntiat.* c. 15 ubi male tribuitur Gregorio IX. Boehmer Corp. II. 98 (an. 1220); Richter Corp. II. 110; Friedberg Corp. II. lib. 1. tit. 9. c. 15. pag. 115; Potthast 664. n. 7719 *absque signo chronologico, et pro:* Agathensi et Vicensi episcopis, *legit:* Agathensi et Niciensi episcopis.

Laterani 16 Decembris.

5221. — *Post* du Theil *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 16 *De decimis* c. 1 ed. Cironius 210; Potthast 672. n. 7805 *absque signo chronologico, et in titulo ubi dicit* sancti Pontii *omit.* de Toninis Narbonensis diocesis.

Laterani 18 Decembris.

5226. — *Post* Vallicell. I. 53 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 22 *De iurepatron.* c. 1 ed. Cironius 233; Potthast 673. n. 7821 *absque signo chronologico.*

(Anno 1225).

Laterani 1 Ianuarii.

5248. — *Post* Vallicell. I. 53 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 18 *De senten. et re iudic.* c. 2 ed. Cironius 158; Potthast 669. n. 7771 *absque signo chronologico.*

Laterani 11 Ianuarii.

5267. — *Post* Mss. Vallic. I. 53 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 20 *De statu monach.* c. 3 ed. Cironius 225; Potthast 673. n. 7815 *cum titulo mendoso et absque signo chronologico.*

Laterani 1 Martii.

5353. — *Post* add. mss. 15352 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 8 *De eo qui mittit. in possess.* c. 2 ed. Cironius 121; Potthast 667. n. 7752 *absque signo chronologico.*

Laterani 5 Martii.

5359. — *Post* du Theil *addas:* Decretal. H-i lib. 1. tit. 5 *De electione* c. 3 ed. Cironius 34; Potthast 661 n. 7681 *absque signo chronologico.*

Laterani 6 Martii.

5365. — *Post* du Theil *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 21 *De cap. monachor.* c. 3 ed. Cironius 232; Inter Decret. Greg. IX. lib. 3. tit. 37 *De cap. monachor.* c. 4. Boehmer Corp. II. 570 (an. 1220); Richter Corp. II. 586; Friedberg Corp. II. lib. 3. tit. 37. c. 4. pag. 609; Potthast 673. n. 7820 *absque signo chronologico, et initium pro* « EX PARTE TVA » *legit* « AD AVDIENTIAM NOSTRAM. »

Laterani 25 Martii.

5406. — *Post* n. 126 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 21 *De capell. monach.* c. 1 ed. Cironius 230; Potthast 673. n. 7818 *legit* Aquinatensibus *et absque signo chronologico.*

Laterani 27 Martii.

5409. — *Post* fol. 49 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 10 *De reb. ecclesiast. alienan.* c. 1 ed. Cironius 203; Potthast 672. n. 7800 *absque signo chronologico.*

Laterani 7 Aprilis.

5424. — *Post* fol. 48 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 20 *De confirm. ut.* c. 2 ed. Cironius 171; Inter Decret. Greg. IX. lib. 2. tit. 30 *De confirm. ut.* c. 9. Boehmer Corp. II. 414 (an. 1220); Richter Corp. II. 430; Friedberg Corp. II. lib. 2. tit. 30. c. 9. p. 448; Potthast 670. n. 7777 *absque signo chronologico, et initium pro* « VENERABILIS FRATER NOSTER » *legit* « SVA NOBIS VENERABILIS. »

Laterani 8 Aprilis.

5427. — *Post* Mss. Vall. I. 53 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 7 *De restitut. spoliat.* c. 1 ed. Cironius 118; Potthast 667. n. 7750 *absque signo chronologico et omittit in titulo* electo Galagurritano et Lupo Roderici archidiacono Concensi.

Tibure 12 Maii.

5478. — *Pro* circa reformationem monasterii Bessuensis *legas* circa reformationem conventus monasterii Bessuensis.

Tibure 20 Maii.

5505. — *Post* n. 163 *addas:* Decretal. H-i lib. 3. tit. 1 *De vita cler.* c. 1 ed. Cironius 175; Potthast 670. n. 7780 *absque signo chronologico.*

Reate 15 Iulii.

5560. — *Hic ponatur* Reg. Vol. I. p. 430. n. 2593.

Reate 30 Iulii.

5580. — *Post* fol. 75 *addas:* Decretal. H-i lib. 5. tit. 1 *De simonia* c. 3 ed. Cironius 266; Potthast 674. n. 7834 *absque signo chronologico et initium pro* « AD NOSTRAM AVDIENTIAM » *legit* « AD NOSTRAM NOVERIS. »

Reate 23 Augusti.

5611. — *Post.* IV. 916. n. 19 *addas:* Decretal. H-i lib. 5. tit. 3 *De Iudaeis* c. 1 ed. Cironius 269; Potthast 675. n. 7835 *absque signo chronologico, et male dicit Pontificem hac epistola arguisse omnes archiepiscopos et episcopos Hungariae, sed archiepiscopum Colocensem tantum et eius suffraganeos, quibus scripta fuit.*

Reate 25 Septembris.

5657. — *Post* epist. 60. fol. 88 *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 1 *De iudic.* c. 4 ed. Cironius 97; Potthast 666. n. 7742 *absque signo chronologico.*

Reate 7 Octobris.

5681. — *Post* fol. 91 *addas*: Decretal. H-i lib. 3. tit. 16 *De decim.* c. 4 ed. Cironius 214; Potthast 672. n. 7808 *absque signo chronologico.*

Reate 6 Novembris.

5709. — *Post* du Theil *addas:* Decretal. H-i lib. 2. tit. 19 *De appellat.* c. 6 ed. Cironius 168; Potthast 661. n. 7685 *absque signo chronologico et pro* G. Goin. magistro, *legit* magistro Coll.

Reate 11 Decembris.

5749. — *Pro* regis et reginae Hiberniae filius, *legas* regis et reginae Hiberniae filium.

INDEX INITIORVM

INDEX

LOCORVM ET PERSONARVM

*